TS
234
A16

J
28

LIBRARY
OF
TUFTS COLLEGE.

THE GIFT OF

Wm B. Fowle, Esq., of Boston.
April, 1860.
From the Library of the late
Rev. Wm Bentley, D.D. of Salem.
(6391)

ABVLFEDAE
ANNALES MVSLEMICI
ARABICE ET LATINE.

OPERA ET STVDIIS

IO. IACOBI REISKII,

APVD LIPSIENSES QVONDAM PROFESS. CELEB.

SVMTIBVS ATQVE AVSPICIIS

PETRI FRIDERICI SVHMII,

S. R. M. CLAVIGERI ET HISTORIOGRAPHI REGII.

NVNC PRIMVM EDIDIT

D. IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER,

THEOL. ET LING. OR. PROF. EXTRAORD.

IN AVLA REGIA ET AD AEDEM FRIDERICIANAM GERMANORVM VERBI DIVINI INTERPRES,

ACADEMIAE REGIAE SCIENT. NEAPOLITANAE, SOCIETATIS ANTIQ. LONDINENSIS, VOLSCORVM VELITRIS ET ARCADVM ROMAE SOC.

TOMVS II.

CONTINENS RES GESTAS SVB CHALIFIS ABBASIDIS, ET OMMIADIS IN HISPANIA, VSQVE AD A. CCCC.

HAFNIAE MDCCXC.

EXCVDEBAT FRIDERICVS WILHELMVS THIELE.

VENEVNT APVD CHR. GOTTL. PROFT, VNIVERS. BIBLIOPOL.

6591

Digitized by the Internet Archive
in 2015

DS
234
.A16

https://archive.org/details/annalesmvslemici02abal

ABVLFEDAE
ANNALES MVSLEMICI.
TOMVS II.

وفي هذه السنة (اعني سنة اثنين وثلثين ومائة) خلع ابو الورد بن الكوثر وكان من اصحاب مروان بن محمد طاعة بني العباس وكان قد دخل في طاعتهم ، فسار عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس الي ابي الورد وهو بقنسرين بجمع عظيم فاقتتلوا قتالا شديدا وكثر القتل في الفريقين ، ثم انهزم اصحاب ابي الورد وثبت ابو الورد حتي قتل ، ولما فرغ عبد الله بن علي من ابي الورد امن اهل قنسرين وجدد البيعة معهم ، ثم رجع الي دمشق وكان قد خرج من بها عن الطاعة ايضا ونهبوا اهل عبد الله بن علي فلما دني عبد الله من دمشق هربوا ثم امنهم ❊

وفيها ولي السفاح اخاه يحيي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس الموصل وكان اهلها قد اخرجوا الوالي الذي بها فسار يحيي الي الموصل ولما استقر بها قتل من اهلها نحو احد عشر الفا رجل ثم امر بقتل نسايهم وصبيانهم ، وكان مع يحيي قايد معه اربعة الاف زنجي ، فاستوقفت *a* امراة من اهل الموصل وقالت ما تانف *b* للعربيات ينكحن الزنوج ، فعمل كلامها فيه *c* وجمع الزنوج فقتلهم من اخرهم ❊

وفي

a) فاستوقفت Si recte habet haec vox, notat: *ſiſtere ſtudebat*, nempe gradum ducis, vel furorem militum. Cogitavi aliquando, فاستوقفت eſſe poſſe: *dicebat* وفقك الله, *o Emir, ut tibi Deus ſit propitius!*

Ta-

Anno, in quo ſubſtitimus, centeſimo trigeſimo ſecundo, cervicibus excuſſit Abu-Vard, filius Cautari, nuper admiſſum Abbaſidarum iugum, Marvani quondam ducum unus; et in defectionis ſocietatem Kinneſrinenſes (1) pertraxit. Cui quum magno cum exercitu obviam procederet Abdalla, filius Alii, concurritur apud Kinneſrin, pugnatur pertinaciter, fit magna utrinque ſtrages; deſertus tandem a ſuis in fugam coniectis Abu-Vard, quod ſtatione decedere nollet, confoſſus eſt. Rebus ita compoſitis denuo recipit Abdalla Kinneſrinenſes in fidem atque deditionem. Inde Damaſcum redit, ubi per eius abſentiam ſtudioſi novarum rerum praeſidia et familiam eius ſpoliaverant. Nihil tamen ideo gravius Abdalla in urbem ſtatuit; ſed potius fugientes ad adventum ſuum revocat, ſecuros eſſe iubet, et commiſſorum venia donat.

Mauſelitae quoque turbas concitabant; at illi quidem graviſſimas poenas dederunt. Eiecerant quem Saffah ipſis rectorem impoſuerat. Quapropter miſſus illuc ibat Saffahi frater, Iahia, filius Muhammedis, filii Alii. Qui ut ibi firmum gradum poſuit, in cives iam ſecuros ferrum immiſit, et primo quidem loco virorum undecim millia, dein eorum quoque uxores et liberos trucidavit. Habebat Iahia tribunum aliquem, quater mille Nigritarum, vel Zingorum, ductorem. Hunc femina quaedam indigena parumper ſubſiſtere rogatum, annon eum indignitatis puderet, interrogat, quae neceſſitatem imponeret Arabiſſis, teterrimorum Nigritarum libidines tolerandi. Tantum valuit feminae ſermo in virum, ut coactos in unum locum Zengos ad unum omnes concideret.

 Eodem

وفي هذه السنة ارسل السفاح اخاه ابا جعفر المنصور واليا علي الجزيرة واذربيجان وارمنية ، وولي عمه داود المدينة ومكة واليمن واليمامة ، وولي ابن اخيه عيسي بن موسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس الكوفة وسوادها ، وكان علي الشام عمه عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس ، وعلي مصر ابو عون بن يزيد وعلي خراسان والجبال ابو مسلم ☼

ثم دخلت سنة ثلاث وثلثين وماية ، فيها استولي ملك الروم وكان اسمه قسطنطين علي ملطية وقليقلا *

وفيها ولي السفاح عمه سليمان بن علي بن عبد الله بن عباس البصرة وكور *d* دجلة والبحرين والعمان ، واستعمل *e* ابن علي بن عبد الله بن عباس علي الاهواز *

وفيها مات عم السفاح داود بن علي بالمدينة وولي السفاح مكانه زياد بن عبد الله الحارثي * وفيها عزل السفاح اخاه يحيي بن محمد عن الموصل لكثرة قتله فيهم، وولي عليها عمه اسماعيل بن علي *

ثم دخلت سنة اربع وثلثين وماية ، فيها تحوّل السفاح عن الحيرة (وكان مقامه بها) الي الانبار في ذي الحجة ☼

ثم دخلت سنة خمس وثلثين وماية فيها توفي يحيي اخو السفاح بفارس وكان قد ولاه اياها السفاح بعد عزله عن الموصل *

ثم

Talibus formulis ſaepius utuntur Arabes. Vel quoque legi poteſt فاسترفقت *ſtudebat commiſerationem et modeſtiam extorquere.*

b) تانف Codex Leid. habet تاتق aut تاتف, pro quo تانف reſtitui.

c) فيه dubium, ad يحيي an ad قايد redeat.

d) وكور Sic ſcripſi pro cod. Leid. ولور *e*) Excidit hoc loco nomen viri.

Eodem anno ita diſtribuebat novus Chalifa, Saffah, provincias, ut fratri quidem, Abu-Gafaro Manſuro Meſopotamia cum Armenia et Aderbigana cederet, patruo vero, Davidi, omnis Arabia, tam petraea, in qua eminent Mecca et Medina, quam felix, et illa, quae Perſico ſinui praetenditur, et Iamama audit. Principis e fratre, Muſa, nepos, Iſa, accipiebat Cufam cum vicis et agris eius, qui vulgo ſolent Savad [ſeu nigra, tentoria ſcilicet Arabum ſcenitarum ibi palantium] vocari. Syriam tenebat Chalifae patruus, Abdalla; Aegyptum Abu-Aun fil. Iazidi [quem Saleh Abbaſides, poſt confectum cum Marvano bellum Syriam repetens, ibi rerum ſuo nomine curatorem reliquerat]. Choraſana tandem et Gabal [montana regio, id eſt Parthia] tributa Abu-Muſlemo.

Anno CXXXIII [qui coepit A. C. 750 die 8 Aug.] occupabat Romanus imperator, qui tum Conſtantinus [Copronymus] erat, Malatiam et Calicalam.

Eodem praeficiebat Saffah patruum ſuum, Solaimanum, Baſrae, et provinciis, quas Tigris alluit, et Bahrainae, et Omanae; alterum vero patruum* Ahvazae.

Eodem obiit alius eiusdem patruus, David, filius Alii, cui modo dicebamus Arabiae praefecturam mandatam fuiſſe, apud Medinam: cui ſucceſſit Zeiad, filius Abdallae, Haretita. Revocatus etiam a Mauſelae gubernatione fuit Iahia, principis frater, ideo, quod civium lanienae modum ſtatuere non poſſet. Cui ſuffectus patruus, Iſmaël, filius Alii.

Anni CXXXIV menſe ultimo transferebat Saffah lares ex urbe Hira, ubi hactenus egerat, Anbaram.

Anno CXXXV [qui A. Chr. 752 die 17 Iulii coepit] obiit Iahia, frater Saffahi, in Perſide, quam provinciam, ex Mauſelenſe, regendam adeptus a fratre fuerat.

* Hic excidit in arabico codice Leidenſe viri nomen.

ثم دخلت سنة ست وثلثين وماية ، فيها استاذن ابو مسلم السفاح في القدوم *f* عليه وفي الحج ، فاذن له ، فحج ابو مسلم وحج ابو جعفر ايضا وكان ابو جعفر هو امير الموسم ☼

ذكر موت السفاح ، وفي هذه السنة مات السفاح بالانبار في ذي الحجة بالجدري وعمره ثلاث وثلثون سنة ومدة خلافته من لدن قتل مروان اربع سنين وكان قد بويع له بالخلافة قبل قتل مروان بثمانية اشهر، وكان السفاح طويلا اقني الانف *g* ابيض حسن الوجه واللحية وصلي عليه عمه عيسي بن علي ودفنه بالانبار العتيقة ☼

ذكر خلافة المنصور وهو ثاني خلفاء بني العباس ، كان السفاح قد عهد بالخلافة الي اخيه ابي جعفر المنصور ثم من بعده الي ابن اخيه عيسي بن موسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس ، فعقد العهد في ثوب وختم عليه ودفعه الي عيسي بن موسي ، ولما مات السفاح كان ابو جعفر في الحج ، فاخذ له البيعة علي الناس عيسي بن موسي وارسل يعلمه بذلك وبموت السفاح ، وكان مع ابي جعفر ابو مسلم في الحج فبايع ابو مسلم ابا جعفر وبايعه الناس ☼

ثم دخلت سنة سبع وثلثين وماية ، فيها قدم ابو جعفر المنصور من الحج الي الكوفة فصلي باهلها الجمعة وخطبهم وسار الي الانبار فاقام بها ☼ وفيها بايع عم المنصور عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس لنفسه بالخلافة ،

وكان

f) في القدوم Cod. Leid. بالقدوم

g) اقني الانف *naſus gibboſus.* القنا احديداب الانف ait Ibn-Doraid, addens, in equo hoc inter vilia reponi. Pariter quoque ſcholiaſtes Hari-

Anno CXXXVI [qui coepit A.C. 753 die 7 Iulii] rogabat Abu-Muſlem a Saffaho veniam in aulam veniendi, et iter quoque ſacrum inſtituendi: quo conceſſo religione perfunctus eſt una cum principis fratre, Abu-Gafaro Manſuro, qui religioſam catervam eo anno ducebat.

Interea vero dum domo abſentes ſacris vacant, obit Saffahus Anbarae e variolis menſe ultimo huius anni, aetatis anno trigeſimo tertio, Chalifatus quarto, ſi ſcilicet a caede Marvani numerum ordiaris. Vere tamen octava iam menſe ante iſtam caedem publico ſacramento Chalifa fuerat renunciatus. Procerus erat, naſo aquilino, candidus, venuſtus vultu, et elegante barba. Defuncti reliquias in vetere Anbara condidit, precibusque atque ceteris decoravit ſollemnibus patruus, Iſa, filius Alii.

Huic frater ſic iubenti ſucceſſit, Abu-Gafar Manſur, Abbaſicorum Chalifarum in ordine ſecundus. Caverat enim Saffah, ut ſibi quidem Manſur, huic autem e communi fratre nepos, Iſa, ſuccederet, filius Muſae, filii Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi. Hoc teſtamentum ſindone involutum (2), et tum obſignatum, tradiderat modo dicto Iſae, filio Muſae; qui ſacramentum Manſuri nomine, in ſacris locis tum agentis, exigebat, eique tam de morte Saffahi, quam de inſtituto ſuo ſignificabat. Cognita igitur ea rerum mutatione ſacramentum illico dicebant Manſuro Abu-Muſlem et ad eius exemplum ceteri omnes religioſae peregrinationis comites.

Anno demum CXXXVII iam inito [cuius initium in diem 26 Iulii A. C. 754 incidit] Cufam Mecca redux veniebat Manſur, religione defunctus, proximoque inde Veneris die in fano urbis praeibat populo preces et perorabat;* tum Anbaram, plurimam otii partem ibi acturus, petebat, Abu-Muſlemum vero, ſecum Mecca reducem, cum copiis mittebat adverſus patruum ſuum, Abdal-

* Hoc enim erat Chalifae officium, quo velut poſſeſſionem ſuae dignitatis capiebat. *A.*

وكان ابو مسلم قد قدم من الحج مع ابي جعفر المنصور، فارسل ابو جعفر ابا مسلم مع الجنود الي عمه عبد الله بن علي، وكان عبد الله بارض نصيبين، فاقتتل هو وابو مسلم عدة دفوع واجتهد ابو مسلم بانواع الخدع في قتاله وداموا كذلك *h*، وفي اخر الامر انهزم عبد الله بن علي واصحابه في جمادي الاخرة من هذه السنة الي جهة العراق واستولي ابو مسلم علي عسكره وكتب بذلك الي المنصور ✲

ذكر قتل ابي مسلم الخراساني بسبب وحشة جرت بينهما، فان المنصور كتب الي ابي مسلم بعد ان هزم عبد الله عمه بالولاية علي مصر والشام وصرّفه عن خراسان، فلم يجب ابو مسلم الي ذلك، وتوجّه ابو مسلم يريد خراسان وسار المنصور من الانبار الي المداين وكتب الي ابي مسلم يطلبه اليه، فاعتذر عن الحضور اليه وطالت بينهما المراسلات في ذلك، واخر الامر ان ابا مسلم قدم علي ابي جعفر المنصور بالمداين في ثلثة الاف رجل وخلف باقي عسكره بحلوان، ولما قدم ابو مسلم دخل علي المنصور وقبّل يده وانصرف، فلما كان من الغد ترك *i* المنصور بعض حرسه خلف الرواق وامرهم انه اذا صفق بيديه يخرجون ويقتلون ابا مسلم ودعي ابا مسلم، فلما حضر اخذ المنصور يعدّد ذنوبه وابو مسلم يعتذر عنها، ثم صفق المنصور فخرج الحرس وقتلوا ابا مسلم وكان قتله في شعبان من هذه السنة (اعني سنة سبع وثلثين ومائة) وكان ابو مسلم قد قتل في دولته ستماية الف صبرا *k* ✲

ثم

Haririi: القنا ارتفاع الانف وتحديد وسطه At videtur Merzukius ad Hamaſam repugnare, ſcribens: القنا طول الانف واذا كان بالعرض كان كانف الخنزير "*Canna* eſt longitudo naſi, et ſi longus ſit naſus in transverſum, ſimilis eſt naſo porcino."

Abdallam, filium Ali, qui Saffahi cognita morte Chalifatum ſibi arrogabat, et ſacramentum dici curabat. (3) Hic in agro Niſibenſi, ibi enim concurrebant, Abu-Muſlemo, forti quamvis et exercitato duci, haud parum faceſſebat negotii, praelioque illum non uno fatigabat, ut opus huic eſſet, peritiam, qua pollebat, militarem, verſutiasque omnes in uſum vocare, omnemque ſuam operam Abdallae vincendo impendere. Tandem ille rei finis huius anni ſexto menſe fuit, ut profligatus Abdalla cum ſuis Iracam peteret, Abu-Muſlem vero caſtris eius potiretur, et Manſuro miſſis litteris victoriam gratularetur.

At eum quidem indigna tantis meritis fortuna manebat. Abu-Muſlem ſcilicet, ſpretis Manſuri litteris, quibus, loco Choraſanicae praefecturae, Syriam et Aegyptum, quas victus Abdalla quondam tenuerat, regere iubebatur, in Choraſanam cum ſuis copiis contendebat, aegre ferens provinciam ſibi adimi, diu inſeſſam, unde nomen habebat, ubi carus erat omnibus. Id quod tam vehementer Manſurum uſſit, ut maiore forſan auſurum de medio iam tollere cogitaret. Evocat igitur Abu-Muſlemum Madainam (4), quo profectus ipſe ab urbe Anbara fuerat. Ille cauſſari multa et coram adveniendi neceſſitatem deprecari; tandem tamen aſſiduis expugnatus Manſuri per litteras legatosque citationibus eodem convenit, in cohorte ter mille praetorianorum ſuorum: ceteras enim copias Holvanae relinquebat. Primo quidem die honorifice acceptus manumque principis oſculatus ſalvus abiit (5), altero autem in aulam excitus periit. Nam primum Manſur ei crimina et cauſſas, unde in offenſionem venerat, omnes coram ſigillatim exprobrabat, excuſare atque diluere fruſtra tendente Choraſanico. Tandem manus complodebat Manſur: quo ſigno dato ſurgentes ex inſidiis pone cubiculi vela abſconſi, virumque adorti iuſſu et condicto principis confodiebant. Ita occubuit Abu-Muſlem (6) huius anni CXXXIV octavo menſe, vir, qui donec cum poteſtate fuit, ſexcentum hominum millia diverſis ſuppliciis ſuſtulit.

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين ومايـة ، وفي هذه السنـة خرج قسطنطين l ملك الروم الي بلاد الاسلام فاخذ ملطيـة عنوة وهدم سورها وعفي عمن فيها من المقاتلة والذرية m ، وقد مرّ في سنـة ثلاث وثلثين وماية نحو ذلك *

وفيها وسّع المنصور في المسجد الحرام *

ثم دخلت سنة تسع وثلثين وماية ، ذكر ابتداء الدولة الاموية بالاندلس ، في هذه السنة دخل عبد الرحمان بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان بن الحكم الي الاندلس ، وسبب ذلك ان بني امية لما قتلوا استخفي من سلم منهم ، فهرب عبد الرحمان المذكور واستولي علي الاندلس في هذه السنة *

وفيها ظفر المنصور بعمه عبد الله بن علي بن عبد الله بن عباس واعدمه ، وكان عبد الله مستخفيا من حين هرب عن ابي مسلم علي ما ذكرناه *

ثم دخلت سنة اربعين وماية ، في هذه السنـة ارسل المنصور عبد الوهاب ابن اخيه ابراهيم الامام والحسن بن قحطبة في سبعين الف مقاتل ليعمروا ملطية ، فعمّروها في ستة اشهر ، وسار اليهم ملك الروم في ماية الف حتي نزل علي نهر n جيحان ، فبلغه كثـرة المسلمين فرجع عنهم *

وفيها

k) داموا كذلك *continuabant, perſeverabant in his.* Hinc ادام له *continuavit ipſi vitam,* pepercit ei, cum poſſet occidere. Et استدام X Coni. apud Gorairum: *manere in eo ſtatu, quo quis eſt, absque motu.*

l) نـزّل pro نـزل deterioris Arabiſmi, qualis aetate Abulfedae vigebat. Ibn-Schehna pro hac voce habet واقف

Anno CXXXVIII [qui die 15 Iun. A.C. 755 coepit] legitur Conſtantinus, Romanus imperator, in ditionem Muſlemicam incubuiſſe, cepiſſe vi Malatiam, ei muros detraxiſſe, peperſiſſe tamen praeſidiis et eorum liberis. Qui caſus idemne ſit cum illo, quem ad annum centeſimum trigeſimum tertium attulimis, penes alios iudicium eſto.

Eodem ampliavit Manſur atrium ſacrarii Meccani.

Annus CXXXIX [qui d. 4 Iun. A.C. 756 coepit] novi dedit imperio natales, Ommiadarum illi in Andaluſia. Eo enim tum veniebat eius conditor, Abd-er-Rahman, filius Moaviae, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, filii Marvani, filii Hakemi; eamque occupabat provinciam [ex eo, quod a diſſito oriente in ultimum occidentem veniret, ab incolis nomen Dacheli, ſeu advenae, adeptus]. Communis ſtrages Ommiadarum, de qua paulo ante pluribus expoſuimus, ut ceteros eius gentis, qui ſalvi evaſerant, abdere ſeſe, qua poterant, et tempeſtatem devitare cogebat; ita huic quoque Abd-er-Rahmano, ut Hiſpaniam adiret, ſuaſerat, ubi cum gaudio et gratulatione a Muſlemis exceptus fuit.

Hoc anno quoque cepit et de medio ſuſtulit Manſur patruelem ſuum, Abdallam, qui ex quo fugerat ab Abu-Muſlemo profligatus, qua de re paullo ante diximus, apud fratrem Solaimanum hactenus latuerat.

Anno CXL [qui die 24 Maii A. C. 757 coepit] expediebat Manſur ſuum ex fratre, Ibrahimo Imamo, nepotem, Abd-al-Vahhabum, cui Haſanum, filium Cahtabae, et ſeptuaginta millia militum addebat, ad reſtaurandam e ruinis Malatiam, quam paullo ante a Conſtantino deſtructam diximus. Semeſtri confectum opus. Quod prohibiturum ſimulans advolebat quidem Romanus, et iam in ripa Gihani (7) cum centum millibus tendebat; neque tamen auſus quidquam, accepta Muſlemorum multitudine, domum rebus infectis remeabat.

 Eodem

وفيها حج المنصور وتوجه الي بيت المقدس ثم الي الرقة وعاد الي هاشمية الكوفة *

وفيها امر المنصور بعمارة سور المصيصة وبني بها مسجدا جامعا واسكنها الف جندي وسمّاها المعمورة *

ثم دخلت سنة احدي واربعين ومائة ، في هذه السنة كان خروج الراوندية علي المنصور ، وهم قوم من اهل خراسان علي مذهب ابي مسلم الخراساني يقولون بالتناسخ فيزعمون ان روح ادم في عثمان بن نهيك وان ربّهم الذي يطعمهم ويسقيهم هو الخليفة ابو جعفر المنصور ، فلما ظهروا واتوا الي قصر المنصور فحبس روساهم وهم مايتان ، فغضب اصحابهم واخذوا نعشا وحملوه ومشوا به علي انهم ماشيون في جنازة حتي بلغوا باب السجن فرموا بالنعش وكسروا باب السجن واخرجوا روساءهم ، ثم قصدوا المنصور وهم نحو ستماية رجل ، فتنادي الناس واغلقت ابواب المدينة وخرج المنصور ماشيا واجتمع عليه الناس ، وكان معن بن زايدة مستخفيا من المنصور فحضر وقاتل الراوندية بين يدي المنصور ، فعفي عن معن لذلك ، وقتل في ذلك اليوم الراوندية عن اخرهم *

ثم

k) قتله صبرا perfrequens elocutio: *occidit eum* non in acie, non ſubita ira, ſed *ſanguine frigido*, in carcere, manu carnificis. Verbum صبر propriè eſt *continere, in uno loco coërcere;* vel ſemetipſum continere, h. e. tolerare, perdurare, vel rem, h. e. coacervare, vel alium, h. e. incarcerare. Hinc صبر البلية ritus aliquis ſuperſtitioſus Arabum, de quo ſcholiaſtes Haririi ad conſ. xxx ad illa verba ما تقول في صبر البلية quae videri poſſent notare: "quid ais de toleratione afflictionis," ſed ibi notant: "quid ais de adſtrictione camelae ad ſepulcrum heri." Ibi

itaque

Eodem anno ſacrum iter utrumque ingrediebatur Manſur, cum illud Meccam et Medinam, quo iam ante fuerat defunctus, tum alterum quoque Hieroſolymam, unde per Raccam redibat Haſchemiam Cufae.

Eodem accipiebat Maſiſa [vel Mopſueſtia] iuſſu principis et novos muros, et fanum maius, et mille praeſidiarios, et nomen Mamurae [ſeu Coloniae reſtauratae].

Anno CXLI [qui die Maii 13. A. C. 758 coepit] Manſurum in turbas et diſcrimen haud contemnendum adducebant Ravanditae (8), natio Choraſanica, ſui quondam ducis, Abu-Muslemi Choraſanici, opinioni (9) addicta, ſtatuens nimirum, animas ex uno corpore in aliud quaſi in orbem migrare, ita ut e. c. Adami animam in Otmanum, Nihiki filium (10), ſubiiſſe contenderent. Pro deo dominoque, victus ſui largitore et diſpenſatore, habebant ferebantque Chalifam, Abu-Gafarum Manſurum. Ad cuius aulam quum venirent, abſurdae adulationis magna ſperantes praemia, iubet Manſur principes eorum, numero ducentos, comprehenſos in vincula coniici. Qua iniuria offenſi ceteri, quo minus ſuſpicionem agmine conferto euntes moverent, ſandapila in humeros ſublata, quaſi funus per humanitatem comitarentur, ad carcerem contendunt, cuius fores, abiecta ſandapila, effringunt, liberant ſuos principes, et omnes e veſtigio, omnino ſexcenti, verſus palatium Manſuri impetu invehuntur. Clamores tum tolli turbidae multitudinis, et concurſari; claudi urbis portae. Prodire pedes Manſur de palatio, et ipſe confluentem ad ſe turbam adverſus tumultuatores accendere verbis, ducere. Virtutis eo die praeclarum ſpecimen dedit Man, filius Zeiadae. Accurrens enim e latebris, quibus ſe ad eum diem Manſuri metu abdiderat, et in oculis principis ſtrenue pugnans, retundebat Ravanditas, unusque maxime, ut eo die graſſatores radicitus exſcinderentur, in cauſſa erat. Quo facto veniam veterum offenſarum a principe meruit. (11)

ثم دخلت سنة اثنتين واربعين ومائة ، فيها مات عم المنصور سليمان بن علي *

ثم دخلت سنة ثلاث واربعين ومائة ، واربع واربعين ومائة ، في هذه السنة حبس المنصور من بني الحسن بن علي بن ابي طالب احد عشر رجلا وقيّدهم *

وفيها مات عبد الله بن شبرمة ، وعمرو بن عبيد المعتزلي الزاهد ، وعقيل بن خالد صاحب الزهري *

ثم دخلت سنة خمس واربعين ومائة ، في هذه السنة ظهر محمد بن عبد الله بن الحسن بن الحسين بن علي بن ابي طالب واستولى علي المدينة وتبعه اهلها ، فارسل المنصور ابن اخيه عيسى بن موسى اليه ، فوصل الي المدينة ، وخندق محمد بن عبد الله علي نفسه موضع خندق رسول الله للاحزاب وجري بينهما قتال ، اخره ان محمد بن عبد الله المذكور قتل هو وجماعة من اهل بيته واصحابه وانهزم من سلم من اصحابه ، وكان محمد المذكور سمينا اسمر شجاعا كثير الصوم والصلوة وكان يلقب المهدي والنفس الزكية ، ولما قتل محمد اقام عيسى بن موسى بالمدينة اياما ثم سار عنها في اواخر رمضان يريد مكة معتمرا *

ذكر بناء بغداد ، في هذه السنة ابتداء المنصور ببناء مدينة بغداد ، وسبب ذلك ان المنصور كره سكني الهاشمية التي ابتناها اخوه o بنواحي الكوفة لما ثارت عليه الراوندية فيها ، وكرهها

itaque ſcholiaſtes: الصبر الحبس والبلية الناقة تحبس عند قبر صاحبها ولا تسقي ولا تعلف الي ان تموت Vid. Pocockii ſpecimen hiſt. Arab. pag. 135.

Anno CXLII [qui die 3 Maii A. C. 759 coepit] Solaiman obiit, Alii filius, patruelis Manſuri.

Anno CXLIV [qui die 10 Aprilis A. C. 761 coepit] comprehenſos dabat Manſur in compedes undecim de gente Haſani Alidae viros.

Eodem obibant Abdalla, filius Schobramae (12), et Amru, filius Obaidi Motazalita (13), vitae auſterae cultor, et Ocail, filius Chaledi, diſcipulus Zohritae.

Anno CXLV [qui coepit die 31 Martii A. C. 762] caput efferebat Medinae, urbeque ſui iuris facta ab incolis Chalifa ſalutabatur, Muhammed, agnomine Mahdi [ſeu in rectum tramitem director], et Nafs-ez-Zakiia [ſeu anima pura et candida] dictus, filius Abdallae, filii Haſani, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi. Cui ſuum ex fratre nepotem opponebat Manſur, Iſam, filium Muſae; quo Medinam contendente, Muhammed iſte Alides vallum urbi ſibique circumducebat, eo ipſo in loco, quo maternus eius atavus, Muhammed propheta, illud fama et miraculis celebre vallum adverſus Ahzab [ſeu miſcellaneas e variis Arabicis tribubus coortas et ad exſcindendum prophetam coniuratas catervas] olim duxerat.* Coibat ergo praelium, eo eventu, ut ipſe Muhammed, cum gentilium Alidarum numero aliisque amicis caderet, ceteri, qui caedem evaſerant, e moenibus aliquot dierum ſpatio in urbem compellerentur; quam deinceps ingreſſus Iſa redigebat in ordinem, tum excedebat inde Meccam, ſub finem noni menſis huius anni, ſacrae aedis viſitandae ergo. De Alida Muhammede haec traduntur, obeſum fuiſſe, colore furvum, fortem, precum et ieiuniorum aſſiduum.

Idem annus naſcentem vidit Bagdadum (14), Manſuri auſpiciis; cui Haſchemia, ab eius fratre haud procul Cufa condita, diſplicere incipiebat ideo, quod et in iſto palatio vitae diſcrimen a tumultu Ravanditarum, de quo paullo ante diximus, adie-

* Vid. ad annum V. Tomo I. editionis noſtrae, pag. 105 ſqq.

وكرهها ايضا لجوار اهل الكوفة لانه كان لا يامنهم علي نفسه ، فخرج يرتاد له موضعا يسكنه ، فاختار موضع بغداد وابتداء في عمله سنة خمس واربعين ومائة ٭

ذكر ظهور ابراهيم العلوي ، في هذه السنة ايضا من رمضان *p* ظهر ابراهيم بن عبد الله بن الحسن بن الحسين بن علي بن ابي طالب اخو محمد النفس الزكية وكان مستخفيا هاربا من بلد الي بلد والمنصور مجتهد علي الظفر به ، فقدم البصرة ودعي الناس لبيعة اخيه محمد بن عبد الله وذلك قبل ان يبلغه قتله بالمدينة ، فبايعه جماعة منهم مرة العبشمسي *q* وعبد الواحد بن زياد وعمرو بن سلمة الضجعمي *r* وعبد الله بن يحيي الرقاشي ، واجابه جماعة كثيرة من الفقهاء واهل العلم حتي احصي ديوانه *s* اربعة الاف ، وكان امير البصرة سفيان بن معاوية ، فلما راي اجتماع الناس علي ابراهيم المذكور تحصّن في دار الامارة بجماعة ، فقصده ابراهيم وحصره فطلب سفيان منه الامان فامنه ابراهيم ، ودخل ابراهيم القصر فجاء يجلس علي حصير فرشت له هناك فقلّبها الريح فتطيّر الناس بذلك فقال ابراهيم انّا لا نتطيّر فجلس عليها مقلوبة ، ووجد

l) قسطنطين Sic ſcripſi pro قلسطين cod. Leid.

m) الذرية vox perfrequens, *proles*, proprie *ſemen ſparſum*, זרע

n) علي ظهر Deerat علي in cod. Leid.

o) اخوه Deeſt haec vox in cod. Leid. item ſequens فيها Poſſet etiam legi, اخوه السفاح, vel ſimpliciter السفاح

p) ايضا من رمضان Ita codex. Credo numerum dierum excidiſſe, et in ايضا latere مضين Si quis tamen retinere malit ايضا, putans re-

adierat, et a levitate perfidiaque vicinorum Cuſenſium male ſibi metuebat. Suſcepto igitur eum in finem itinere, quo commodum figendis novis ſedibus locum deligeret, incidebat in id ſolum, in quo Bagdad nunc exſtat, et in quo ut urbem erigi iuſſit, condendae factum hoc anno fuit auſpicium.

Quo ipſo haud parum ſollicitudinis et terroris iniiciebant Manſuri animo Ibrahimi Alidae motus haud contemnendi. Vir ille, frater Muhammedis, cognomine Animae purae gaudentis, de quo paullo ante diximus,* iamdudum a Manſuro requiſitus, latitaverat hactenus, terramque terra mutans multum exercuerat et eluſerat indagatorum ſtudia; nunc autem prodibat Baſrae (15) in publicum nono huius anni menſe, urbisque incolas ad danda fratri Muhammedi fidem nominaque invitabat, non improſpere, antequam de fratris apud Medinam accepta clade fama perferretur. Inter aſſeclas habebat haud paucos, neque parvi momenti viros, ut Morram, virum Abdſchamſitam [adeoque Ommiadis affinem], et Abd-al-Vahedum, filium Zeiadi, et Amruum, filium Salamae, Dagaamitam, et Abdallam, filium Iahiae, Racaſchitam (16), et fakihorum atque theologorum plurimos, adeo, ut brevi tempore codicilli eius quatuor nominum millia tenerent. Quae tanta in Ibrahimum ſtudia videns, qui Baſrae tum praeerat, Sofian, filius Moaviae [vir Mohallebides] in arcem praetoriam cum paucis aliquot ſuorum ſe recipiebat; quam tamen obſeſſus aliquanto poſt deſerebat et ſecuritatis pacto dedebat Ibrahimo. Is ergo arcem ingreſſus occupabat, omine ſiniſtro. Nam quum in tapetem, quem ſui in quodam arcis triclinio ſtraverant, conſeſſum iret, contingebat ut ventus irruens eum revolveret: quo fortuito caſu rerum infelices ſucceſſus et everſionem portendi affirmabant, qui aderant, meticuloſi. Ipſe tamen nihilominus in tapete, ut erat, inverſo conſidebat, omina ſpernere

* Vide ſupra pag. 15.

ووجد ابراهيم في بيت المال الغي الف درهم فاستعان بها وفرض لاصحابه خمسين خمسين ، ومضي ابراهيم بنفسه الي دار زينب بنت سليمان بن علي بن عبد الله بن عباس (واليها ينسب الزينبيون من العباسيين) فنادي هناك لاهل البصرة بالامان وان لا يتعرض اليهم احد ، ولما استقرّت البصرة لابراهيم ارسل جماعة فاستولوا علي الاهواز ، ثم ارسل هارون بن سعد العجلي في سبعة عشر الفا الي واسط فملكها العجلي ، ولم يزل ابراهيم بالبصرة يفرّق العمّال والجيوش حتي اتاه خبر مقتل اخيه محمد بن عبد الله قبل عيد الفطر بثلاثة ايام ، ثم ان ابراهيم اجمع علي المسير الي الكوفة ، فسار من البصرة وقد احصي ديوانه ماية الف حتي نزل باحمرا (وهي عن *t* الكوفة علي ستة عشر فرسخا) ، وكان المنصور قد استدعي عيسي بن موسي من الحجاز فحضر فجعله في جيش قبالة ابراهيم بن عبد الله ، وجري بينهما قتال شديد انهزم فيه غالب عسكر عيسي بن موسي ثم تراجعوا ثم وقعت الهزيمة علي اصحاب ابراهيم ، وثبت هو في نفر قليل من اصحابه يبلغون ستماية ، فجاء سهم في حلق ابراهيم فتنحّي عن موقفه وقال اردنا امرنا واراد الله غيره ، واجتمع عليه اصحابه وانزلوه ، فحمل عليهم عسكر عيسي بن موسي

reſpici ad ſuperiorem hiſtoriam de ſeditione et caede Muhammedis Hoſainidae, quod non improbabile, tum legendum erit ايضا في رمضان

q) العبشمسي pro codicis Leid. العبشمي Vulgare pro العبد شمسي

r) الضجعمي Cod. Leid. الضجمي

nere dicens. Egregie inſerviebat ipſi aerarium in arce Baſrenſi repertum, bis millies mille numum argenteum. Suis enim inde diſtribuebat ſtipendia, viritim quinquagenos numos. Dein pergebat in domum Zainabae, filiae Solaimani, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, iſtius, unde dicti ſunt Abbaſidarum quotquot Zainobitae audiunt; qua e domo per praeconem edicebat, civis nullius peti ſanguinem, neque fore quemquam, qui vel tantillum ipſis moleſtiae afferret. Subacta hunc in modum Baſra, copias porro expediebat Ibrahim in Ahvazam, quam etiam occupabant; alios ſeptem mille homines cum Haruno, filio Sadi, Aglita, Vaſetam, qua et hi potiebantur; alios alio, praefectos et praeſidia, donec de fratris caede nuncium menſe nono exeunte acciperet, tribus ante feſtum Fetri diebus [id eſt ante calendas decimi menſis, quo die noni menſis, Ramadani, ieiunium rumpitur]. Decernebat deinceps Ibrahim Cufam ire, et fortunae inſtare. Egreſſus igitur Baſra cum copiis, quae ad centum millium numerum accreverant, pergit ſedecim paraſangas a Cufa, ad locum Ahmaza (17) dictum, ubi caſtra ponit, et cum Iſa, filio Muſae, Abbaſida, concurrit. Hunc enim Manſur excitum ex Hegazo, [ubi quomodo vicerit huius Ibrahimi fratrem, Muhammedem, ſupra dictum fuit,] bello huic cum Alida gerendo praefecerat. Atrox commiſſa pugna, qua primum quidem exercitus Iſae maximam partem fuſus fugatus; deinde vero, poſtquam collectis animis ad ſigna rediiſſent, converſa fortuna, milites Ibrahimi profligati fuerunt. Quo factum, ut deſertus Ibrahim, quum loco cedere cum pauca, quae perſtabat, manu, ſexcentorum fere hominum, nollet, gutture ſagittam reciperet; quod eum ex acie deflectere cogebat, ultima haec verba pronunciantem: "Studuimus rebus votisque noſtris: at deus aliis ſtuduit." Interea dum cadentem ſui laborant equo tollere, et corpus ſaltim hoſtibus eripere, fit acerrimus eius potiundi et retinendi cauſa conflictus. Tandem tamen hoſtes invecti magno cum impetu,

موسي وفرّقوهم عنه واحتزّوا راسه واتوا به الي عيسي ، فسجد شكرا لله تعالي وبعث به الي المنصور ، وكان قتل ابراهيم لخمس بقين من ذي القعدة سنة خمس واربعين وماية وكان عمره ثمانيا واربعين سنة *

ثم دخلت سنة ست واربعين وماية ، فيها تحوّل المنصور من مدينة ابن هبيرة الي بغداد ليكمل عمارتها واستشار اصحابه (وفيهم خالد بن برمك) في نقض ايوان كسري والمداين ونقل ذلك الي بغداد ، فقال خالد بن برمك لا اري ذلك لانه من اعلام المسلمين ، فقال المنصور ملت يا خالد الي اصحابك العجم ، وامر المنصور بنقض القصر الابيض ، فنقضت ناحية منه فكان ما يغرمون علي نقضه اكثر من قيمة ذلك المنقوض ، فترك نقضه ، فقال له خالد اني لا اري ان تبطل ذلك لئلّا يقال انك عجزت عن تخريب ما بناه غيرك ، فلم يلتفت المنصور الي ذلك وترك هدمه ونقل ابواب مدينة واسط فجعلها علي بغداد ، وجعل المنصور بغداد مدوّرة لئلّا يكون بعض الناس اقرب من السلطان من بعض وبني قصره في وسطها والجامع في جانب القصر *

ثم

s) احصي ديوانه *dederunt numerandum eius codicilli.* Vid. Schultens ad excerpta Hamaſae pag. 387. Quod autem ibi حصاة *prudentia* a *calculo* derivat, id longe arceſſitum: rectius ab حصا *continuit ſe* derivatur.

t) Pro عمر habet cod. Leid. et Ibn-Cotaiba معمر. Poſterior quoque legit ببا حمرا pro باحمرا, de quo vid. adnotationes hiſtoricas.

confertos et obſtantes diſcutiunt, iacentique Ibrâhimo caput amputant, quod allatum ut conſpexit Iſa, procumbens humi deo gratias egit, protinusque ad Manſurum miſit. Accidit haec clades die ſexto vigeſimo menſis undecimi huius anni, annosque complevit Ibrahim XLVIII.

Anno CXLVI [qui die 20 Martii A. C. 763 iniit] transferebat Manſur lares ex urbe Ibn-Hobaira* Bagdadum, quo praeſens ipſe urbi recenti colophonem imponeret. Cui conquirens ornamenta, arceſſebat Vaſeta portas, pariterque meditabatur totum Coſrois illud album dictum palatium, Modaina in alumnam ſuam transferre; ea de re cum conſiliariis deliberabat. Quos inter ſententiam rogatus Chaled, Barmaki filius, illuſtris Perſa, immortale monumentum Iſlamiſmi omnia ſubigentis deſtrui vetabat. Manſur autem id conſilium non tantum non approbabat, exprobrabat quoque iniquitatem auctoris. Chaledum ſibi videri magis conſervandae maiorum ſuorum, Perſarum regum, quam augendae gloriae principis praeſentis, velificari. Iubebat ideo palatium illud deſtrui; ſed brevi poſt omittebat coeptum opus, intellecto poſt deiectam eius aliquam particulam, plus impendii factum in demolitionem fuiſſe, quam rudera valebant. Verum et hoc quoque conſilium diſſuadebat Chaled, metum oſtendens, ne Manſur cauſſam criminandi malevolis daret, tamquam ea diruere non valuiſſet, quae vetuſtior aliquis alius princeps condidiſſet. At nihilo magis avertebat poſterius hoc Chaledi argumentum Chalifam, quam ſuperius. Immota ergo perſtiterunt antiqua iſthaec opera. Ceterum ideo rotundam inſtituit Manſur Bagdadi formam, ne a domino ſacrisque propius hi, quam illi, abeſſent; in urbe media conditis palatio auguſto, et ad eius latus fano maiore.

* Haec urbs a Geographo Nubienſe pag. 246. lin. 16. prope Cufam collocatur in ripa citeriore Euphratis, ad tres diaetas a Bagdado. *A.*

ثم دخلت سنة سبع واربعين ومايـة ، فيـهـا خلع المنصور ابن اخيه عيسي بن موسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس من ولاية العهد وبايع لابنه المهدي محمد بن المنصور *

ثم دخلت سنة ثمان واربعين ومايـة ، فيها ولد الفضل بن يحيي بن خالد بن برمك * وفيها ولّي المنصور خالد بن برمك الموصل ، وكان مولد الفضل قبل مولد الرشيد بسبعة ايام فارتضعته الخيزران ام الرشيد *

وفيها توفي جعفر الصادق بن محمد الباقر بن زين العابدين علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب ، وجعفر الصادق احد الايمة الاثني عشر علي راي الامامية ، فانه قد تقدم منهم عليّ بن ابي طالب ، ثم ابنه الحسن ، ثم الحسين ، ثم زين العابدين ، ثم الباقر ، ثم جعفر الصادق المذكور ، وسنذكر الباقين ان شاء الله تعالي ، وسمّي جعفر الصادق لصدقه ، وله كلام في صنعة الكيميا والزجر والفال *v* ، وولد سنة ثمانين وتوفي في هذه السنة (اعني ثمان واربعين ومايـة) بالمدينة ودفن بالبقيع ، وامه بنت القسم بن محمد بن ابي بكر الصدّيق *

وفيها توفي محمد بن عبد الرحمن بن ابي ليلي القاضي *

ثم دخلت سنة تسع واربعين ومايـة ، فيها مات مسلم بن قتيبة بالريّ وكان مشهورا عظيم القدر * وفيها مات عيسي بن عمر الثقفي وعنه اخذ الخليل النحو * وفيها مات كهمس *x* بن الحسن التميمي البصري *

ثـم

v) الزجر والفال Videtur prior liber de auguriis e cantu aut occurſu avium, aliorumve animantium, alter de ominibus e viva voce hominum aut litteris ſcriptis librorum, Corani praecipue, egiſſe. Sane multis in exemplis Corani ad finem reperitur فال نامه ſeu libellus de ſigni-

Anno CXLVII [qui die 9 Martii A. C. 764 coepit] excluſit Manſur a iure in Chalifatum ſuccedendi ſuum ex fratre nepotem, Iſam (18), filium Muſae, filii Muhammedis; quod ipſi moriens Saffahus tribuerat, ut ſupra vidimus; et huic ademtum in filium ſuum, Muhammedem Mahdium, transferebat.

Anno CXLVIII [qui coepit die 26 Febr. A. C. 765] natus eſt Fadl, filius Iahiae, filii Chaledi, filii Barmaki, et ſeptem diebus poſt Raſchid, modo dicti Mahdii filius, nepos ipſius Manſuri; cuius mater, Chaizaran (19), una cum ſuo parvulo etiam Fadlo ubera praebebat. [Vnde intelligas quanto in honore Barmakidarum gentem Manſur habuerit.] Avum Fadli, Chaledum, praeficiebat idem princeps hoc anno Mauſelae.

Eodem obiit Gafar Sadek [hoc eſt verax] (20), filius Muhammedis Bakeri, filii Zein-el-Abedin Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, ſextus ordine in illa Imamorum, quam Imamitae, vel Schiitae, iactant, dodecade; de quorum quinque primis, Alii, Haſano, Hoſaino, Zein-el-Abedin, et Bakero, ſuo quoque loco vidimus; de ſexto ſermo nobis nunc eſt. Reliquos ordine quemque et tempore ſuo, ſi deo viſum fuerit, producemus. Veracis nomen Gafar eo meruit, quod veritati dicendae maximopere ſtuderet. Opuſcula ſcripſit de Alchymia (21), item de auguriis et ſortilegiis. (22) Natus fuit anno aerae noſtrae octogeſimo, deceſſit hoc, quo diximus anno, Medinae, ubi etiam in Bakio conditus eſt. Mater eius fuit illuſtris femina, filia Caſemi, filii Muhammedis, filii Abu-Becri, Iuſti [primi Chalifae].

Eodem obiit Kadi [Cufae] Muhammed, filius Abd-er-Rahmani, Ibn-Abu-Laili.

Anno CXLIX [qui coepit A. C. 766 die 15 Februar.] obiit Muſlem, filius Cotaibae, in urbe Raia, vir magnae dignitatis et famae; nec non Iſa, filius Omari (24), Tacafita, a quo Chalil, celeberrimus grammaticus, doctrinam ſuam accepit; item Cahmus (25), filius Haſani, Tamimita, Baſrenſis.

Anno

ثم دخلت سنة خمسين وماية، وفيها بني عبد الرحمان الاموي سور قرطبة *

وفيها مات جعفر بن ابي جعفر المنصور *

وفيها مات الامام ابو حنيفة النعمان بن ثابت بن زوطا مولي تيم الله بن ثعلبة، وكان زوطا من اهل كابل وقيل من اهل بابل وقيل من اهل الانبار وهو الذي مسّه الرق *y* فاعتق *z* وولد له ثابت علي الاسلام، وقال اسماعيل بن حمّاد بن ابي حنيفة المذكور ما وقع علينا رقّ قطّ، وروي ان ثابتا ابا ابي حنيفة وهو صغير ذهب الي علي بن ابي طالب فدعي له بالبركة فيه وفي ذريته، وقيل في نسب ابي حنيفة غير ذلك، فقيل هو النعمان بن ثابت بن النعمان بن المرزبان وان جدّه النعمان بن المرزبان اهدي الي علي بن ابي طالب في يوم المهرجان فالودجا، فقال له علي مهرجونا *a* في كل يوم، وادرك ابو حنيفة اربعة من الصحابة وهم انس بن مالك وعبد الله بن ابي اوفي بالكوفة وسهل بن سعد الساعدي بالمدينة وابو الطفيل عامر بن واثلة ولم يلق احدا منهم ولا اخذ عنهم واصحابه

ſignificatione ominoſa dextra ſiniſtrave ſingularum litterarum. Solent enim Muhammedani ſuperſtitioſi, mane ſurgentes aut rem arduam aggredientes, Coranum evolvere, et ex occurrente prima voce vel littera de exitu negotii ominari.

x) كهمس ſic Ibn-Cotaiba et Ibn-Doreid pro Leid. كهمش

y) مسه الرق Sapit elocutionem Corani, in quo paſſim مسهم عذاب من ربهم Verbum مس *tetigit* de rebus ingratis, affligentibus, inhoneſtis adhibetur. Ita مس الهوان *tractus infamiae* apud Meidanium. Idem ait: ما رايت شيا قط الا سمعت حسه ووجدت مسه "nihil

Anno CL [qui coepit anno Chr. 767 Febr. 5.] ſtruxit Abd-er-Rahman, Ommiades, Muſlemorum in Andaluſia princeps, moenia Cortobae.

Eodem obiit Gafar, Manſuri filius natu maior [de quo etiam Manſur praenomen Abu-Gafari, pro more, habuit].

Obiit etiam Imam Abu-Hanifa Noman, filius Tabeti, filii Zutae, libertus Taimallae [ſeu familiae, quae a Taimalla, filio Talabae, genus et nomen ducit]. Ipſe quidem non ſerviit, neque pater eius, ſed avus, Zuta, quem alii Cabulenſem, alii Babylonium, alii Anbaritam faciunt, ſiniſtra fortuna captus in bello, et in ſervitutem abreptus fuerat; unde cum Tabeto ſuo, conditione profitendae fidei Muſlemicae, libertatem adeptus fuit.* Contradicit tamen huic relationi Iſmaël, filius Hammadi, et per hunc noſtri nepos, negans gentem ſuam unquam ſerviiſſe. Traditur quoque Tabet, noſtri pater, ad Alin, filium Abu-Talebi, veniſſe, ſed admodum adhuc puer, et ab eo verba auſpicata ſibi ſuisque poſteris tuliſſe. Diverſa his alia de Abu-Hanifae gente narrantur. Ita ſunt, qui avum eius Nomanum, filium Marzabani, appellant, eumque perhibent aliquo die feſto Mihirgan Paludam (26) Alio, filio Abu-Talebi, dono dediſſe: cui grati animi teſtandi ergo Alin optaſſe, ut omnes ipſi vitae dies meri Mihirgani [id eſt proſperi candidique**] occurrent. [Sed ſatis de his. Ad ipſum Abu-Hanifa deveniamus.] Attigit quidem vivendo quatuor viros de prophetae ſodalitio adhuc ſuperſtites hos, Anaſum, filium Maleki, et Abdallam, filium Abu-Aufae, Cufae ambos; Sahlum porro, filium Saadi, Saaditam, Medinae, et Abu-Tofail Amerum, filium Vatelae; nullum tamen eorum audivit. Quam-

* Arabica verti quoque poſſunt: "et natus ipſi fuit Tabet, Muſlemum iam profeſſo." *A.*

** *Mihregan* enim, vel *Mihrgan*, vel *Mihirgan* ſunt Perſarum hilaria. D'Herbelot in hac voce. Golius ad Alferganum pag. 25. *A.*

واصحابه يقولون لقي جماعة من الصحابة واخذ عنهم ، ولم يثبت
ذلك عند اهل النقل ، وكان ابو حنيفة عالما عاملا زاهدا ورعا
راوده *b* ابو جعفر المنصور في ان يلي القضاء فامتنع ، وكان حسن
الوجه ربعة وقيل طويلا احسن الناس منطقا ، قال الشافعي رحمه
الله تعالي قيل لمالك هل رايت ابا حنيفة ، فقال نعم رايت رجلا
لو كلّمته في هذه السارية ان يجعلها ذهبا لقام بحجّته ، وكان
يصلي غالب الليل حتي قيل انه صلي الصبح بوضوء عشا الاخرة
اربعين سنة وحفظ عليه انه ختم القران في الموضع الذي توفي فيه
سبعة الاف مرة ، وكان يعاب بقلّة العربية ، وكانت ولادته سنة
ثمانين للهجرة وقيل ولد سنة احدي وستين ، وكانت وفاته ببغداد
في السجن ليلي القضاء فلم يفعل ، وقيل انه توفي في اليوم الذي
ولد فيه الشافعي وذلك في رجب من هذه السنة وقيل في جمادي
الاولي وقبره ببغداد مشهور ، (وزوطا بضم الزاء المعجمة وواو
ساكنة وفتح الطاء المهملة) *

وفيها توفي محمد بن اسحق صاحب المغازي *c* ، وقيل
كانت

"nihil vidi umquam cuius dolorem [pr. *Hiſſe*, vocem quam edit dolens] non audiverim, et afflictionem deprehenderim" h. e. nihil vidi laetum, cui triſte additum non fuerit. Gorair habet: مسها سكر *tentavit, tetigit eum ebrietas.* Ita quoque مسه الجنون *tetigit eum furor*, et ſimpliciter مس *tactus* dicitur de tactu furoris, "une attaque de manie." Porro in Hamaſa: مسني جزع *tetigit me dolor trepidus.* Haririus conſ. XLV مس حيف *tactus oppreſſionis*, et conſ. XXI مس الاذي *tactus, dolor noxiarum.*

z) فاعتنق Videtur واعتنق هو وولد له legendum eſſe, quod in verſione exhibui.

Quamvis enim affirment ſectae huius viri addicti, eum attigiſſe et frequentaſſe bene multos iſtius, quod dixi, venerabilis collegii, nullum tamen bonae notae hiſtoricum ſibi conſentientem ea in re habent. Fuit Abu-Hanifa non tantum peritus divinae legis, ſed et rigidus obſervator, rerum, quae hominibus magni fieri atque expeti ſolent, contemtor, ſolique cultui divino deditus; rebus in omnibus, ne forte per inſcitiam peccaret, anxius: quapropter Cadii munus, quod Manſur ipſi obtrudebat, conſtanter recuſabat. (27) Facie honeſta, corpore quadratus, aut, quod alii volunt, procerus; mirifica eloquentia. Ita quidem de illo ſenſit Malec, quem, interrogatum aliquando, noſſetne Abu-Hanifam, noſſe omnino affirmaſſe refert Schafiaeus, talemque illum noſſe, qui ſi tibi demonſtrari poſcas, verbi gratia, tigillum aureum eſſe, quod ligneum eſt, evincere ſuſcipiat et perſuadeat. Maximam noctis partem precando ſolebat exigere, adeo ut ſint, qui dicant, per quadraginta continuos annos eum preces matutinas cum iis, quae ad ultimam veſperam recitantur, in una et eadem luſtratione coniunxiſſe. Et obſervarunt, qui ei ſub vitae finem adfuerunt et invigilarunt, eum ibi loci, ubi exſpiravit, hoc eſt, in carcere, quod mox audiemus, Coranum ſepties millies a capite ad calcem memoriter recitaſſe. Reprehenditur in eo, quod Arabica dictione in ſermone ſcriptisque uſus fuerit inquinatiore, parum elegantiae et grammaticis ſanctionibus tribuens. Natus A. F. octogeſimo, vel, aliis auctoribus, primo et ſexageſimo, Bagdadi finiit hoc anno in carcere, quem ideo ſubiit, quod Cadi munus adminiſtrare, ut diximus, nollet. Sunt qui eum ea ipſa nocte exceſſiſſe perhibent, qua vivis intereſſe coepit Schafiaeus; id quod menſe huius anni ſeptimo, aut quinto, contigit. Sepulchrum eius Bagdadi hodie quoque celebratur. (28)

Eodem ibidem obiit Muhammed, filius Ishaki, auctor Magazi [ſeu hiſtoriae bellorum ſacrorum, quae ſub Muhammede primisque deinceps Chalifis contigerunt]. Sunt tamen qui mor-

كانت وفاة محمد بن اسحاق المذكور سنة احدي وخمسين ومائة ، وكان ثبتا في الحديث *d* عند اكثر اهل العلم وقد ذكره البخاري في تاريخه ولكن لم يرو عنه ، وكذلك مسلم لم يخرج عنه الا حديثا واحدا في الرجم ، وانّما لم يرو عنه البخاري لاجل طعن الامام مالك بن انس فيه ، وكانت وفاة ابن اسحق ببغداد *

وفيها مات مقاتل بن سليمان البلخي المفسّر *

ثم دخلت سنة احدي وخمسين ومائة ، فيها ولي المنصور هشام بن عمر التغلبي علي السند ، وكان علي السند عمر بن حفص بن عثمان بن قبيصة بن ابي صفرة فعزله وولّاه افريقية وكان يلقب عمر المذكور بهزارمرد اي الف رجل *

وفيها بني المنصور الرصافة للمهدي ابنه وهي من الجانب الشرقي من بغداد وحوّل اليها قطعة من جيشه *

وفيها قتل معن *e* بن زائدة الشيباني بسجستان في بست كان المنصور قد استعمله علي سجستان ، فقتله جماعة من الخوارج هجموا عليه في بيته بغتة وهو يحتجم فقتلوه ، وقام بالامر بعده ابن اخيه يزيد بن مزيد بن زائدة الشيباني *

ثم دخلت سنة اثنين وخمسين ، فيها غزي حميد كابل وكان امير خراسان *

ثم

a) مهرجونا Sic eſt in codice. Forte مهرجنوا "agite tu, et tui, Mihrgan."

b) راوده *ſemel atque iterum rogavit*, ut سايله *ſemel iterumque interrogavit.*

c) صاحب المغازي Ita cod. Leid. et Ibn-Schehna, quod debet accipi pro صاحب كتاب المغازي

d) ثبتا في الحديث Si recte habet ſcriptio primae vocis, eſt rarior elocutio. Alias ثقة

tem eius ad annum proxime inſequentem CLI referunt. Traditionum, quas exhibet, ſuſpecta fides non eſt, niſi paucis; apud plurimos integram habet. Ipſe Bocharius in Chronico eum ad Secundanos, ſeu ſecundae claſſis theologos, religioſe in hoc ſacrae litteraturae genere verſatos retulit, quamvis in corpore traditionum nullum ex eius libro traditionem attulerit. Quod ideo tantummodo factum, quia Malec, filius Anaſi, celeber ille Imam, huius doctoris exiſtimationi labem aliquam iudicio non admodum praeclaro adſperſit. Pariter abſtinuit ab eo allegando Muſlem, neque de traditionibus eius, niſi unicam, in ſuum corpus intulit, capite de moecho lapidibus obruendo.

Eodem obiit Mocatel, moſaſſer [ſeu interpres Corani] filius Solaimani, ex urbe, aut provincia, Balch oriundus.

Anno CLI [qui die 25 Ianuar. A. C. 768 coepit] praefecit Manſur Sindiae Heſchamum, filium Omari, Taglabitam; Sindis autem qui hactenus praefuerat, Omar, filius Haffi, filii Otman, filii Cabiſae, filii Abu-Sofrae, Perſico cognomine alias Hezarmord, id eſt *mille viri*, dictus, is in Africam miſſus eſt.

Eodem condebat Manſur, in uſum Mahdii, filii ſui, Ruſafam (29) ex oriente Bagdadi; et in ea partem exercitus aliquam collocabat.

Eodem periit praefectus Segeſtanae (30), Man, filius Zaiedae, Schaibanita, in urbe Boſt, obrutus derepente et confoſſus ab aliquibus Charegitis, eo tempore, quo corpus balneatori praebebat, cucurbitis et ſcarificatione repurgandum. Succedebat in muneris functionem eius ex fratre nepos, Iazid, filius Mazidi, filii Zaiedae Schaibanita.

Anno CLII [qui die 13 Ianuar. A. C. 769 coepit] ſuſcepit Homaid, filius Cahtabae, Choraſanae praefectus, expeditionem in terras Cabul.

ثم دخلت سنة ثلاث وخمسين ومائة ودخلت سنة اربع وخمسين ومائة ، فيها (اعني اربع وخمسين ومائة) توفي بالكوفة ابو عمرو (واسمه كنيته) بن العلا بن عمار *f* من ولد الحصين التميمي المازني البصري وكانت ولادته في سنة سبعين وقيل ثمان وستين ، وهو احد القرآ السبعة وكان اعلم الناس بالقران الكريم ❊

وفيها سار المنصور الي الشام وجهّز جيشا الي المغرب لقتال الخوارج بها ❊ وفيها مات اشعب الطامع *g* ❊ وفيها مات وهب بن الورد المكي الزاهد ❊

ثم دخلت سنة خمس وخمسين ومائة ، وفيها عمل المنصور للكوفة والبصرة سورا وخندقا وجعل ما انفق فيه من اموال اهلها ، ولما اراد المنصور معرفة عددهم امر ان يقسم فيهم خمسة الدراهيم خمسة الدراهيم ثم جبي منهم اربعين اربعين ، فقال بعض شعرايهم ،

يالقوم ما لقينا ، من امير المومنينا ،
قسم الخمسة فينا ، وجبي الاربعينا ❊

ثم دخلت سنة ست وخمسين ومائة ، فيها توفي حمزة بن حبيب بن عمارة *h* الكوفي المعروف بالزيّات احد القراء السبعة وعنه اخذ الكساي القراة ، وكان يجلب الزيت من الكوفة الي حلوان ويجلب من حلوان الجبن والجوز الي الكوفة ، فقيل له الزيات لذلك ❊

ثم دخلت سنة سبع وخمسين ومائة ، فيها مات الاوزاعي الفقيه واسمه عبد الرحمن بن عمرو بن يحمد وعمره سبعون سنة وكنيته ابو عمر وكان يسكن بيروت وبها توفي وكانت ولادته ببعلبك سنة

e) معن pro cod. Leid. معز Idem codex poſtea habet في نسب, pro quo ſcripſi في بست

Anno CLIV [qui coepit die 23 Decembr. A. C. 770] obiit Cufae Abu-Amru, filius Olai, filii Amari, de gente Haſini, Tamimitae, Mazenitae, Baſrenſis; natus anno ſeptuageſimo, aut biennio citius, de numero ſeptem Carraeorum, [lectorum et interpretum Corani] hominum unus Corani callentiſſimus. Tenendum autem, Abu-Amru viri huius praenomen ſimul et nomen eſſe, praeter quod aliud non habuit.

Hoc anno movebat Mânſur in Syriam, et illinc copiarum partem in Africam expediebat, compeſcendis ibi tumultuantibus Charegitis. (31) Eodem obiit Aſchab Thameus (32), et Vahb, filius Vardi, Meccanus, auſterae vitae cultor.

Anno CLV [qui die 12 Dec. A. Chr. 771 coepit] cingebat Manſur, tam Cufam, quam Baſram, moenibus et foſſis (33); impendio civibus imputato, quorum ut ſciret numerum, viritim iubebat quinas drachmas diſtribui; ſed earum loco paullo poſt quadragenas exigebat. (34) Quod poëtae has querelas ſubiecit:

O mei, o qualem experti ſumus principem fidelium!
Diſtribuit inter nos quinas, et exegit a nobis quadragenas!

Anno CLVI [qui die Dec. 1. A. C. 772 coepit] obiit Hamza, filius Habibi, filii Amarae, Cufenſis, vulgo nomine Zaiiati [ſeu olearii] notus; unus illorum ſeptem Carraeorum, vel lectorum; quem in Corano legendo et exponendo magiſtrum habuit et ſecutus eſt Caſaaeus. Olearii appellatio ipſi a mercatura, quam exercebat, adhaeſit. Oleum enim Cufa Holvanam mittebat, hinc autem viciſſim caſeos et nuces (35) accipiebat, quae Cufae vendebat.

Anno CLVII [qui coepit die 20 Nov. A. C. 773] obiit anno aetatis ſeptuageſimo celeber ille theologus, Auzaïta, quo nomine vulgo citari ſolet, cui verum nomen erat Abu-Amru Abd-er-Rahman, filius Amrui, filii Iohmedi. Plerumque degebat Bairutae [vel Beryti] ubi etiam obiit, et iacet, ſed lucem Baalbekae vide-

سنة ثمان وثمانين للهجرة وكان يخضب بالحنا وكان امام اهل الشام، قيل انه اجاب في سبعين الف مسئلة وقبره في قرية علي باب بيروت يقال لها خنتوس واهل القرية لا يعرفونه بل يقولون هاهنا رجل صالح، والاوزاعي منسوب الي اوزاع وهي بطن من ذكلاع *i* وقيل بطن من همدان (وجدّه يحمد بضم الياء المثناة من تحتها وسكون الحاء المهملة وكسر الميم وبعدها دال مهملة) ☼

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين ومائة، ذكر وفاة المنصور، وهو المنصور عبد الله بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس وكانت وفاته في هذه السنة لستّ خلون من ذي الحجة ببير ميمونة وكان قد خرج من بغداد للحج فسار معه ابنه المهدي، فقال له المنصور اني ولدت في ذي الحجة ووليت في ذي الحجة وقد هجس في نفسي اني اموت في ذي الحجة من هذه السنة وهذا هو الذي حداني *k* علي الحج، فاتّق الله فيما اعهد اليك من امور المسلمين بعدي، ووصاه وصية طويلة ثم ودّعه وبكيا، ثم سار الي الحج ومات ببير ميمونة محرما في التاريخ المذكور وكان مرضه القيام وكان عمره ثلاثا وستين سنة وكانت مدة خلافته اثنين وعشرين سنة وثلثة اشهر وكسرا، وكان

f) بن العلا بن عمار Ita reſcripſi ex Ibn-Cotaiba: in cod. Leid. erat بن علي بن عمر Conf. ad ann. 183 ſub finem.

g) الطامع Rectior mihi videtur lectio Hagi Chalifae الطمّاع

h) بن عمارة Ibn-Cotaiba ait, ei praenomen fuiſſe ابو عمارة Forte ergo hoc loco legi debet ابو عمارة

i) Haec eſt lectio codicis Leid. vitioſa. Procul dubio legi debet: من ذي الكلاع وهو بطن من همدان

viderat anno LXXXVIII. Solebat capillos et barbam et manus Henna fucare. Fuit Syrorum antiſtes magni nominis, et tam exercitatus in iure dicendo, ut ferant eum ad ſeptuaginta propoſitarum quaeſtionum et dubiorum caſuum millia reſpondiſſe. Conditus eſt in pago quodam ab urbe Bairut proximo, cui nomen eſt Chantus; pagani tamen illi neſciunt, quod nomen ſancto viro fuerit, in cuius contubernio vivunt; tantummodo ibi iacere virum aliquem ſanctum perhibent. Auzaïta gentile nomen eſt ab Auza, familia maioris tribus Dul-Cola, quae rurſus ad Hamdanam [ambae ad Arabiam felicem] ſpectant. (36)

Anno CLVIII [qui coepit die 10 Nov. A. C. 774] die ſexto menſis ultimi [id eſt menſe Sept. A. C. 775] obiit in Bir-Maimuna Chalifa Abu-Gafar Manſur Abdalla, filius Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, ſacro in itinere: [praeſentiens enim imminentis fati, volebat prius ea religione defungi, quo paratior eſſet obeundo itineri unde nemo redit.] In ultimo ſermone, quo Mahdio filio valedicebat, "Mi fili, aiebat, natus fui menſe Du-l-Hagga [ſeu duodecimo]; eodem adii ſummum imperium; iam ſubiit mentem meam clandeſtinum neſcio unde ſubrepens et obverſans praeſagium, fore ut eodem menſe huius ipſius anni vivis excedam. Id quod me ad ineundum ſacrum iter impulit. Velim ergo timeas deum in tuendis et adminiſtrandis rebus Muſlemorum, quas, me exemto, tibi commendo." Vt alia omittam, quae ipſi longo ſermone de vitae imperiique moderatione praecipiebat. Inde ultima dicta ſalute non ſine lacrymis diſcedebant pater, et filius, qui patrem aliquatenus comitatus fuerat; et hic quidem Bagdadum redibat, pater autem continuabat iter usque ad Bir-Maimunam, locum a Mecca ad diei iter diſſitum, ubi ventris profluvium eum rapuit ſacris ritibus nondum defunctum, ſed eadem adhuc veſte indutum, qualem gerunt, qui religionis ergo ſacra loca adeunt; poſtquam aetatis quidem ſexaginta tres, Chalifatus autem viginti et duos annos cum

وكان المنصور اسمر نحيفا خفيف العارضين ، ولد بالحميمة *l* من ارض الشراة ودفن بمقبرات *m* المعلي وبقي اثر الاحرام *n* فدفن وراسه مكشوفا ، ومما حكي عنه مما جري له في حجه *o* قال فيما الخليفة المنصور يطوف بالكعبة ليلا ان سمع قايلا يقول اللهم اشكو اليك ظهور البغي والفساد في الارض وما يحول بين الحق واهله من الطمع ، فخرج المنصور الي ناحية من المسجد ودعي القايل وساله *p* عن قوله ، فقال له يا امير المومنين أن امنتني انباتك بالامور علي حلبتها *q* واصولها ، فامنه ، فقال ان الذي دخله الطمع حتي حال بين الحق واهله انت يا امير المومنين ، فقال المنصور ويحك وكيف يدخلني الطمع والصفراء والبيضاء في قبضتي والحلو والحامض عندي *r* ، فقال الرجل الله استرعاك المومنين واموالهم فجعلت بينك وبينهم حجابا من الجص والاجر وابوابا من الحديد وحجّابا معهم الاسلحة وامرتهم ان لا يدخل عليك الّا فلان وفلان ولم تامر بايصال المظلوم والملهوف ولا

k) حداني Simile a iumentis, quae ab agaſone propelluntur.

l) بالحميمة Cod. Leid. بالحميمية

m) بمقبرات Cod. L. بمعابرات Poteſt quoque legi بمغابر

n) وبقي اثر الاحرام Mallem: وابقي اثر الاحرام عليه "ſinebantur ſuper ipſo indicia Naziraeatus" relinquebantur ipſi mortuo quaedam ſigna Naziraeatus, veluti caput nudum.

o) في حجه Mallem: في بعض حجه

p) وساله Cod. Leid. وقال له, quod ſi praevaleret, deberet pro عن قوله legi في قوله

q) علي حلبتها ſuper ſerie ſua conſecutiva, qua una res alterius veſtigia

tribus menſibus et quod excurrit, exegiſſet. Furvus erat colore, macilentus, barba rara. Natus Homaimae, oppido iſtius Syriae tractus, qui Schora appellatur: ſepultus in tumulis Moalla, in eo ipſo, in quo deceſſerat, religioſo habitu, veſte nimirum Ihram [ſeu Naziraeatus] dicta, et capite nudo. (37) Iam antea fecerat hoc iter, de quo ſupra diximus: quo tempore* ipſi id, quod narratum imus, contigiſſe fertur. Aiunt Manſurum, dum aliqua nocte circa ſacram aedem obiret, audiviſſe aliquem ſecum muſſantem haec: "O mi deus, in tuum ſinum effundo meas querimonias de exſtante et invaleſcente per terrarum orbem iniuſtitia, et tyrannide omnia perdente, et opum cupiditate, quae ius meritos iure ſuo excludit." Manſurum itaque hominem ad ſe aliquem in angulum ſacrarii avocaſſe, iſtoque de ſermone interrogaſſe. Reſpondiſſe alterum, ſi Princeps fidelium ſecuritatem ſibi ſponderet, veniamque daret libere profandi, aperte totam rem a capite ad calcem elocuturum, et, qui malorum fons, editurum eſſe. Impetrata ſic porro continuaſſe: Tu ipſe, o princeps, ille es, quem modo aiebam infectum avaritia eos iure ſuo arcere, quibus tribui ſuum ius et vindicari oportebat. Stupentem ad haec Manſurum: Atqui, mi homo, ſubieciſſe, qui quaeſo fieret, ut animum meum divitiarum amor ſubiret, quum aurum et argentum in promtu atque poteſtate ſit, et dulce pariter atque acerbum, [hoc eſt benefaciendi et puniendi, honoribus atque divitiis augendi pariter atque privandi, pro lubitu facultas]? Reſpondiſſe alterum: "Paſtorem te cuſtodemque Muſlemorum fecit deus, ipſis ipſorumque opibus. Tu vero te inter et illos velum ſaepimque calce et coctis lateribus confirmatam portasque ferreas interpoſuiſti, et armatos ianitores, quibus, ut, praeter hunc vel illum nominatim editum, reliquos omnes excludant, iniunxiſti; iniuriam paſſum aliquem, aut gravi moerore

 oppreſ-

* Procul dubio intelligit illud iter, de quo ſupra ad annum CXL. Nam antea quoque, anno CXXXVI, ſed privatus, idem iter fecerat. *A.*

ولا الجايع والعاري ولا الضعيف والفقير، ولا احد الاّ وله من هذا المال حقّ، فلما راي هاولاء النفر الذين استخلصتهم لنفسك واثرتهم علي رعيتك تحجبي الاموال فلا تعطيها وتجمعها فلا تقسمها قالوا هذا قد خان الله تعالي فما لنا لا نخونه وقد سخّر لنا نفسه، فاتّفقوا علي ان لا يصل اليك من اخبار الناس الاّ ما ارادوا فلا يخرج لك عامل فيخالف امرهم الاّ اقصوه ونفوه حتي تسقط منزلته ويصغر قدره، فلما انتشر ذلك عنك وعنهم عظّمهم الناس وهابوهم فكان اول من صانعهم عمالك بالهدايا والاموال ليتقوّوا بهم علي ظلم رعيتك ثم فعل ذلك ذوو القدرة والثروة s من رعيتك لينالوا ظلم من دونهم، فامتلات بلاد الله بالطمع ظلما وفسادا، وصار هاولاء القوم شركاءك في سلطنتك وانت غافل، فان جاء متظلم حيل بينه وبين الدخول اليك، فان اراد رفع قصة t اليك وجدك قد منعت من ذلك وجعلت رجلا ينظر في المظالم فلا يزال المظلوم يختلف

gia premit. حلبة enim, ut ait Succari ad Divan Hudeilitarum:
جماعة جاء بعضهم في اثر بعض واستنصر بعضهم ببعض
Hinc ſponte patet, quare eadem vox palaeſtram, ſtadium, certamen equitum et equorum notet, ut in illo Gorairi:

ايطلب سباق الحلبات تيم تقدم في المواطن ان تجاري

"Num quaeres, o Taim, in publicis ſtadiis victoriam, cum contendens "curſu vel domi ſemper a tergo venias."

r) الحلو والحامض عندي Similis Arabum formula: عندي التمرة والجمرة "apud me eſt dactylus et pruna ardens" Harir. conſ. XLV. ubi ſcholiaſtes: اي الخير والشر والنفع والضر — ومن قضي له القاضي بشي فكانه اعطاه تمرة ومن قضي عليه فكانه اعطاه جمرة "dacty-

oppreſſum, aut inedia confectum, aut nudum, aut debilem, [et ad ius ſibi vi armisque quaerendum haud valentem,] aut pauperem, ad conſpectum tuum admitti non praecepiſti; quum tamen omnes inter omnino nullus ſit, cui tuarum iſtarum opum particula quantulacunque non debeatur. Videntes igitur illi, quos tibi delegiſti et circumpoſuiſti, te pecuniam exigere quidem, at non erogare; colligere, non item diſtribuere: coeperunt ita ſecum reputare: Hic fallit deum, neque datam fidem praeſtat; quid ergo ceſſamus nos eum pari modo fallere? quid impedit, quo minus eum decipiamus, qui ſe ipſemet arbitrio et regimini noſtro, iumenti ad inſtar, ſubdidit, facile parentis. Conſpirant itaque in id unum omnes illi, ut de rebus popularium tuorum ad te nihil penetret, niſi quod ipſi voluerint. Si quis provinciarum rector ipſorum edictis et machinationibus adverſetur, arcent eum principis amicitia, exigunt eum aula, quam poſſunt, remotiſſime, ſuſpicionibus et invidia onerant, auctoritate omni privant. Quod ut emanavit in vulgus de te tuisque illis ſatellitibus, nemo eſt quin eos magnifaciat et extimeſcat; et primi quidem incipiunt eos ſibi officiis obligare tui legati, miſſa e praefecturis munera illis et divitias ingerentes, quo freti eorum praeſidio gregem tuum opprimere et lacerare queant. Quorum exemplum imitantur privatorum opulentiores, quo ſibi quoque liceat impune infra ſe poſitos vexare. Hac ratione factum eſt per avaritiam, ut terra dei tyrannide et iniuſtitia ſcateat; iſtique, quos modo dicebam, in regni tui communionem clam te invitoque invaſerint. Nam ſi quis acceptam iniuriam verbis conqueſtum ad te principem eat, obicem ſibi ſentit oppoſitum: ſi quis alius exhibere tibi libellum ſupplicem velit, videt eius rei te negaſſe copiam eo, quod appellationum examen peculiari homini demandaſti, ad quem ſcripta eius generis omnia querelarum plena referri debent. Ad hunc accedit iterum iterumque, qui ſibi iniqua paſſus videtur: at et hic, ſupplicum libellorum

 magi-

يختلف اليه وهو يدافعه خوفا من بطانتك *v* ، فاذا صرخ بين يديك ضرب ضربا شديدا ليكون نكالا *x* لغيره ، وانت تنظر ولا تنكر فما بغاء الاسلام علي هذا ، فان قلت *y* انما تجمع الاموال لولدك فقد اراك *z* الله في الطفل يسقط من بطن امه وما له في الارض مال وما من مال الا ودونه يد شحيحة تحويه *a* فما يزال الله يلطف بذلك الطفل حتي يعظم رغبة الناس اليه ، ولست الذي تعطي انما الله يعطي من يشآء بغير حساب ، وان قلت انما تجمع المال لتسديد *b* الملك وتقويته فقد اراك الله تعالي في بني امية ما اغني عنهم ما جمعوه من الذهب والفضة وما اعدّوا من الرجال والسلاح والكراع *c* حين اراد الله تعالي لهم ما اراد ، وان قلت انما تجمعه *d* لطلب غاية هي اجسم من الغاية التي انت فيها فوالله ما فوق الذي انت فيه منزلة الاّ منزلة ما تنال الاّ بخلاف ما انت عليه * ذكر

"dactylus et pruna ſunt ſymbolum boni et mali, commodi et noxiae — tanquam ſi iudex addicendo alicui aliquid daret ipſi dactylum in manus, alteri autem, cui negat aliquid vel quem condemnat, prunam ardentem in manus daret."

s) والثروة Cod. Leid. والثروية Verbum ثرا eſt, *multus fuit* hominum vel opum pecudumque numero, et inde *multitudine certavit* cum altero, aut *ſuperavit*, ut in illo Divan Hudeil. كرهت بني الحديدة ان ثرونا Proverbium eſt apud Meidanium: شمر ثروان وصاو هكعة ubi addit explicationis gratia: الثروان الكثير المال والصاوي اليابس "agilis vir dives, et ſiccus (pauper) ſegnis et ſtupidus."

t) رفع قصة Vid. Tom. I. pag. 324. adn. *p*. Exhibere principi libellum ſupplicem, dicunt Arabes: attollere ſpeciem facti.

v) بطانتك *intimi tui*. Proprie eſt veſtis corpori immediate adhaerens.

magiſter, miſerum reiicit identidem et ductitat, neque ad te refert quidquam, metu familiarium tuorum. Et ſi quis tandem aliquando, nactus occaſionem dudum obſervatam, tibi praeſenti ſupplicem libellum exhibeat, miſerabilem in modum vapulat, ne alii, exemplo territi, eadem porro audeant. Haec tu vides, neque tamen improbas, aut prohibes. Atqui cum his nequit Iſlamiſmus conſiſtere. Dixeris forſitan, te liberis tuis opes comparare. Atqui clarum tibi deus documentum in homine infante dedit, quomodo aeſtimare hanc rem oporteat. Infans in humum ex utero materno prolabitur prorſus inops, neque paratis opibus inſtructus, neque poſſidens uspiam reconditas: quin, quas unus et alter habet, ſaepe parca et avara manus eas occupat, et dominum uſu bonorum excludit. Deus tamen non talem infantem deſinit miſericordia complecti et favore, donec homines eum magis magisque amare incipiant. [Sic ergo et te tuos deo permittere curandos aequum erat,] praeſertim quum divitiae, quantascunque tandem relinquas, non a te, ſed a deo proficiſcantur, qui cuicunque vult ita largitur, ut ea in re neque praeſcribi ſibi modum patiatur, neque meritorum rationes ineat. Ideo ais forſitan opes te cogere, quo regni tui rimas offercias, et fundamenta conſolides. Atqui altero te documento iam docuit deus, quam vanum et inutile ſit omne illud ſtudium. Ommiadas adſpice, quibus omnes auri et argenti, omnes peditum et equitum armorumque copiae tum nihil profuerunt, quum ſummum numen in illis deſtinata perfectum iret. Quodſi tandem ideo te cauſſeris intentum exaggerandis opibus, quod ad editiorem adſpires gradum, et magis ardua volvas animo, quam praeſentia ſunt, quorum inſtrumenta et nervi in numis ſiti ſint: dico tibi, non eſſe gradum eo, quem nunc obtines, alium excelſiorem, praeter illum, [pietatis nimirum atque contemptus rerum caducarum] quem non conſequeris, niſi hoc tuo vitae inſtituto mutando." Hactenus ille ignorati nominis collocutor.

Filios

ذكر اولاده وهم المهدي محمد وجعفر الاكبر مات في حياة ابيه المنصور ومنهم سليمان وعيسي ويعقوب وجعفر الاصغر وصالح المسكين * وكان المنصور احسن الناس خلقا في الخلوة حتي يخرج الي الناس *

ذكر خلافة المهدي محمد بن المنصور وهو ثالثهم ووصل اليه الخبر بموت ابيه وبالبيعة له في منتصف ذي الحجة لان القاصد وصل من مكة الي بغداد في احد عشر يوم فبايعه اهل بغداد ۞

ثم دخلت سنة تسع وخمسين ومائة وسنة ستين ومائة ، فيها امر المهدي بردّ نسب آل زياد الذي استلحقه *e* معاوية بن ابي سفيان الي عبيد الرومي واستخرجهم من قريش ، فاخرجوا من ديوان قريش والعرب وردّوهم الي ثقيف *

وفيها حج المهدي وفرّق في الناس اموالا عظيمة ووسّع مسجد رسول الله وحمل الثلج الي مكة *

وفيها مات داود الطايي الزاهد وكان من اصحاب ابي حنيفة ، وعبد الرحمن بن عبد الله بن مسعود المسعودي * وفيها توفي الخليل بن احمد البصري النحوي استاذ سيبويه ۞

ثم

x) نكالا in cohibitionem, vel fraenum. نكل eſt *cohibere*, tam ſe (unde abſtinere, abhorrere) quam alium. Hinc نكل *fraenum.* Scholiaſtes Gorairi explicat اللجام

y) قلت ſcripſi pro كنت z) اراك ſubint. رايا

a) تحويه redit ad المال non ad الطفل

b) لتسديد Rectius forte لتشديد

c) والكراع Subintell. افراس *turmas equorum.* Ibn-Nabata ad Ibn-Zaidûni

Filios habuit Manſur primum Gafarum, ſed qui ante patrem deceſſit, ut ſupra ſignificavimus; alterum Mahdium, qui Chalifatum accepit; reliquos obſcuriores, ut Solaimanum, Iſam, Iacobum, Gafarum minorem, et Salehum Meſkinum (38) [ſeu pauperem, monachum, religioſum]. Erat Manſur hominum pulcherrimus, donec adhuc privatus eſſet, neque ambitu principatus in publicum prodiret.*

Cui ſucceſſit in regno, quod iam dictum fuit, Mahdi filius, accepto de patris morte nuncio, medio menſe duodecimo. Veredarius enim undecim dies in itinere Mecca Bagdadum conſumendas habuerat: ad cuius adventum urbs auguſta Bagdad ſtatim novo principi ſacramentum dixit.

Anno CLX [qui coepit A. Chr. 776 die 18 Octobr.] iuſſit Mahdi ſtemma Zeiaditarum, quos [anno XLIV] Moavia, filius Abu-Sofiani, ſuam in familiam, adeoque in gentem Coraiſchitarum, intulerat, vero patri, Obaido, mancipio Graeco, reddi, et ab eo deinceps appellari. Expuncti ergo ſunt e Coraiſchitarum et Arabum codicillis, et ad tribum Takif relati. (39)

Eodem inſtituit Mahdi ſacrum iter, per quod ingentes opes inter comitem turbam dilargitus eſt; ſimul et ſacellum prophetae [Medinae] ampliavit, et nivem Meccam apportavit [rem ibi aut nunquam, aut rariſſime, viſam].

Eodem obierunt David Taiita (40), auſterae vitae cultor, unus diſcipulorum et ſectatorum Abu-Hanifae; et Abd-er-Rahman, filius Abdallae, filii Maſudi, Maſudenſis (41); et Chalil, filius Ahmedis, Baſrenſis (42), celeber ille grammaticus, et alterius non minus celebris, Sibauiae, magiſter.

Anno

* Verti quoque poteſt: Humaniſſimus, quamdiu ſolus erat, neque in publicum prodibat.

ثم دخلت سنة احدي وستين ومائة ، فيها امر المهدي في اتخاذ المصانع *f* في طريق مكة وتجديد الاميال والبرك *g* وبحفر الركايا *h* وبتقصير المنابر في البلاد وجعلها بمقدار منبر النبي *

وفيها جعل المهدي يحيي بن خالد بن برمك مع ابنه هارون وجعل مع الهادي ابان بن صدقة *

وفيها توفي سفيان الثوري وكان مولده سنة سبع وتسعين *
وفيها توفي ابراهيم بن ادهم بن منصور الزاهد وكان مولده ببلخ وانتقل الي الشام فاقام به مرابطا وهو من بكر بن وايل ، قال ابراهيم بن يسار سالت ابراهيم بن ادهم كيف كان بدو امرك حتي صرت الي الزهد ، قال غير ذلك اولي بك ، فما زال يلحّ عليه بالسوال حتي قال كان ابي من ملوك خراسان وكان قد حبّب اليّ الصيد ، فبينا انا راكب وكلبي ان تحرّكت علي صيد فسمعت نداء من ورائ يا ابراهيم ليس لهذا خلقت ولا به امرت ، فوقفت مقشعرّا انظر يمنة ويسرة فلم ار احدا ، فقلت لعن الله ابليس ، ثم حرّكت فرسي فسمعت من قربوس سرجي يا

ni epiſtolam: رايت علي باب مالك كراعا من افراس خراسان وبغال مصر Alias كراع *crus* rem omnem debilem notat, ut in proverbio: كان كراعا وصار ذراعا "fuit crus, et evaſit cubitus" inde hominum vilium turbas.

d) تجمعه poſui pro اجمعه

e) استلقه Cod. habebat استخلفه

f) المصانع *hoſpitia publica* ab الصنع et المصانعة humanitate et beneficentia.

Anno CLXI [qui die Octobr. 8. A. Chr. 777 coepit] iuſſit Mahdi hoſpitia publica in via [Bagdado] Meccam ducente condi, columnasque miliares et lacus adaquatorios renovari, puteos novos effodi, et in maioris cuiusque urbis fanis in eo tractu, qui Macſura [hoc eſt ſeptum, adytum,] vocatur, ſuggeſtus in uſum antiſtitum erigi, forma ſpatiisque ſimiles illi Medinenſi, e quo propheta quondam perorare conſueverat.

Eodem praeficiebat Mahdi moderamini filiorum, maioris quidem natu, Muſae Hadii, Abbanum, filium Sadacae, minoris autem, Harun Raſchidi, Chaledum, filium Barmaki.

Eodem obiit Sofian Taurita (43), natus anno fugae XCVII, item Ibrahim, filius Adhami (44), filii Manſuri, voluptatum contemptor, origine quidem genuinus Arabs, ut a Becro, filio Vaieli, oriundus, Balchae tamen natus, et in Syriam deinceps translatus, ubi divino cultui ſedulus incubuit, procul hominum turbulento conſortio. Apponam Ibrahimi Ieſaridae de mirabili huius viri ad deum converſione relationem, ipſis eius verbis conceptam. Interrogabam aliquando, ait, Ibrahimum, Adhami filium, quibusnam ab initiis tantam ad ſanctimoniam aſcendiſſet. Reſpondebat ille quidem tum, aliam quamcunque quaeſtionem me magis, quam eam, decere: ego vero, obiurgatione non averſus, urgebam eo magis et magis, ut tandem invitus haec confiteretur. Pater meus, aiebat, erat vir in Choraſana princeps, venationi deditus, cuius amorem mihi quoque indebat. Accidit itaque aliquando, ut quum inſiderem equo, canesque iam excitaſſent et perſequerentur feram, vocem audirem a tergo allabentem: O Ibrahim, ad hoc creatus non es, neque hoc agere iuſſus. Ad quam ego vocem loco conſtiti, inhorrui, ſteteruntque comae, circumſpicio quaquaverſum, et nusquam videns quidquam, dico, deteſtatus diabolicum terriculamentum: obiurget fugetque deus diabolum! Inde calcar equo porro admoveo, ſed ex iſto tuberoſo ligno, quod in antica ephippii parte eminet,

 ean-

يا ابراهيم ليس لهذا خلقت ولا بهذا امرت ، فوقفت وقلت هيهات جاءني النذير من رب العالمين والله لا عصيت ربّي ، فتوجهت الي اهلي وجيت الي بعض رعاء ابي فاخذت جبّته وكساءه والقيت اليه ثيابي ، ثم سرت حتي صرت الي العراق ثم صرت الي الشام ثم قدمت الي طرسوس فاستاجرني شخص ناطورا لبستان ، قال فمكثت في البستان اياما كثيرة كلما اشتهرت اختفيت وهربت من الناس ❊ وكان ابراهيم بن ادهم ياكل من عمل يده مثل الحصاد وحفظ البساتين والعمل في الطين رحمه الله ❊

ثم دخلت سنة ثلاث وستين ومائة ، فيها تجهز المهدي لغزو الروم وجمع العساكر من خراسان وغيرها وعسكر بالبردان وسار عنها وكان قد استخلف علي بغداد ابنه موسي الهادي واستصحب معه ابنه هارون الرشيد ، فلما وصل المهدي الي حلب بلغه ان في تلك الناحية زنادقة ، فجمعهم وقتلهم وقطع كتبهم وسار الي جيحان وجهز ابنه هارون بالعسكر الي الغزو ، فتغلغل هارون في بلاد الروم وفتح فتوحات كثيرة ثم عاد سالما منصورا ❊

وفيها قتل المقنّع الخراساني واسمه عطا وكان من

g) البرك *lacus*, ad quas بركت flexis genubus procumbunt iumenta potantia.

h) ركايا loca, in quibus ركا ſubſiſtit, moratur aqua, *aquae aſſervatoria.* Plur. a ركية quod habet Harir. conſ. XXXIII.

eandem ipſam vocem rurſus accipio. Subſtiti ergo, et dixi mecum: Ohe! venit mihi monitor a domino mundi, cui, per deum, non adverſabor. Mitto venationem, recta via domum remeo, accedo ad paternorum paſtorum aliquem, cuius interulam et amiculum induo, relictis ipſi veſtibus meis, et ita proceſſi primum in Iracam, dein in Syriam, tandem Tarſum veni, ubi civium aliquis horti ſui cuſtodem mercede me conducebat. Eo in horto multos exegi dies, delituique et evitavi vulgus, quoties me ſentiebam inclareſcere. Hactenus Ibn-Adham. Vir optimus erat, qui non oneroſam aliis, non mendicam excoluit ſanctimoniam, ſed opere manuum victum meruit, ut meſſe, aut hortorum cuſtodia, lutove ſubigendo.

Anno CLXIII [qui die 16 Sept. A. C. 779 coepit] parabat Mahdi Romanis bellum (45), et in ſtativa prope Bardanam* poſita copias e Choraſana et aliunde contrahebat; inde porro verſus Ciliciam movebat, ſocium expeditionis habens filium, Harun Raſchidum. Alterum enim, Muſam Hadium, Bagdadi per abſentiam ſuam ſuo loco rectorem reliquerat. Vbi Halebum pervenerat, audiebat illum terrarum tractum Zendikis (46) ſcatere, [ſunt improbi homines, a doctrina moribusque deteſtabiles] quos in unum coactos locum occidit, libros autem eorum diſcerpſit et diſſipavit. Inde contendebat ad fluvium Gihanum [ſ. Pyramum] ubi ſubſiſtebat ipſe quidem, filium autem, Raſchidum, cum copiis expediebat; qui Romanam in ditionem longe lateque evagatus, ſubactis locis multis, cumulatus victoriis, ſalvus et triumphator a numine adiutus, ad patrem remigrabat.

Eodem anno ſublatus eſt vir impius, ex eo, quod vultum velare ſoleret, Mocanna** (47) [hoc eſt, nuptus, vel flameo tectus],

* Bardan oppidum eſt ad Trigridis ripam orientalem, a Bagdado quinque paraſangas verſus ſeptentrionem diſtans.

** Pauca diſſerui de hoc Mocanna in Repertorio biblico et orientali, germanice edito Lipſiae, Tom. XV. p. 292 ſqq. ibidemque teſtimonia Ibn-Schehnae et Ebn-Chalicani de hoc viro attuli. *A.*

من حديثه انه كان رجلا ساحرا خيل *i* للناس صورة قمر يطلع ويراه
الناس من مسافة شهرين ، والي هذا القمر اشار ابن سنا الملك بقوله ،

اليك *k* فما بدر المقنع طالعا باسحر من الحاظ بدري المعمم ،

وادّعي المقنع المذكور الربوبيته واطاعه جماعة كثيرة وقال ان الله
عز وجلّ حلّ في ادم ثم في نوح ثم في نبيّ بعد اخر *l* حتي حلّ فيه ،
وعمر قلعة تسمي سنام بما وراء النهر من رستاق كش وتحصن بها ؛
ثم اجتمع عليه الناس وحصروه في قلعته فسقي نساءه سمّا فمتن ثم
تناول منه فمات في السنة المذكورة لعنه الله تعالي ، فدخل المسلمون
قلعته وقتلوا من بها من اشياعه واتباعه ، وكان المقنع المذكور في
مبداء امره قصارا من اهل مرو وكان مشوّه الخلق اعور قصيرا وكان
لا يسفر عن وجهه بل اتخذ له وجها من ذهب فتقنع به ولذلك
قيل له المقنّع ※

ثم دخلت سنة اربع وستين وماية ، فيها مات عم المنصور
عيسي بن علي بن عبد الله بن عباس وعمره ثمان وسبعون سنة ※
ثم دخلت سنة خمس وستين وماية ، فيها ارسل المهدي ابنه
هارون الرشيد الي غزو الروم في جيش كثير حتي بلغ خليج *m*
قسطنطينية وغنم شيا كثيرا وقتل في الروم وعاد ※

ثم

i) خيل Malim يخيل

k) أليكي Ita codex. Mihi dubium non eſt, legendum eſſe البتّ *iuro.*

l) نبي بعد اخر Sic legendum putavi pro codicis بني بعد اخري

m) خليج nomen geographis quoque noſtris et itineratoribus non ignotum, ſignificat omnem canalem minorem, qui e maiori aqua, fluvio

aut

ex eo autem, quod in Choraſana et vicina Tranſoxana ageret atque turbas cieret, Choraſanicus dictus, cui verum nomen erat Ata, res autem geſtae haec. Praeſtigiis, quibus pollebat, exhibebat plebi ſpeciem orientis lunae (48), quam eodem tempore videre poterant, qui vel duorum menſium itinere diſtabant. (49) Ad hanc lunam alluſit Ibn-Sana Mulki, verſiculo iſto:

> Iuro, lunam Mocannae [ſeu flameo muliebri nupti] tanta vi magica non pollere, quanta pollent vibramina lunae meae, Moammami [ſeu cidari virili indutae]. (50)

Deum ſe ferebat iſte Mocanna, quod etiam multis ut crederent perſuaſerat, affirmans deum in Adamo primo habitaſſe, tum Noacho, tum prophetis aliis poſt alios, donec tandem in ſe quoque ſedem ſui numinis poneret. Struxerat arcem, Senam dictam, in agro urbis Caſch, ultra Oxum; in qua ſuſtinebat obſidionem modicum tempus, tota paene provincia in illum conſurgente. Adactus tandem ad extrema, uxores primum, tum ſe quoque, veneno tollebat, piaculare ſcelus, quem a vultu ſuo deus aeternum abigat. Irrumpebant eo ſublato in arcem Muſlemi, et aſſeclas eius, quotquot ibi deprehenderent, occidebant omnes. Initio rerum ſuarum exercuerat Mocanna fulloniam, in urbe Meru; ea deinceps inſania, quam diximus, afflatus, nolebat porro vultum ſuum cuiusquam oculis patere, ſed larvam auream ſibi apponebat, pudore foedae formae. (51) Nam non pumilus tantum erat, ſed et altero caſſus oculo. Hinc intelligas appellationis rationem. (52)

Anno CLXIV [qui die 5 Sept. A. C. 780 coepit] obiit Iſa, filius Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, patruus Manſuri, anno aetatis ſeptuageſimo octavo.

Anno CLXV [qui die 25 Aug. A. C. 781 coepit] immittebat Mahdi rurſus Harunum filium depopulandae Romaniae, crebris cum legionibus, quas ad ipſum usque Helleſpontum duxit, multaque graves praeda, magna edita in Chriſtianos ſtrage, victores reduxit. (53)

Anno

ثم دخلت سنة ست وستين ومائة ، وفيها قبض المهدي على وزيره يعقوب بن داود بن طهمان وكان قبل ان يتولي وزارة المهدي يكتب لنصر بن سيار ثم بقي بعده بطالا ثم اتصل بالمهدي فاستوزره وصارت الامور اليه فتمكن عنده ، فحسده اصحاب المهدي وسعوا فيه *n* حتي امسكه في هذه السنة وحبسه فلم يزل محبوسا الي خلافة الرشيد فاخرجه وقد عمي فلحق بمكة ، وكان اصحاب المهدي يشربون عنده وكان يعقوب ينهي المهدي عن ذلك فضيّق علي المهدي حتي امسكه المهدي ، وفيه يقول بشار بن برد ،

بني امية هبوا دام نومكم ان الخليفة يعقوب بن داود ،
ضاعت خلافتكم ياقوم فالتمسوا خليفة الله بين الناء *o* والعود *

وفي هذه السنة اقام المهدي بريدا بين مكة والمدينة واليمن بغالا وابلا *

وفيها

aut mare derivatur, vel proprie extrahitur. Ibn-Doraid: الخليج النهر الذي يختلج الماء من نهر الكبر منه حدب يركب بعضه بعضا Notio verbi خلج *trahere*, praeſertim, *cum violentia trahere*, apparet e multis exemplis. Gorair habet خلج البرين *attractio annulorum, quibus nares camelorum perforatae ſunt.* Hariri conſ. xx خلج خاتمه *extraxit ſuum annulum e digito.* In tertia coni. خالج *traxit in contrarium alterius tractui.* Gorair: جمال يخالجن البرين ونوق "Cameli obnitentes tractui annulorum, et camelae." Hinc: *in dubitationem coniicere.* خالج قلبي انه هو ابا زيد "dubitabam eſſetne Abu-Said" ait Hariri conſ. vii. et خلاج *dubitatio* apud Gorairum. Memorabile, quod idem poëta alio loco شك الخلاج coniungit, voces quae idem ſignificare videntur, ſed pro-

Anno CLXVI [qui die 15 Aug: A. C. 782 coepit] comprehendebat Mahdi conſiliorum ſuorum conſcium et ſummum adminiſtrum, Vezirum appellant, Iacobum, filium Davidis, filii Tahmani, qui olim Naſro, filio Saiari [illi, qui Ommiadarum nomine Choraſanae praefuerat] epiſtolarum magiſter fuerat. Deinde [mortuo hero, et deletis Ommiadis] privatus vixerat; donec tandem Mahdio innoteſceret, qui ei in familiam adſcito curam rerum omnium iniunxit, factumque conſiliorum conſcium magna inſtruxit auctoritate. Quod aegre quum ferrent aulici reliqui, non deſinebant eum ad principem delationibus et calumniis labefactare, donec hoc anno cuſtodiae primum, tum et vinculis, mandaretur. Quibus in aerumnis ad Raſchidi Chalifatum haeſit, a quo libertati redditus, amiſſo iam oculorum uſu, Meccam commigravit. [Haud parum promovit eius ruinam rigor et ſeveritas, qua erga principem utebatur.] Solebat enim hilarem cum purpuratis familiaritatem et compotationes, a quibus Chalifa non abhorrebat, ipſi diſſuadere, ceterisque in rebus parce illum atque frugaliter, paedagogi ad inſtar, habere: cuius tandem pertaeſus eum princeps coercuit. Hinc intelligas illud Baſchari, filii Bordi, par verſuum:

O vos Ommiadae, expergiſcimini tandem. Sat diu dormiiſtis. Iacob, filius Davidis [veſter amicus, et quondam famuli veſtri famulus] clavum Chalifatus nunc tenet. [Iam tempus eſt eius recuperandi.]

O cives, ſcitote veſtrum Chalifatum periiſſe: quaerite eum modo inter tibias et lyras.

Eodem anno conſtituit Mahdi Barid [ſeu beſtias perferendis auguſti litteris et mandatis per intervalla diſpoſitas] Medina Meccam, et inde porro usque in Arabiam felicem, tam mulos, quam camelos.

وفيها قتل بشار بن برد الشاعر علي الزندقة وكان اعمي خلق ممسوح العينين p ، ولما قتل كان قد نيف علي التسعين ، وكان بشار المذكور يفضل النار علي الارض ويصوّب راي ابليس لعنه الله تعالي في امتناعه عن السجود لادم ☼

ثم دخلت سنة سبع وستين وماية ، فيها توفي عيسي بن موسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس ابن اخي السفاح والمنصور ، وهو الذي اوصي له السفاح بالخلافة بعد المنصور ثم خلعه المنصور وولّي ابنه المهدي ، وكان عمر عيسي بن موسي المذكور خمسا وستين سنة ☼

وفي هذه السنة زاد المهدي في المسجد الحرام ومسجد النبي ☼

ثم دخلت سنة ثمان وستين وماية ، ذكر موت المهدي ، فيها توفي المهدي محمد بن عبد الله المنصور بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس بماسندان في المحرم لثمان بقين منه وكانت خلافته عشر سنين وشهرا وعمره ثلاث واربعون سنة ودفن تحت جوزة وصلي عليه ابنه الرشيد ، وكان المهدي يجلس للمظالم

ويقول

proprie notant *το κεντημα της αυθολκης.* Verba ſunt: فلا تكثروا طول شك الخلاج وشدوا علي العيس اكوارها "ne itaque diutius dubitate, ſed adſtringite corbes camelis." Deinde خلاج quoque eſt *diſtractio amici abeuntis a manente*, *diſceſſus*, in Divan Hudeil. Hinc تخلج *ſeſe ipſum traxit*, ita inceſſit, ac ſi pedes poſt ſe traheret, *συρει.* جعل يتخلج في مشيه بين يديه "inſtituebat *συρειν* coram eo" ait Meidanius de Tarafa poëta. Hinc quoque, teſte Ibn-Dorcido, الخلج داء يصيب الطير فتسترخي اجنحتها فتسقط "vox خلج eſt morbus, qui reſolvit alas avium, ut cadant." Tandem de

Eodem occiſus eſt idem ille Baſchar, filius Bordi, cuius modo verſus attulimus, ideo quod Zendikiſmi accuſaretur, [ſeu quod perdite vivere, et exſecranda de deo rebusque divinis ſentire diceretur]; coecus erat a nativitate inde, utpote palpebris ſolidis matris utero editus. Annum iam ſuperaverat nonageſimum. Cetera inter abſurda et nefanda praeferebat ignem* terrae (54), et laudabat conſilium illud diaboli, quem deus a ſe nobisque procul arceat, quo iuſſus Adamum adorare noluit.

Anno CLXVII [qui die 4 Auguſti A. C. 783 coepit] obiit annos natus quinque et ſexaginta Iſa, filius Muſae, filii Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, idem ille, quem Saffah, eius patruus, Manſuro, ſuo fratri, ſuccedere per teſtamentum caverat, ſed quod Manſur deinceps, ut ſuo loco diximus, evertit, ſuccedendi ius in Mahdium, ſuum filium, transferens.

Eodem ampliavit Mahdi Caabam Meccanam [Maſgad-el-haran, ſeu ſacrum et inviolabile oratorium, nominatam], item oratorium prophetae [Maſgad-el-nabi], ab ipſo apud Medinam conditum.

Inſequentis autem anni CLXVIII ſub initia** ipſe obiit Mahdi, [coepit ille annus die 23 Iul. A. Chr. 784] menſis primi die vigeſimo tertio, Chalifatu decem annos et unum praeterea menſem perfunctus, anno aetatis tertio et quadrageſimo. Maſendanae obiit [provincia eſt] in caſtris, ubi ſub nuce, arbore, ſepultus iacet, Harun Raſchido filio, qui tum aderat, patri iuſta faciente. Iuſtitiam amabat, et ipſe palam praeſidebat audiendis

 popu-

* Ambignum, ad ignem terreſtrem, an ad gehennam reſpiciat. Si prius, videri poſſet ad Magiſmum propendiſſe.

** Ibn-Cotaiba, item Elmacinus pag. 107. mortem Mahdii ad annum CLXIX referunt, Theophanes ad annum Conſtantini et Irenes quartum. Procul dubio corruptus hoc loco eſt codex Abulfedae. Id extra controverſiam eſt, pro anno CLXVIII reponendum eſſe annum CLXIX, qui coepit d. 13 Iul. A. C. 785, ſub initium enim ſequentis anni ait Abulfeda Hadium obiiſſe eius anni menſe tertio medio, poſtquam regnaſſet unum annum et tres menſes.

ويقول ادخلوا علي القضاة فلو لم q يكن ادمي للمظالم الّا الحياء منهم *

ذكر خلافة الهادي ، وهو رابعهم ، وكان موسي الهادي مقيما بجرجان يحارب اهل طبرستان ، فبويع له بالخلافة في عسكر المهدي في اليوم الذي مات فيه المهدي وهو لثمان بقين من المحرم من هذه السنة اعني سنة تسع وستين ومائة ، ولما وصل الرشيد وعسكر المهدي الي بغداد راجعين من ماسبذان اخذت البيعة ايضا للهادي وكتب الرشيد الي الآفاق بوفاة المهدي واخذ البيعة للهادي ولما وصل الي الهادي (وهو بجرجان) الخبر بموت ابيه المهدي وبيعة الناس له نادي بالرحيل وسار علي البريد مجدّا فدخل بغداد في عشرين يوما واستوزر الربيع *

ذكر ظهور الحسين بن علي بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، وفي هذه السنة ظهر الحسين المذكور بمدينة الرسول وكان معه جماعة من اهل بيته منهم الحسن بن محمد بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، وعبد الله بن اسحق بن ابراهيم بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، (وعبد الله المذكور هو ابن عاتكة) ، واشتدّ امر الحسين المذكور وجري بينه وبين عامل الهادي علي المدينة (وهو عمر بن عبد العزيز بن عبد الله بن عبد الله بن عمر بن الخطاب) قتال ، فانهزم عمر المذكور وبايع الناس الحسين المذكور علي كتاب الله وسنة نبيه للمرتضي من ال محمد

de oculo habet idem اختلجت عينه *nictitavit*, *palpitavit*. — Metaphorice eſt خليج *patina ampla*, cibis coctis, iurulentis redundans.

n) فيه Forte deeſt poſt hanc vocem اليه

popularibus de acceptis iniuriis querentibus, et accipiendis appellationum libellis, ſuis quoque ianitoribus imperabat, ut Cadios et legis peritos ad ſe ius dicentem admitterent, niſi alio, ſaltem eo profuturos praeſentia ſua, ut pudore et reverentia ipſorum iniquam ſententiam non ferret.

Huic ſuffectus eſt et a Mahdii copiis in caſtris proclamatus Chalifa Muſa-el-Hadi, defuncti filius, eo ipſe die, quo pater deceſſerat, ſed abſens. Agebat enim tum in provincia Georgiana, cum Tabareſtanenſibus bellum gerens. Eidem quoque Bagdadi ſacramentum fuit dictum, poſtquam Raſchid, Muſae frater, paternum exercitum e Maſendana eo reduxiſſet. Idem Raſchid porro litteras quaquaverſum dimittebat, ſignificantes, Mahdio vivis exemto Hadium Chalifatum adiiſſe. Ipſe Hadi, certior harum rerum in Georgiana factus, receptui cani protinus iubet, et caſtra domum moveri, et veſtigia ſua legi. Nam in diſpoſitis iumentis qua poterat ſumma diligentia Bagdadum praeibat, ubi quum die vigeſimo poſt appuliſſet, Veziri munus in Rabium [filium Iunaſi] conferebat.

Eodem anno exeunte caput efferebat apud Medinam Alida tumultuans, Hoſain, filius Alii, filii Haſani [minoris], filii Haſani [maioris], filii Alii, filii Abu-Talebi, ſocietate et ſtudiis gentilium quorundam ſuorum accenſus, ut Haſani, filii Muhammedis, filii Haſani [minoris] etc., item Abdallae, filii Iſhaki, filii Ibrahimi, filii eiusdem Haſani minoris; qui Abdallae vulgo Ibn-Ateca appellatur. Et invaleſcebant ſane motus iſtius Hoſaini, Chalifatum poſtulantis, eo, ut, quem Hadi praefectum illi urbi habebat, Omarum, (filium Abd-el-Azizi, filii Abdallae minoris, filii Abdallae maioris, filii Omari, filii Chattabi, adeoque de ſobole ſecundi Chalifae oriundum) aperto marte profligaret, eoque ex urbe eiecto ſacramentum a civibus in librum dei [Coranum] et Sunnam [ſeu ſanctiones] prophetae, pro Mortadio de gente Muhammedis [ſeu illo, quem pro ſolo vero Chalifa

محمد صلعم ، واقام الحسين واصحابه يتجهزون احد عشر يوما ثم خرجوا يوم السبت لست بقين من ذي القعدة ووصل الحسين مكة ولحق به جماعة من عبيد مكة ، وكان قد حج تلك السنة جماعة من بني العباس وشيعتهم فمنهم سليمان بن ابي جعفر المنصور ومحمد بن سليمان بن علي والعباس بن محمد بن علي وانضم اليهم من حج من شيعتهم ومواليهم وقوادهم واقتتلوا مع الحسين المذكور يوم التروية ، فانهزم اصحاب الحسين وقتل الحسين واحتز راسه واحضر قدام المذكورين من بني العباس وجمع معه من روس اصحابه وروس اهل المدينة ما يزيد علي مائة راس ، وفيها ايضا راس سليمان بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، واختلط المنهزمون بالحاج وكان مقتلهم بموضع يقال له وج وهو عن مكة الي جهة الطايف ، ووج المذكور هو الذي ذكره النميري في شعره فقال ،

تضوع مسكا *r* بطن نعمان ان مشت فيه زينب في نسوة خفرات *s* ،

مررن بوج ثم قمن عشية يلبين للرحمان معتمرات *

وفي قتل المذكورين بوج يقول بعضهم ،

فلا بكين علي الحسين عولة وعلي الحسن ،

وعلي ابن عاتكة الذي اثواه *t* ليس له كفن ،

تركوا

o) ناي ait Çantemir in explicatione vocum Turcicarum, hiſtoriae ſuae Turcicae praemiſſa, ſignificare *un flageollot fort doux*, *à l'uſage des moines Turcs.* ناي et ناء perinde eſt. Poſterius habet Arabſiades in hiſt. Timuri p. 146 lin. 4, e quo clare patet, eſſe *tibiam.* In Lexico Goliano haec vox non proſtat. — Elmacinus, qui p. 104 hoc ipſum diſtichon citat, habet variam lectionem بين الدف *inter tympana.*

et Imamo uno omnes libero conſenſu eſſent comprobaturi] acciperet. Ex his ad maiora ſe accingebat Hoſain cum ſuis per undecim dies, quibus finitis, die quodam Saturni, vigeſimo quarto menſis penultimi, excedebat Medina, Meccam verſus. Quo quum appuliſſet, transfugiebat ad ipſum magna ſervorum multitudo. [Brevi tamen et levi negotio exſtinctum fuit hoc incendium.] Nam qui eo ipſo anno Meccam magna cum ſuorum manu, ſacri itineris cauſa venerant Abbaſidarum nonnulli, ut Solaiman, filius Manſuri, et Muhammed, filius Solaimani, filii Alii, et Abbas, filius Muhammedis, filii Alii (56); hi una cum clientium et famulorum turba, ipſo octavo duodecimi menſis die, illo, qui ſollemnes cerimonias duum proximorum velut auſpicatur, ſuoque nomine dies Tarvia (57), appellatur, conferebant manus cum Hoſaino tam proſpere, ut eius factionem diſſiparent, ipſumque ducem aliosque gentis eiusdem, et principum Medinenſium bene multos, ad ſummam plus centum illuſtres viros, tollerent, in quibus erat Solaiman, filius Abdallae, filii Haſani minoris, filii Haſani maioris, filii Alii. Cetera perculſa turba ſacris peregrinatoribus immiſta gladio ſic evadebat. Contigit iſta clades in loco quodam Vag (57) dicto, ad viam ſito, quae Mecca Taiefum ducit; cuius meminit Nomairenſis poëta in illo:

Zainab, quando alias inter pudicas feminas ambulat in valle
Noman, replet eum fragrantia muſci, quem ſtillat;
feminas inquam, quae, tranſito per Vag, veſpera Meccam
veniunt, ubi ſtantes obſequium deo miſericordi ſpondent (58), ſacramque aedem viſitant.

Cladem autem hanc Alidarum Vagenſem celebravit aliquis eorundem gentilis his elegis:

Lacrymis et eiulatu proſequar Hoſainum, et Haſanum,
et filium Atekae, quem iacentem video absque ferali amiculo:

qui

تُركوا بوج غدوة في غير منزلة الوطن ✲

وافلت من المنهزمين ادريس بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، فاتي مصر وعلي بريدها واضح مولي بني العباس وكان شيعيا ، فحمل ادريس المذكور علي البريد الي المغرب حتي انتهي الي ارض طنجة ولما بلغ الهادي ذلك ضرب عنق واضح ، وبقي ادريس في تلك البلاد حتي ارسل الرشيد اليه الشماخ النامي مولي بني السد *v* فاغتاله بالسم ، ولما مات ادريس المذكور كانت له حظية *x* حبلي فولدت ابنا وسمّوه ادريس باسم ابيه وبقي حتي كبر واستقلّ بملك *y* تلك البلاد ✲ وحمل راس الحسين وباقي الروس معه الي الهادي ، فانكر الهادي عليهم حمل راس الحسين فلم يعطهم جوايزهم *z* غضبا عليهم ، وكان الحسين المذكور شجاعا كريما قدم علي المهدي فاعطاه اربعين الف دينار ففرّقها ببغداد والكوفة وخرج من الكوفة ما يملك ما يلبسه الاّ فروة لم يكن تحتها قميص ✲

وفي

p) ممسوح العينين proprie, *oblitus utriusque oculi*, ac ſi natura, cum ipſum formaret, oculos obliviſſet, omniaque una carne impleviſſet. Ita accipiendi eſſe verba, patet ex Scholiaſte Corani, qui verba Surae LIV. v. 37. طمسنا عينهم "oblevimus eorum oculos" ita interpretatur: مسخناها وسويناها بساير الوجه "transformavimus eos in aliam foedam figuram, et fecimus eos aequales atque ſimiles cetero vultui." Vnde naſci poſſet ſuſpicio, apud noſtrum pro ممسوح legendum eſſe ممسوخ *monſtroſus formatus quoad oculos.*

q) فلو لم Ita codex. Putem فانه لم يكن ادفع للمظالم "nihil enim magis repellit iniurias, quam pudor eorum."

r) تضوع مسكا Verbum ضاع dicitur tam de re odorata, odorem ſuum a ſe

qui omnes manſerunt in Vag iſto mane [die praelii inauſpicati] in ſolo habitationi maxime incommodo.*

[Natum tamen paene fuit ex hac clade celebre in Africa regnum Edriſidarum, de quo deinceps ſuo loco pluribus agemus.] Inter eos enim, qui fuga evadebant exitio, erat etiam Edris, filius Abdallae, filii Haſani [minoris], filii Haſani [maioris], filii Alii, filii Abu-Talebi; qui ut in Aegyptum venit, a Vadeho auguſtis veredis impoſitus, usque ad urbem Tingitanam promovetur. Erat enim ille Vadeh libertus Abbaſidarum, eorumque nomine curam auguſtorum veredorum per ſtationes diſpoſitorum per Aegyptum et Africam gerebat. Quia vero Schiita erat, id eſt Alio liberisque eius favebat, praeſtiterat Edriſo, religione et miſericordia permotus, beneficium, grande quidem, ſed ſibi capitale. Hadi enim accepto facinore Vadehi, caput eius arceſſebat. Edris interim manebat ibi terrarum, in Africa inquam, donec a Raſchido ipſi ſummiſſus Schamachus Namita,** veneficus, incautum malefida potione tolleret. (59) Huic pellex (60), ex ipſo gravida relicta, poſthumum edebat; qui, eodem nomine, quo pater, ornatus, ut adolevit, illum terrarum tractum ſui iuris fecit. (61) Sed ut ad Hoſainum, unde exceſſi, redeam, mittebantur ad Hadium eius et ceterorum peremtorum rebellium capita. Tantum tamen fallebat exſpectationem eorum, qui crudelia munera perferebant, ut irritatus ſcelere, pro donis, qualia mereri ſolent praeſtita id genus officia, vacuos et obiurgatos dimitteret. Fuerat ille Hoſain vir fortis et nobilium ſpirituum, quod vel unum hoc eius rarum exemplum demonſtret. Inviſerat aliquando Hadium, qui diſcedenti aureorum quadraginta millia donat: Hoſain autem ea Bagdadi partim, partim et Cufae erogavit tam plane, ut Cufa exiret absque induſio, tantum renone amictus.

Eodem

* Vel etiam, *in habitatione inſueta*, vel, *extra patriam*. *A.*

** Adduntur in arabico verba: *libertum Sadditarum*. Suſpecta haec videntur, ideoque a Reiſkio in latinis omiſſa. *A.*

وفي هذه السنة مات مطيع بن اناس *a* الشاعر * وفيها توفي نافع بن عبد الرحمان بن ابي نعيم احد القراء السبعة ، وروي عن نافع راويان وهما ورش وقنبل وكان نافع امام اهل المدينة في القراة ويرجعون الي قراته وكان محتسبا فيه دعابة وكان اسود شديد السواد ، وقرا مالك عليه القران ، وهذا نافع بن عبد الرحمن المقري غير نافع مولي عبد الله بن عمر المحدث ، فليعلم ذلك *

وفيها مات الربيع بن يونس حاجب المنصور ومولاه *

ثم دخلت سنة سبعين ومايه ، ذكر وفاة الهادي ، وفي هذه السنة توفي موسي الهادي بن محمد المهدي بن عبد الله المنصور في ليلة الجمعة منتصف ربيع الاول وكانت خلافته سنة وثلاثة اشهر وكان عمره ستا وعشرين سنة ، فيل ان امه الخيزران قتلته بان امرت الجواري فغمّين *b* وجهه وهو مريض فمات ، ودفن بعيسي باذا الكبري في بستانه ، وكان جسيما طويلا ابيض وكان بشفته العليا تقلّص *c* ، وكان له سبعة بنين وابنتان *

ذكر خلافة الرشيد بن المهدي ، وهو خامسهم ، وفي هذه السنة (اعني سنة سبعين ومايه) بويع للرشيد هارون بن المهدي محمد بالخلافة في الليلة التي مات فيها الهادي ، وامه وام الهادي الخيزران ام ولد ، وكان مولد الرشيد بالري في اخر ذي الحجة سنة ثمان واربعين ومايه ، ولما مات الهادي بعيسي باذا صلي عليه الرشيد وسار الي بغداد * وفي هذه السنة في شوال ولد الامين محمد بن الرشيد من زبيده ، واستوزر الرشيد يحيي بن خالد والقي اليه مقاليد *d* الامور *

وفي

a ſe ſpargente, quam de homine, qui talem rem geſtans eius odorem a ſe diffundit. Poſterius hoc loco habemus: prioris exemplum eſt apud Harir.

Eodem anno Motia obiit, filius Anaſi, poëta, et Nafeus, filius Abd-er-Rahmani, filii Abu-Noaimi, unus ex ſeptem illis lectoribus. Diſcipulos hic habuit praecipuos duos, qui traditam ab ipſo legendi Corani rationem porro propagarunt, Varaſchum et Cambalum. Eſt hic Nafeus antiſtes et oraculum Medinenſium in ratione legendi Corani, eiusque auctoritatem in lectione et pronuntiatione ſua ſequuntur, et ad eum ſuborta circa talia controverſia provocant. Malek etiam, Anaſi filius, celeberrimus ille doctor, ab eo magiſtro didicit Coranum legere. Praeterea Mohtaſeb [ſeu redituum et annonae praefectus] erat, vernili dicacitate, admodum furvus, aut niger potius. Probe diſtinguendus eſt hic Nafeus, filius Abd-er-Rahmani, Mocri, ab altero Nafeo, liberto Abdallae, filii Omari, ſecundi Chalifae; qui poſterior Nafeus traditionum ſtudio et peritia inclaruit.

Eodem obiit Rabius (62), filius Iunaſi [vel Ionae] cubicularius et libertus Manſuri [et Vezirus Hadii].

Anno CLXX [qui A. C. 786 die 2 Iulii coepit] idque medio menſe tertio, nocte quadam diem Veneris praecedente, obiit Muſa Hadi, filius Muhammedis Mahdii, filii Abdallae Manſuri; anno aetatis XXVI Chalifatu quindecim menſes geſto. Aiunt eum ipſius matris, Chaizaranae, inſidiis periiſſe. Eius enim puellas dominae iuſſu aegrum decumbentem ſtragulis ingeſtis ſuffocaſſe. Sepultus eſt in Iſabad maiore, in horto ſuo. Erat procerus, obeſus, candidus, ſed reſtricto ſuperiore labio. Deceſſit pater ſeptem filiorum et paris filiarum.

Huic continuo ſuccedebat germanus frater, Harun-er-Raſchid, quintus Abbaſidarum Chalifa, eadem ipſa nocte, qua Muſa Hadi exſpiravit. Natus hic fuerat in Raia urbe anno CLXVIII exeunte. Iuſtis fratri in Iſabad factis, repetiit Bagdadum, viditque menſe huius anni decimo filium ſibi e Zobaida natum, Aminum. Vezirum nuncupabat Iahiam, filium Chaledi, filii Barmaki, rerum gerendarum ipſi curam et auctoritatem iniungens.

وفي هذه السنة عزل الرشيد الثغور كلها من الجزيرة وقنسرين وجعلها حيزا واحدا وسميت العواصم وامر بعمارة طرسوس علي يد فرج الخادم التركي ونزّلها الناس *

وفي هذه السنة امر عبد الرحمن الداخل الاموي المستولي علي الاندلس ببناء جامع قرطبة وكان موضعه كنيسة وانفق عليه ماية الف دينار *

ثم دخلت سنة احدي وسبعين وماية، فيها توفي عبد الرحمن الاموي صاحب الاندلس بقرطبة ويعرف بالداخل لدخوله بلاد المغرب، وهو عبد الرحمن بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان بن الحكم بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف في ربيع الاخر، وكان مولده بارض دمشق سنة ثلاث عشرة وماية ومدة ملكه الاندلس ثلاث وثلثون سنة لانه تولي الاندلس في سنة تسع وثلثين وماية، ولما مات ملك بعده ابنه هشام بن عبد الرحمان، وكان عبد الرحمان اصهب خفيف العارضين طويلا نحيفا اعور وقصده بنو امية من المشرق والتجوا اليه *

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين وماية، فيها توفي رباح وكنيته ابو يزيد اللخمي الزاهد في مدينة القيروان وكان مجاب الدعوة *

ثم دخلت سنة ثلاث وسبعين وماية، فيها ماتت الخيزران ام الرشيد * وفيها حج الرشيد واحرم من بغداد *

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وماية، فيها صار يحيي بن عبد الله بن حسن بن حسن بن علي بن ابي طالب الي الديلم فتحرّك هناك *

وفيها

يقتني مني الثناء الذي تضوع رياه مع الادعية Harir. conf. xxxv.
ʸacquirat a me laudem, cuius ſuavis odor ſeſe diffundat, una cum benedictio-

Eodem anno centeſimo et ſeptuageſimo ſeparabat Raſchid Togur [id eſt terras limitaneas, aut Muſlemicae ditionis atque hoſtilis, et hic quidem loci Romanae, confinia, Syriae et Ciliciae finitima] a Meſopotamia et Kenneſrina, quo hactenus pertinuerant, iubebatque provinciam peculiarem eſſe, quae illo ex tempore nomen Avaſem [ſeu urbium defendentium,] obtinuit. Iubebat etiam Tarſum, eunucho Turcico Farago curatore dicto, aedificiis, et coloniis eo deductis, reſtaurari.

Eodem condebat (63) Abd-er-Rahman, cognomine advenae, Ommiadicus Andaluſiae princeps, celebre illud et ſumtuoſum fanum maius Cortobae, in ſolo, quod olim eccleſia Chriſtiana tenebat. Conſtitit haec ſtructura centum aureorum millibus.

Anno autem CLXXI [qui die 21 Iunii A. C. 787 coepit] vivis excedebat idem ille Abd-er-Rahman, filius Moaviae, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, filii Marvani, filii Hakemi, filii Abu-l-Aſi, filii Ommiae. Lucem primam viderat anno CXIII in agro Damaſceno. Imperavit Andaluſiae annis tribus et triginta: anno enim CXXXIX illuc venerat. Succeſſit in eius locum Heſcham, filius. Ruffus erat, barba rara, procerus, macilentus, cocles. Praebuit refugium Ommiadis ex oriente exſulibus.

Anno CLXXII [qui die 10 Iunii A. C. 788 coepit] obiit Cairovanae Abu-Iazid Rabba Lachmita, celeber Zahed [ſeu auſterae vitae cultor, anachoreta,] qui quidquid a deo precibus flagitaret, obtinebat.

Anno CLXXIII [qui die 30 Maii A. C. 789 coepit] obiit Chaizaran, mater Haruni Raſchidi: Ipſe autem Raſchid ſacrum iter fecit, ſacramque veſtem et Naziraeatum ab urbe regia, Bagdado (64), per totam viam geſſit.

Anno CLXXIV [qui die 19 Maii A. C. 790 coepit] evadebat Iahia, filius Abdallae, filii Haſani [minoris], filii Haſani [maioris], filii Alii, filii Abu-Talebi, in Dailomitidem, ibique turbas concitabat.

وفيها ولد ادريس بن ادريس بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب ، وادريس بن عبد الله المذكور هو الذي سلم وانهزم لما قتل اهل بيته يوم التروية بظاهر مكة حسبما ذكرنا في سنة تسع وستين ومائة ، وقد توفي ابوه ادريس الاول وله جارية حبلي فلم يكن له ولد فولدت الجارية بعد موته في ربيع الاخر من هذه السنة ولدا ذكرا فسمّوه ادريس ايضا باسم ابيه وبقي حتي كبر واستقلّ بالملك ☼

ثم دخلت سنة ست وسبعين ومائة ، فيها ظهر امر يحيي بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب بالديلم واشتدّت شوكته ، ثم ان الرشيد جهز اليه الفضل بن يحيي في جيش كثيف وكاتبه الفضل وبذل له الامان وما يختاره فاجاب يحيي بن عبد الله الي ذلك وطلب يمين الرشيد وان يكون بخطّه ويشهد فيه الاكابر، ففعل ذلك وحضر يحيي بن عبد الله الي بغداد، فاكرمه الرشيد واعطاه مالا كثيرا ، ثم امسكه وحبسه حتي مات في الحبس ☼

وفي هذه السنة هاجت الفتنة بدمشق بين المضرية واليمانية ، وكان علي دمشق حينئذ عبد الصمد بن علي فجمع الروساء فسعوا في الصلح بينهم فاتوا بني القين وكلّموهم في الصلح فاجابوا ، واتوا اليمانية وكلموهم في الصلح فقالوا انصرفوا عنّا حتي ننظر، ثم سارت اليمانية الي بني القين وقتلوا منهم نحو ستماية فاستنجدت بنو القين قضاعة

dictionibus meis.” Alias frequentius de odore adhibitur V coni. تضوّع Videtur verbi notio in motu, excuſſione, ſparſione, proiectione reſidere. Sane Tebrizius ad Amralkeiſi Moallacam ad verſ. 80. explicat ضاع per طرح *proiecit*, [ubi in editione Lettenii p. 87 mendoſe legitur كضرع pro

Eodem natus eſt, idque menſe quarto, alter aliquis Alides, Edris, filius Edriſi [maioris], filii Abdallae, filii Haſani [minoris] rel., cuius patrem iam ad annum CLXIX diximus e praelio, quod in agro Meccano commiſſum fuit, ſalvum fuga in Africam evaſiſſe, et reliquis, quae ibi perſtrinximus, fatis uſum fuiſſe.

Anno CLXXVI [qui coepit A. C. 792 die 27 Apr.] erumpebant impulſu Iahiae, filii Abdallae, Alidae, motus in Dailomitide, ſuperiore anno iam coepti, creveratque robur et terror eius adeo, ut neceſſe Raſchido eſſet, gravem exercitum ipſi, ducemque Fadlum, filium Iahiae, Barmakidam, opponere. Qui rebellem non vi fregit, ſed artibus circumvenit, offerens ipſi ſpondensque incolumitatem, et veniam peccatorum, et quidquid ipſe tandem optabilium atque ſplendidarum conditionum praeſcriberet. Neque repudiavit Iahia humanitatem, ſed ea lege, ut ſibi aſſenſio ipſius Raſchidi, ſacris auguſtae manus litteris conſignata principumque purpuratorum teſtimoniis et cautionibus confirmata, exhiberetur. Statim igitur arceſſit eam Fadlus Bagdado, et Iahia ſui copia facta, illuc ducitur, ubi amice magnificeque acceptus, opibus cumulatur; verum non multo poſt a Chalifa in carcerem et vincula mittitur, in quibus etiam periit. (65)

Eodem anno graviſſima coorta ſeditio inter Iemanenſes et Modaritas Damaſci ſaeviit, cui urbi tunc praeerat Abd-es-Samed, filius Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi; qui ſenatu virisque praecipuis adſcitis irritatos et ferventes animos placare dum ſtudet, primos adit Cainitas, neque illos refragantes pacem ſuadentibus. At Iemanitae copiam per otium de rebus ſuis deliberandi poſcebant: interea domum irent conciliatores. Commode. At illi doloſa mente prorſus alia volvebant. Subito enim facta in Cainitas ſecuros impreſſione, ad ſexcentos eorum caedunt. Hi rurſus, accepta clade ſaucii, et vindictae cupidi, auxilia circumſpi-

قضاعة وسليحا فلم ينجدوهم فاستنجدوا قيسا فاجابوهم وساروا معهم الي العواليك من ارض البلقاء فقتلوا من اليمانية ثمانماية وكثر القتال بينهم ، ثم عزل الرشيد عبد الصمد عن دمشق وولاها ابراهيم بن صالح بن علي ودام القتال بين المذكورين نحو سنتين ، وكان سبب الفتنة بين اليمانيين والمضريين ان رجلا من القين اتي رحا بالبلقا ليطحن فيه فمرّ بحايط *f* رجل من لخم او جذام *g* وفيه بطيخ فتناول منه فشتمه صاحبه فتضاربا فاجتمع قوم من اليمانيين وضربوا الذي من القين واعانه جماعة من مضر *h* فقتل رجل من اليمانيين ، فكان ذلك سبب الفتنة ☙

وفيها مات الفرج بن فضالة ، وصالح بن بشر القاري وكان ضعيفا في الحديث ☙ وفيها مات نعيم بن ميسرة النحوي الكوفي ☙

ثم

pro كضوع In ſenſu *movendi* adhibuit hoc verbum Abulola, cuius Scholiaſtes haec adiicit: يقال ضاع الشي اذا تحرك "dicitur ضاع res, quando ſe movet."

s) خفرات *pudibundae feminae*, vel etiam, *quibus pudor et reverentia debetur*, tanquam ſi خفيرات ſcriptum eſſet. Inde nomen in genere feminarum honeſtarum, ut in illo Divan Hudeil. ومنا حماة غداة الصباح اذا الخفرات نسين الخداما ، "noſtrates ſunt defenſores ſuorum illo mane incurſionis hoſtilis, quo pudibundae [feminae honeſtae] ſuas periſcelides [prae trepidatione] obliviſcuntur." Hinc eſt vox percelebris خفير, notans eum, qui vias, per quas commeandum eſt, ſecuras a latrociniis praeſtat, proprie, virum venerabilem, in cuius praeſentia ſcelus committere nefas ſit: differt a خليف et حريث et دليل a Halifis, Cherritis, Dalilis, qui tantummodo viam per deſerta ducunt. Propterea explicant Arabum grammatici الخفير per المجير *protectorem.*

t) اراه Codex L. واراه Legi quoque poſſet, واروه وليس له "quem tumularunt absque ferali amiculo."

ſpiciunt, et primos quidem Codaitas, et [qui horum propago ſunt] Solaihitas, in belli ſocietatem pertrahere fruſtra tentant, [neque par erat Iemanenſes arma ſuis gentilibus inferre]. Verum Caiſitae rogati ſuppetias [tribulibus ſuis] ferunt; itaque progreſſi iunctis copiis apud Avalik, qui locus eſt in Balkaa, atrox committunt praelium, quo Iemanitarum ad octingentos trucidant. Huius inteſtini belli certior factus Raſchid ſucceſſorem Abd-es-Samado mittebat Ibrahimum, filium Salehi, filii Alii. Tenuit ad biennium paene civile hoc bellum leviſſima de cauſſa natum, quam memoratu dignam vix putes. Cainita quidam ibat in Balcaam, mola, quae ibi erat aliqua, fruges ſuas comminutum. (66) Propter viam, dum tranſit praedium alicuius Lachmitae, aut Godzamitae, decerpit melonem* unum alterumve. Quod aegre ferens agri poſſeſſor hominem obiurgat; a iurgiis ad mutua verbera proceſſum; concurritur a Iemanitis, qui virum Cainitam prope mulcant; Modaritae pariter ſuo tribuli ſuccurrentes ex adverſariis unum aliquem occidunt. Hinc ille lacrymae.

Eodem anno vivere deſierunt Farag, filius Fodalae, et Saleh, filius Beſchri, lector, ſed in traditionibus parum verſatus, neque magnae auctoritatis; ut et Noaim, filius Maiſarae, grammaticus Cufenſis.

Anno

* Aut *anguriam*, ut interpretatur Rauchwolff pag. 535. »Der Kürbſen, Citrullen, »und langen Schlang-Cucumeren, welche die Inwohner [Halebenſes] *Gette* »[قثا] nennen, pflantzen ſie eine gute Nothdurfft, und noch vielmehr »der Angurien, oder Indianiſchen Melonem, welche der gemeine Pöbel *Battiechas* [بطيخة] nennet, Serapion aber *Dullaha* [دُلّاع]. Die ſind »groſs, grünfarb, ſüſs und lieblich zu eſſen, kühlen ſehr; darum ſie denn »bald für die beſten Früchte von ihnen gehalten werden; ſonderlich aber »die, ſo von innen mehr roth als weisfarb ſind; bleiben auch ſo lange gut, »daſs ſie den gantzen Winter in ihren Bazaren zu finden.»

ثم دخلت سنة سبع وسبعين ومائة فيها توفي بالكوفة ابو عبد الله شريك بن عبد الله بن ابي شريك ، تولي القضاء ايام المهدي ثم عزله الهادي ، وكان عالما عادلا في قضايه كثير الصواب حاضر الجواب ، ذكر معاوية بن ابي سفيان عنده ووصف بالحلم فقال شريك ليس بحليم من سفّه الحق *i* وقاتل علي بن ابي طالب ، وكان مولده ببخارا سنة خمس وتسعين للهجرة *

ثم دخلت سنة ثمان وسبعين وسنة تسع وسبعين ومائة ، فيها توفي ملك بن انس بن عامر بن عمرو بن الحرث من ولد ذي الاصبح ولذلك قيل له الاصبحي ، وذو الاصبح اسمه الحرث بن عوف من ولد يعرب بن قحطان ، وكان مولد الامام المذكور سنة خمس وتسعين للهجرة ، اخذ القراة عن نافع بن ابي نعيم وسمع الزهري واخذ العلم عن ربيعة الراي ، فقال الشافعي رحمه الله قال لي محمد بن الحسن ايّهما اعلم صاحبنا ام صاحبكم (يعني ابا حنيفة ومالكا) ، قال قلت على الانصاف ، قال نعم ، قال قلت فانشدتك الله *k* من اعلم بالقران صاحبنا ام صاحبكم ، قال اللهم صاحبكم ، قال

v) السد Ita codex L. ſuſpectum vitii.

x) حظية eſt femina, quae حظيت in dignitate, caritate eſt, apud maritum praecipue, pellex amata.

y) استقل بملك frequens elocutio: ſtuduit ſeſe in regno (vel cum regno) in altum, in ſummum verticem ultra omnes alios extollere, vel etiam, actu ipſo extulit ſe. Hinc conſtruitur cum ب et على; poſterius rarius eſt, legitur tamen apud Arabſiadem pag. 35. lin. 14. niſi putes eo loco استعليت legendum pro استقليت

z) جوايزهم Plurale a ſing. جايزة quod proprie eſt *tranſeuns*, *viale*, *viati-*

Anno CLXXVII [qui die 17 April. A. C. 793 coepit] obiit Cufae Abu-Abdalla Scharik, filius Abdallae, filii Abu-Schariki, qui Mahdio principatum gerente Cadii munere functus, poſtmodum ab Hadio eo exutus fuit, vir doctus, aequus, coniectandi ſagax et dexter, reſponſionum promtus et aptus, verum et iuſtum profari nil formidans. Laudabatur ipſi aliquando a clementia [primus Ommiadicus Chalifa] Moavia. Scharik autem negabat eum *halimum* recte appellari, [id eſt clementem, ſapientem et mitem] qui iuſtitiam ſecum in furorem adegiſſet [ut neſcia et oblita ſui eo auctore perpetrarit indigna ſe ſummae iniuriae et ferocitatis exempla] et qui bellum cum Alio geſſiſſet. Natus fuit Bocharae anno fugae XCV.

Anno CLXXIX [qui die 26 Mart. A. C. 795 coepit] obiit ille celeber Malek, filius Anaſi, filii Ameri, filii Amrui, filii Hareti, e poſteris Du-l-Esbahi, a quo etiam Esbahaeus appellatur. Eſt autem Du-l-Esbah (67) agnomen Hareti, filii Auſi, de gente Iarabi, filii Cahtani [vel Ioctani]. Lucem primam adſpexit noſter Imam anno fugae XCV. A Nafeo, filio Abu-Noaimi,* didicit Corani lectionem; audivit Zohritam; theologiam dogmaticam accepit a Rabia Raio. Quantus in omni doctrina fuerit, ex eo conſtat, quod narrat Schafiaeus his verbis: "Interrogabat me aliquando, ait, Muhammed, filius Haſſani: Quisnam doctior eſt, magiſter noſter [cui ego cum meis addictus ſum] an veſter? [cui tu cum tuis adhaeres] Quorum illo quidem Abu-Hanifam, hoc Malecum deſignabat. Ego viciſſim illum interrogabam, cupiatne ſerio, et patiaturne, aequum et verum ſibi dici. Affirmabat cupere et pati. Tum ego: Mi Muhammed, inquam, obſecro te per immortalem deum, dic mihi ex animi tui ſententia, ſimulatione procul, quis amborum Coranum melius callet, magiſter noſter, [Malec] an veſter? [Abu-Honaifa] Veſter, reſpondebat Muhammed, ita me deus amet.

I 2 Conti-

* De quo vide ſupra pag. 59.

قال قلت فانشدتك الله من اعلم بالسنّة ، قال اللهم صاحبكم ، قال قلت فانشدتك الله من اعلم باقاويل الصحابة صاحبنا ام صاحبكم ، قال اللهم صاحبكم ، قال الشافعي فلم يبق الّا القياس والقياس *l* لا يكون الا على هذه الاشياء * وسعي بمالك الى جعفر بن سليمان بن على بن عبد الله بن العباس وهو ابن عم ابي جعفر المنصور وقالوا له انه لا يري الايمان ببيعتكم هذه لان بيعة المكره ليست لازمة ، فغضب جعفر ودعي بمالك وجرده وضربه بالسياط ومدّت يده حتي انخلعت كتفه وارتكب منه امرا عظيما ، فلم يزل بعد ذلك الضرب *m* في علو ورفعة ، وتوفي مالك المذكور بالمدينة

viaticum, unde اجازه *inſtruxit aliquem viatico*, vel in genere *dono*. Ex Ibn-Cotaiba in كتاب المعارف ſeu libro notitiarum, eo capite quo inventores rerum perſequitur, ſub titulo جوايز patet, جوايز appellari dona, τα πορευτικα, quae militibus in bellum proficiſcentibus ultra ſtipendium ordinarium dabantur, cuius ritus auctor fuit Catam, filius Abd-Auſi, Perſiae gubernator.

a) اناس Ita cod. L. Mihi dubium non eſt, legendum eſſe اياس

b) فغمّين pro فغمّين Saepe enim ſolent verba mediae geminatae formam defectivorum ultimae ي induere.

c) تقلّص Dubitavi, num *tumido labio* verterem, a قلص *accrevit, elata fuit aqua* apud Golium. Sed procul dubio in hac quidem ſignificatione permutatum eſt hoc verbum cum قلس Illud autem قلص ſignificare videtur, *in anguſtius ſpatium contrahi, corrugari*, ut a lotura panno ſolet contingere. Gorair, قلّص الرطب (rectius قُلّص) *corrugatum gramen.* Et in V coni. تقلّص *ſe ipſum contraxit*, ut in illo poëtae, quod Marzukius ad Hamaſam laudat: اذا تقلّص الشفتان عن وضح الفم ، "quando ſeſe contrahunt ambo labia ab oris nitido" [h. e.

Continuabam ego porro, iterata obteſtatione, quis amborum in ſanctionibus prophetae verſatior ſit, interrogare. Reſpondebat ille rurſus, deo teſte interpoſito, Malecum eſſe. Tandem interrogabam, quis amborum dicta et decreta ſociorum prophetae penitius teneat. Tum ille: neque hac in re, medius fidius, inquit, ſi verum fatendum eſt, diffiteri poſſum, veſtrum magiſtrum noſtro praecellere. Nulla ergo ſupereſt, adiungebam, veſtrati relicta ſacrarum litterarum pars, in qua laudem fuerit meritus, praeter illam, quae dubias cauſas, de quibus expoſita ſcripto ſententia non exſtat, probabili ratiocinio et comparatione caſuum ſimilium, de quibus alibi diſerte pronunciatum fuit, expedit. Atqui vel hac in parte, aiebam, noſtrum Malecum veſtro magiſtro praeferendum eſſe apparet eo, quod nemo in illo ratiocinio, quod circa comparandas et aeſtimandas res ſimiles verſatur, bene rem gerere poteſt, qui tres illas theologiae partes, Coranum, ſanctiones prophetae, et ſodalium decreta, non plane imbibit." Hactenus Schafiaeus. Accuſabant aliquando Malecum apud Gafarum, filium Solaimani, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi, Chalifae Manſuri ex patruo agnatum, ab ipſo gentis Abbaſicae principatum, tanquam haud legitimum, improbari, iisque dicto ſacramento vim et auctoritatem omnem ideo derogari, quod a volentibus dictum non fuerit, ſed a coactis; atqui legem neminem, ſancire extortas per violentiam ſponſiones, obligare. Gafar, ſeditioſa irritatus opinione, ſuaeque gentis ſecuritati ſtudens, Malecum arceſſit, et nudum tortori tradit (68), qui miſerum loris tam permulcavit, et brachia tam extendit nervo, ut luxata ipſi fuerit ſcapula. Aliis quoque foedis eum modis tractabat Gafar, ut nunquam auditum fuerit, tantum virum tam indigne a quoquam alio habitum fuiſſe. Tantum vero aberat ut Gafar eo ſupplicio Maleki auctoritati quidquam detraheret, ut potius inde maior eius nomini ſplendor et faſtigium quaſi acceſſiſſe viſum fuerit. Obiit Medinae,

بالمدينة ودفن بالبقيع ، وكان شديد البياض الى الشقرة طويلا ☼

وفيها توفي مسلم بن خالد الزنجي الفقيه المكي وكان الشافعي قد صحبه قبل مالك واخذ عنه الفقه ، وكان ابيض مشربًا بحمرة ولذلك قيل له الزنجي ☼

وفيها (اعني سنة تسع وسبعين ومائة) توفي السيد الحميري الشاعر واسمه اسماعيل بن محمد بن يزيد بن ربيعة بن مفرغ *n* الحميري والسيد لقب غلب عليه واكثر من الشعر وكان شيعيا كثير الوقيعة في الصحابة وكان كثير المدح لآل البيت والهجو لعايشة ام المومنين ، فمن ذلك قوله في مسيرها الي البصرة لقتال عليّ قصيدة طويلة منها ،

كانها في فعلها حية تريد ان تاكل اولادها ،

وكذلك له فيها وفي حفصة ابيات منها ،

احداهما نمّت عليه حديثه وبغت عليه بغية احداهما *o* ☼

ثم

[h. e. a dentibus.] — Ceterum hoc تقلّص ſumſi ex Elmacino p. 111. Codex Leidenſis habet نقص, e quo نقّص quoque fieri poſſet, *defectus*, quaſi notaret, eum labium leporinum habuiſſe.

d) مقاليد non ſunt *claves*, ſed *onera*, quae alicui portanda imponuntur, munia. Non infrequens elocutio: لقي اليه مقاليد الامور "proiecit in eum munia rerum." Eſt nempe مقلاد omne, quod quis aut ſuis, aut alterius cervicibus imponit. Pro, hoc eſt ex officio meo, dicunt Arabes, هذا في عنقي hoc eſt in cervice mea. Inde illa elocutio.

e) ابوه pro mendoſo codicis L. ابو

f) حايط *villa*, *praedium*, *hortus*. Proprie eſt *ambiens*, *ſaepes*. Integre, حايط بستان *ambiens horti*, θριγκος, حايط نخل *ambiens palmarum*. Hamaſa: كعيدان بحايط بستان "ut palmae in ambitu horti."

g) او جذام Cod. L. وجذام

h) من مضر deerat in cod. Leid.

ibidemque ſepultus eſt in Bakio. Colore admodum albo ad purrhum vergente* erat, et corpore procero. (69)

Eodem obiit Muſlem, filius Chaledi, Zengi, theologus Meccanus, quem Schafiaeus etiam audit, fikham [ſeu ius ſacrum] docentem, antequam Maleki, de quo modo dicebamus, diſciplinae ſe traderet. Zengi [ſeu Nigrita] ideo dictus fuit, [non quod a Zengis et ex Africa genus duceret, aut genuinus Arabs non eſſet, ſed] quod ipſi cutis candor profundo et purpureo miſtus rubore contigerat.**

Eodem obiit poëta, cognomine domini, vel nobilis, Homairitici celeber. Verum ipſi nomen erat Iſmael, filius Muhammedis, filii Iazidi, filii Rabiae, filii Mofregi, Homairita. (70) Carmina plurima condidit, in quibus prophetae gentiles, Alidas, egregiis laudibus effert, ſodales autem qui dicuntur, [ut Abu-Becrum, Otmanum, alios] et Aieſcham praecipue, prophetae uxorem, feminam Alidis iniquiſſimam, acerbis convitiis lacerat. Quod in homine Schiita, qui erat, mirandum non eſt. Specimina acerborum eius carminum ſunto haec paucula; et primum quidem hoc in Aieſcham ſolam, eiusque militarem adverſus Baſram et Alin expeditionem, dictum, longo e carmine excerptum.

> Similis eſt illa hoc ſuo in facinore ſerpenti proprios foetus devorare avidae.

Alterum autem, quo cum ea Haſſam quoque, prophetae alteram uxorem, livore aſpergit.

> Vna bellarum harum ſororum [Haſſa nimirum] ſecretos eius [Alii] ſermones, ſecum communicatos, in vulgus propalat: altera vero illum, proterva et animi impotens, modis iniquis accipit.

Anno

* Non intelligo, qui conſiſtere queant colores tam diverſi. Recurrit tamen ſimilis locus anno 645. *A.*

** Obſcura verba. Nos diceremus, appellatum ita fuiſſe *κατ' ἀντίφρασιν*. *A.*

ثم دخلت سنة ثمانين وماية ، فيها مات هشام بن عبد الرحمان بن معاوية بن هشام بن عبد الملك صاحب الاندلس وكانت امارته سبع سنين وسبعة اشهر وثلاثة ايام وعمره تسع وثلثون سنة واربعة اشهر ، واستخلف بعده ابنه الحكم بن هشام ، ولما ولي الحكم خرج عليه عماه سليمان وعبد الله ابنا عبد الرحمان وكانا في بر العدوة ، فتحاربوا مدة والظفر للحكم ، فظفر الحكم بعمه سليمان وقتله سنة اربع وثمانين وماية ، فخاف عمه عبد الله وصالح الحكم سنة ست وثمانين ، ولما اشتغل الحكم بقتال عميه اغتنمت الفرنج الفرصة ، فقصدوا بلاد الاسلام واخذوا مدينة برشلونه في سنة خمس وثمانين وماية *

في هذه السنة (اعني سنة ثمانين وماية) سار جعفر بن يحيي بن خالد الي الشام فسكّن الفتنة التي كانت بالشام *

وفيها هدم الرشيد سور الموصل بسبب ما كان يقع من اهلها من العصيان في كل وقت *

وفيها (اعني سنة ثمانين وماية) وقيل سنة سبع وسبعين وماية توفي سيبويه النحوي بقرية يقال لها البيضاء من قري شيراز ، واسم سيبويه عمرو بن عثمان بن قنبر كان اعلم المتقدمين والمتاخرين بالنحو وجميع كتب الناس في النحو عيلة الي كتاب سيبويه ،

واشتغل

i) سفّه الحق *fecit ius ſtultum.* Egregie locum hunc illuſtrat proverbium قرارة سفّهت قرارة "fugax, quae ſtultam facit quietam" ad quod Meidanius يضرب للرجل يتكلم في القوم بالخطاء فيطابقونه علي ذلك "dicitur de viro, qui in corona inepta profert, ad quae circumſtantes adſentiunt."

k) انشدتك الله Eandem formulam habet Hariri conſ. XXIII. ubi Scho-

Anno CLXXX [qui die 15 Martii A. C. 796 coepit] obiit Heſcham, filius Abd-er-Rahmani advenae, filii Moaviae, rel. princeps Andaluſiae, natus annos novem et triginta, cum quatuor menſibus, principatu annos ſeptem totidemque menſes et tres dies defunctus. Relinquebat filium eundemque poteſtatis haeredem, Hakemum (71), quem tamen imperare orſum duo patrui, Solaiman et Abdalla (72), filii Abd-er-Rahmani, rebelles vexant, et traiecto mari, nam hactenus in Barr-al-Adva [ſeu Mauritania] haeſerant, ſuum ex fratre nepotem, praeliis diu, ſed ſemper victorem, laceſſunt. Vnum tandem horum nactus Hakem anno CLXXXIV, Solaimanum puta, peremit. Quo fractus Abdalla territusque anno CLXXXVI cum nepote paciſcitur. Per hos gentilium inteſtinos tumultus arrepta Franci occaſione ditionem Muſlemorum adorti Barcellonam urbem anno CLXXXV rapiunt. (73)

Eodem anno abibat in Syriam Gafar, filius Iahiae, filii Chaledi, filii Barmaki, turbasque componebat, quas ibi natas antea vidimus.

Eodem diruebat Raſchid Mauſelae muros, eo, quod iis freti cives induci non poterant, ut bona fide parerent et officium facerent.

Eodem, aut, quod alii volunt, anno CLXXXVII, obiit grammaticorum princeps, vulgo Sibuia (74), vero nomine Amru dictus, filius Otmani, filii Cambari, in oppido agri Schirazeni, cui Baida nomen eſt. Sibuia vox eſt Perſica, notans pomorum odorem; dicuntque id ipſi cognomen ideo tributum, quod vultu venuſtus eſſet, et genas candoris ruborisque mixtura pictas, tanquam gemella poma, praeferret. Hic vir in peritia rerum grammaticarum omnes memoria ſua qua vetuſtiores, qua iuniores, poſt ſe reliquit. Ad huius librum (75) neceſſe eſt ut redeat, ſicut ad fontem et oraculum, quidquid in hoc genere exaratur aut diſputatur. Magiſtrum habuit grammaticum etiam

واشتغل علي الخليل بن احمد ، وكان عمره لما مات نيفا واربعين
سنة ، وقيل توفي بالبصرة سنة احدي وستين ومائة ، وقيل سنة ثمان
وثمانين ومائة ، قال ابو الفرج الجوزي توفي سيبويه في سنة اربع
وتسعين وعمره اثنتان وثلثون سنة وانه توفي بمدينة ساوه ، وذكر
خطيب بغداد عن ابن دريد ان سيبويه مات بشيراز وقبره بها ،
وكان سيبويه كثيرا ما ينشد ،

انا بل من داء *p* به ظنّ انه نجا وبه الداء الذي هو قاتلوه *

وسيبويه لقبه وهو لفظ فارسي ومعناه بالعربية رايحة التفاح وقيل
انما لقب سيبويه لانه كان جميل الصورة ووجنتاه كانهما تفاحتان ،
وجري له مع الكساي البحث المشهور في قولك كنت اظن لسعة
العقرب اشدّ من لسعة الزنبور ، قال سيبويه فاذا هو هي وقال الكساي
فاذا

Scholiaſtes سالتك بالله, ſed proprie eſt, "indicate mihi rem (veritatem) quam quaero per Deum immortalem." Frequentius dicitur ناشدتك بالله adiruo te per Deum.

l) قياس *analogia* قياسي *analogicus.* Vid. Hiſt. Timuri pag. 37. lin. 7.

m) المضرب forte الضرب

n) مغرغ Cod. Leid. مغرع

o) احداهما forte اخراهما

p) بل من داء *convaluit a morbo*, aſcito ل pro ر Nam بر eſt *purus evaſit* a morbo. Eodem modo dicitur بلك الله بابن pro برك "munificus tibi ſit Deus filio" بلوا ارحامكم بالسلام "munifici eſtote erga affines veſtros ſalutatione" بلة pro خير beneficentia, حل وبل licitum et purum, pro بر al.

celebrem, Chalilum, filium Ahmedis. Natus erat, quum vivis excederet, quadraginta et aliquot annos. [Valde tamen ſcriptores diſcrepant in edendo anno tam aerae noſtrae, quam aetatis, tum et loco, in quibus ultimum diem obiit.] Sunt enim, qui eum Baſrae dicunt exceſſiſſe anno CLXI, alii anno CLXXXVIII. Diverſiſſima his perhibet Abu-l-Faragius Guzi, eum in urbe Sava anno CXCIV fato ſuo defunctum, quum aetatis annum trigeſimum ſecundum ageret. Chatib Bagdad [vel concionator Bagdadicus, auctor ſic appellatus, in Chronico Bagdadico] affert auctoritatem Ibn-Doraidi, aſſeverantis, Sibuiam Schirazae et obiiſſe et ſepultum eſſe, ibidemque ſepulchrum eius celebre conſpici et frequentari. Habebat noſter grammaticus aſſidue verſiculum hunc in ore [ſive, ut inde grammaticas quasdam obſervationes adſtrueret, ſive, quod alias placeret]:

Vbi convaluit [aeger] a morbo, quem viſceribus fovebat, extra periculum verſari autumat. At fixus inhaeret ipſi morbus, qui eum tollet.*

Hunc inter et Caſaaeum interceſſit illa celebris controverſia grammatica, quomodo dicendum, et quo caſu, rectone an obliquo, utendum ſit, quando velim ex. gr. dicere, morſum ſcorpionis a me peiorem et vehementiorem morſu veſpae reputari, aut aliud quodcunque huic conſtructioni ſimile: ſcilicet dicendumne ſit in nominativo, *puto morſus ſcorpionis peior, quam morſus veſpae*, pro qua dictione pugnabat Sibuia; an per accuſativum, quod alter ſanciebat, *puto morſum ſcorpionis peiorem* rel. Decidebat

 hanc

* Credebam (verba ſunt b. Reiſkii) vertens tunc locum, ſenſum verſus eſſe: Hic aeger convaluit quidem a morbo pro externa ſpecie, ſurrexit e ſtragulis, negotia ſua rurſus peragit: at intus tamen alit occultas morbi reliquias, quae ipſum tandem aliquando citius tardius necabunt. Verum deinceps reperii Scholiaſten Abulolae huic verſui ſenſum dare, quem ego quidem absque illius indicio non reperiſſem. Scilicet ex eius mente ait poeta: Hic aeger iam ex integro convaluit. Sed haec ipſa integra ſanitas ipſi pro morbo eſt qui eum tollet.

فاذا هو اياها ، وانتصر الخليفة للكساي ، فحمل سيبويه من ذلك همّا وترك العراق وسافر الي جهة شيراز وتوفي هناك ✡

ثم دخلت سنة احدي وثمانين ومائة فيها غزي الرشيد ارض الروم فافتتح حصن الصفصاف ✡

وفيها توفي عبد الله بن المبارك المروزي في رمضان وعمره ثلاث وستون سنة ✡ فيها توفي مروان بن ابي حفصة الشاعر وكان مولده سنة خمس ومائة ✡ وفيها توفي ابو يوسف القاضي واسمه يعقوب بن ابراهيم من ولد سعد بن خيثمة ، وسعد المذكور صحابي من الانصار وهو سعد بن بحير واشتهر باسم امه خيثمة ، وابو يوسف المذكور هو اكبر اصحاب ابي حنيفة ✡

ثم دخلت سنة اثنين وثمانين ومائة فيها مات جعفر الطيالسي المحدث ✡

ثم دخلت سنة ثلاث وثمانين ومائة ، فيها توفي موسي الكاظم q بن جعفر الصادق بن محمد الباقر بن علي زين العابدين بن الحسين بنْ علي بن ابي طالب ببغداد في حبس الرشيد وحبسه عند السندي بن شاهك وتولي خدمته في الحبس اخت السندي فحكت عن موسي المذكور انه كان اذا صلي العتمة حمد الله ومجّده ودعي الي ان يزول الليل ثم يقوم يصلي حتي يطلع الصبح فيصلي الصبح ثم يقعد الي ارتفاع الضحي ثم يرقد ويستيقظ قبل الزوال ثم

q) الكاظم Videtur in verbo كظم notio *ſtrangulandi* ineſſe, vel meatum alicuius rei coarctandi et opplendi, ut nihil per eum penetrare queat. Ita camelus dicitur كاظم علي جرته *ſtrangulans ſuper rumine*

hanc litem ipſe princeps, Raſchid, ſecundum Caſaaeum. Vnde tantam animo concepit indignationem et moerorem Sibuia, ut excedens Iraca Schirazam ſe conferret, ibique animam redderet.

Anno CLXXXI [qui die Mart. 4. A.C. 797 coepit] excurrit Raſchid in Romaniam, et Heſn [ſeu arcem] Saffaf (76) cepit.

Eodem, idque nono menſe, obiit, annos natus ſexaginta tres, Abdalla, filius Mobareki (77), Marvaruzi; nec non Marvan, filius Abu-Haſſae, poëta, natus anno CV; ut et magnus ille inter Hanafiticos theologus, Cadi Abu-Ioſeph Iacob, filius Ibrahimi; genus ab illo, quondam prophetae ſodale, viro Medinenſe, Saado, ducens, qui, Bogairi patris obſoleto nomine, vulgo ex matre, Ibn-Chaitama appellatur. (78)

Anno CLXXXII [qui coepit A. C. 798 die 21 Febr.] Gafar Taialaſi, [ſeu epomidarius,*] traditionarius celeber, obiit.

Anno CLXXXIII [qui coepit A. Chr. 799 die 11 Febr.] Muſa Catem [ſeu qui devorat et concoquit iniurias] ex Alidarum familia, filius Gafari Sadeki, filii Muhammedis Bakeri, filii Alii Zein-el-Abedin, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, Bagdadi obiit die XXV menſis ſeptimi, in domo Senditae, filii Schaheki, cuius in cuſtodiam eum Raſchid dederat. (79) Ab huius Senditae ſorore, quae Muſae miniſtrabat, narratam proſtat, qualem ille ſe in carcere geſſerit, et quibus ſtudiis occupatus otium egerit. Eum ſcilicet eo ex tempore, quo preces recitantur primae vigiliae iniunctae, continenter oraſſe et laudaſſe deum, donec ſpatium, quo nox definitur, elapſum eſſet; inde ſurrexiſſe humo et preces ad illuceſcentem auroram continuaſſe; tum peregiſſe preces matutinas; hinc conſediſſe quietum, donec aſcenderet ſol et calidius iubar ſpargeret; tunc demum cubitum iviſſe; ſemper tamen experrectum fuiſſe antequam ſol a culmine coeli declinaret. Inde poſt peractam ablutionem denuo ſuppli-

* Epomidarius, a genere veſtitus, quem aut gerere, aut fabricare, aut vendere ſolebat. Vid. ad a. CCIV.

ثم يتوضي ويصلي حتي يصلي العصر ثم يذكر الله تعالي حتي يصلي المغرب ثم يصلي ما بين المغرب والعتمة ، فكان هذا دابه الي ان مات رحمه الله ، وكان يلقب الكاظم لانه كان يحسن الي من اساء اليه ، وموسي الكاظم المذكور سابع الايمة الاثني عشر علي راي الامامية وقد تقدم ذكر ابيه جعفر الصادق في سنة ثمان واربعين ومائة وجدّه محمد الباقر في سنة ستّ عشرة ومائة ، وولد موسي المذكور في سنة تسع وعشرين ومائة وتوفي في هذه السنة (اعني سنة ثلاث وثمانين ومائة) لخمس بقين من رجب ببغداد وقبره مشهور هناك وعليه مشهد عظيم في الجانب الغربي ببغداد ، وسنذكر باقي الايمة الاثني عشر ان شاء الله تعالي ،

وفي هذه السنة توفي يونس بن حبيب النحوي المشهور اخذ العلم عن ابي عمرو بن العلا وكان عمره قد زاد علي مائة سنة وروي عنه سيبويه ، وليونس المذكور قياس في النحو ومذاهب ينفرد بها ☼

ثم دخلت سنة اربع وثمانين ومائة ، فيها ولّي الرشيد حماد البربري اليمن ومكة ، وولي داود بن يزيد بن مزيد بن حاتم المهلبي السند وولي يحيي الحرسي الجبل وولي مهرويه الرازي طبرستان وولي افريقية ابراهيم بن الاغلب ، وكان علي الموصل واعمالها يزيد بن مزيد بن زايدة الشيباني ☼

ثم

mine ſuo, ita ſupprimens rumen, ut nequeat regurgitare. Meidanius de hac formula: لا يكظم علي جرته ، الكظوم السكوت وكظم البعير يكظم كظوما اذا امسك عن الجرة ، يضرب لمن يعجز عن كتمان ما في نفسه ، ومثله لا يختنق علي جرته ،

"prover-

catum ſummo numini fuiſſe, donec preces pomeridianas faceret; ex eo incubuiſſe in recitationem Corani et ſanctas meditationes, donec veſpertinis precibus defungeretur. Neque illum temporis id ſpatium, quod inter veſperam et primas vigilias intercedit, precibus vacuum praetermiſiſſe. Hunc non tam actionum, quam precum, circulum ipſum de die in diem, donec exſpiraret, revolviſſe, virum optimum et divinae clementiae commendandum. Catemi nomen inde tulit, quod bene ſolebat illis facere, a quibus aſpere et inique habebatur. Septimus eſt in numero duodecim Imamorum, quos Imamici ſtatuunt, et quorum nonnullos attingendi iam in ſuperioribus facta nobis copia fuit et fiet porro de reliquis. De patre huius, Gafaro Sadeco, diximus ad a. CXLVIII,* de avo, Muhammede Bakero, ad annum CXVI,** Muſa noſter natus fuit anno CXXIX; ſepulchrum eius Bagdadi viſitatur celebre, ingenti maſchhado [vel confeſſione, tymbo] ſublime, idque in urbis parte quam Tigridis ripa occidentalis ſuſtinet. (80)

Eodem obiit Iunas (81), filius Habibi, centum annis maior, grammaticus celeber, qui, ut diſcipulus Abu-Amrui, filii Olae, ſic doctor fuit Sibuiae. Hic enim traditas ab eo ſententias passim affert. Habuit autem Iunas in grammatica peculiares ſibi analogiam et alias opiniones.

Anno CLXXXIV [qui die 31 Ian. A. C. 800 coepit] dividebat Raſchid provincias ſic, ut Meccae et Arabiae felici praeficeret Hammadum Barbarum;*** Sendis vero Davidem, filium Iazidi, filii Mezidi, filii Hatemi, Mohallebitam; Regioni montanae Iahiam Haraſitam; Tabareſtanae Mahruiam Raienſem; Africae Ibrahimum, filium Aglabi; Mauſelae, cum praefecturis circa, Iazidum, filium Mezidi, filii Zaiedae, Schaibanitam.

Anno

* Tom. II. pag. 23. ** Tom. I. pag. 451.

*** Sic eſt in Arabico. Sed forte legendum البريدي *Baridicum, veredarium.* A.

ثم دخلت سنة خمس وثمانين ومائة، فيها مات عم المنصور عبد الصمد بن علي بن عبد الله بن عباس وكان في القرب الي عبد مناف بمنزلة *r* يزيد بن معاوية وبين موتهما ما يزيد علي مائة وعشرين سنة ❊

وفيها توفي يزيد بن مزيد بن زايدة الشيباني وهو ابن اخي معن بن زايدة ❊

ثم دخلت سنة ست وثمانين، وسنة سبع وثمانين ومائة، ذكر الايقاع بالبرامكة *s*، وفي هذه السنة اوقع الرشيد بالبرمكية وقتل جعفر بن يحيي، وقد اختلف في سبب ذلك اختلافا كثيرا، والاكثر ان ذلك لاجل عباسة اخت الرشيد فانه زوّجه بها ليحل له النظر اليها وشرط علي جعفر انه لا يقربها، فوطيها فحبلت منه *t* وجاءت بغلام، بل قيل ان الرشيد حبس يحيي بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب عند جعفر فاطلقه جعفر، وقيل انه لما عظم امر البرامكة واشتهر كرمهم واحبّهم الناس والملوك لا تصبر علي مثل ذلك فنكبتهم

"proverbium eſt, ait, *non ſtrangulat ſuper rumine ſuo*, hoc eſt, non poteſt continere quae ſub pectore volvit. Dicitur quoque loco verbi يكظم alterum aequivalens يخنق eodem ſenſu. Homo كظوم eſt taciturnus, et camelus كظم quando ſibi abſtinet a ruminando." Coranus Sura XL habet: اذا القلوب لدي الحناجر كاظمين "quando corda regionem faucium ſtrangulant" h. e. ſpiritus prae anxietate in faucibus haeret.

r) الي عبد مناف بمنزلة Codex Leid. habet الي مناف بمنزلة

s) بالبرامكة Forte legendum: في البرامكة

Anno CLXXXV [qui die 19 Ianuar. A. Chr. 801 coepit] obiit Manſuri patruus, Abd-es-Samad, filius Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi; qui vir, quamvis totidem generationibus ab Abd-Menafo diſtet, quot ab eodem, communi proavo, diſtat Iazid, Moaviae filius, [ille Chalifa Ommiadicus] centum tamen et viginti annis poſt Iazidi mortem obiit, qood ſane mireris.*

Eodem obiit Iazid (82), filius Mezidi, filii Zaiedae, [ille quem modo dicebamus Mauſelae praefectum fuiſſe] nepos ex fratre iſtius Mani, filii Zaiedae, cuius mentionem ſupra in rebus a Manſuro geſtis cum laude fecimus.

Annum CLXXXVII [qui die 29 Dec. A. C. 802 coepit] inſignem et memorabilem fecit clades gentis Barmac (83), quae in aula Bagdadica maximis geſtis dignitatibus ſumma potentia et fama clara, derepente deleta fuit. Cuius rei cauſſae multae ſunt proxiae, omnes pariter obſcurae atque dubiae. Plurimi Gafarum, filium Iahiae, filii Chaledi, filii Barmaki, a quo cladis factum initium, ideo caeſum a Raſchido fuiſſe ferunt, quod Abbaſam, Raſchidi ſororem, in matrimonium ſibi datam, pueruli matrem fecerat. Ea enim tantummodo conditione ſororem ipſi frater collocaverat, ut eius adſpectu impune frueretur, coniugalibus amplexibus ne violaret. Alii cauſſam caedis hanc edunt, quod Gafar captivum Iahiam, filium Abdallae, filii Haſani [minoris], filii Haſani [maioris], filii Alii, ſuae cuſtodiae a Raſchido commiſſum, elabi paſſus fuerit. Alii volunt aemulatione metuque ſublatos: gente enim opprimenda, quae opibus et poteſtate tantopere creviſſet, inclaruiſſetque magnificentia et liberalitate (84), vulgique ſtudia ad ſe convertiſſet, nihil aliud egiſſe Abbaſidas, quam quod principes omnes faciunt, qui, potentiae ad plures fuſae impatientes, magnates, oneroſos iam et formidandos,

* Favorem Dei in Haſchemidas prae Ommiadis forte indicare voluit auctor, quorum hi brevis aevi, illi longaevi fuerint.

فتكتهم لذلك ، وقيل غير ذلك ، وكان قتل جعفر بالانبار مستهلّ صفر من هذه السنة عند عود الرشيد من الحج ، وبعد ان قتل جعفر وحمل راسه *v* ارسل من احاط بيحيي وولده وجميع اسبابه واخذ ما وجد للبرامكة من مال ومتاع وضياع وغير ذلك وارسل الي ساير البلاد بقبض اموالهم ووكلايهم وساير اسبابهم وارسل راس جعفر وجيفته الي بغداد وامر بنصب راسه وقطعة من جيفته علي الجسر ونصب القطعة الاخري علي الجسر الاخر ، ولم يتعرض الرشيد لمحمد بن خالد بن برمك وولده واسبابه لبراته مما دخل فيه اخوه يحيي بن خالد بن برمك وولده ، وكان عمر جعفر لما قتل سبعا وثلثين سنة وكانت الوزارة اليهم سبع عشرة سنة ، وفي ذلك يقول الرقاشي *x* وقيل ابو نواس ،

الان استرحنا واستراحت ركابنا وامسك من يحدي ومن كان يحتدي ،
فقل للمطايا قد امنت *y* من السري وطيّ الفيافي *z* فدفدا بعد فدفد ،
وقل

t) حبلت منه Aut poſitum eſt pro حملت *geſtavit onus ab eo acceptum,* aut proprie erit: *illaqueavit ex eo.* Sane nihil aptius ad exprimendum negotium conceptionis.

v) Addendum ſine dubio الي الرشيد

x) الرقاشي pro cod. Leid. الرقاسي Conſentit mecum Hamaſa, quae hunc verſum laudat.

y) امنت Non eſt, quod videatur, tertia, ſed ſecunda perſona ſingularis feminina; non أَمِنَتْ ſed أَمِنْتِ Quod ne mirum accidat alicui, reputanti, plurale مطايا et ſingulare امنت componi, fateor id in hoc genere perrarum eſſe atque inſolens; non tamen prorſus cum indole Arabiſmi pugnare, patet ex ſequentibus paribus, ظفرت atque تظفري

cum

dandos, ac tantum non aemulos, ſummovent. Alii alia comminiſcuntur. Caeſus autem eſt Gafar Anbarae (85), ipſis calendis Safari [ſeu ſecundi menſis] huius anni CLXXXVII, paullo poſt Raſchidi ex itinere Meccano reditum. Cuius caput ut penes ſe habebat Raſchid, miſit fidos homines, qui patrem eius, Iahiam, cum reliquis liberis, et facultatibus omnibus, comprehenderent, et indagine quaſi clauderent. Fiſco addictum quidquid numorum, ſupellectilis, praediorum, aliarumve opum compertum fuit in Barmakidarum poteſtate fuiſſe. Dimiſſi cum mandatis quaquaverſum, qui opes et diſpenſatores eorum ceteroſque clientes, et quidquid aliquo nomine ad eos pertineret, occuparent. Bagdadum miſſa caput et truncus viri aetate florentiſſimi, (annum enim, quum caderet, agebat trigeſimum ſeptimum) et caput quidem cum altera trunci portione principis iuſſu in uno ex pontibus Bagdadi, quibus Tigris inſtratus eſt, altera in altero, palo ſuffixa ſpectatum exponuntur. Vnum Muhammedem, filium Chaledi, filii Barmaki, cum liberis atque facultatibus inviolatum praetermiſit Raſchid, eius criminis purum agnitum, quo ſe frater, Iahia, cum ſuis contaminarat. Obtinuerat haec gens Veziratum [ſeu rerum ſupremam adminiſtrationem] ſeptendecim annos continuos. In hunc caſum exſtant hi verſus, ſeu Raccaſchii, ſeu Abu-Navaſi ſint; alii enim huic eos, alii alteri tribuunt:

Nunc requies conceſſa nobis eſt et camelis noſtris, [qui hactenus longis et taedioſis itineribus contendebamus ad Barmakidas, horum munera carminibus noſtris aucupantes.] Nunc domi ſe continent tam iumentorum agaſones, quam qui iis vehuntur.

Iam dicere licet iumentis: non eſt iam, quod timeatis laborioſa pernoctia itinera, et neceſſitatem vaſta deſerta, unum ex altero, emetiendi; [exemto, ad quem ſolebatis contendere.]

وقل للمنايا قد ظفرت بجعفر *a* فلم تظفري من بعده بمسوّد ،
وقل للعطايا بعد فضل تعطّلي ، وقل للرزايا كل يوم تجدّد ،
ودونك سيفا برمكيا مهنّدا اصيب بسيف هاشمي مهند * *b* *c*

وقال يحيى بن خالد لما نكب الدنيا دول *d* والمال عارية
ولنا بمن قبلنا اسوة وفينا لمن بعدنا معتبر *

وفي هذه السنة خلع الروم ملكتهم وكانت امراة تدعي ايريني وملّكوا نيقفور *e* ، فكتب الي الرشيد ، من نيقفور ملك الروم الي هارون ملك العرب ، اما بعد فان الملكة التي

cum المنايا; تعطلي cum العطايا; تجدد (pro تجددي) cum الرزايا compoſitis. Invenio quoque ſimilem in Abul-Ola locum, qui evidenter hoc evincit. Ibi حوطي *conſerva* ponitur pro حوطن *conſervate.* Sermo enim eſt de gladiis et ad eos:

كانّ الله قال لها حوطي الممالك تمكينا وتثبيتا ،

"Ac ſi Deus imperaſſet ipſis: Conſerva [pro conſervate] regna in ſua "potentia et conſtantia."

Item alium in Hamaſa:

ابلغ لبني حازم اني مفارقهم وقايل لجمالي غدوة بيني ،

"Nuncia Hazemidis me ab ipſis diſceſſurum eſſe, dicturumque camelis "meis cras: abi [pro abite]."

z) طي الغياني ad verbum, *complicatio deſertorum* h. e. transcurſio, transmiſſio eorum. Dicunt Arabes طوي البلاد *complicuit urbes* vel *regiones*, pro, *peragravit eas*, unam poſt alteram adiit et pone ſe reliquit. Similitudine a longa panni tela ſumta, quae cum antea explicata eſſet, multiplicatis convolvendi vicibus tandem tota convolvitur. Exemplum formulae eſt apud Elmacinum pag. 125 fin. et apud noſtrum ad a. 659.

a) ظفرت بجعفر proprie, *ungulas ſuas infixerunt in Gaſarum*, h. e. vicerunt eum.

Iam dicere licet fato et Parcis: Gafaro potitae, ceu opima praeda, non alium capietis impoſterum [parem illi] principem.

Iam licet, Fadlo deſiderato, munificentiae imperare, ut deſinat [nobis facile ceterorum ſordes laturis, poſtquam hominum omnium munificentiſſimo carere coepimus;] et calamitatibus imperare licet, ut renovatis indies viribus nos impetant, [nobis penſi non facturis quantamcunque illarum ſaevitiem, poſtquam calamitatum omnium maximam, Barmakidarum excidium experti ſumus.]

Quum videatis gladium* Barmakidicum optimae temperaturae afflictum et deſtructum eſſe ab alio praeſtantiſſimo gladio Haſchemidico.

Fertur haec inter vulnera infelicis familiae pater, Iahia, filius Chaledi, vocem hanc ſapientiae plenam, qua ſe ſuosque ſolaretur, edidiſſe: Res humanas aſſiduis alternationibus ſusque deque revolvi; divitias non eſſe niſi ſupellectilem commodo datam, olim reddendam. "Nos qui anteceſſerunt, aiebat, clade ſua nobis praebuerunt exemplum, quod nos florentes monere de futuris potuerat, et nunc humiles aliquantum erigere valet; nos idem rurſus praeſtabimus aetati ſeriori.,,**

Hoc anno exuebant Romani reginam ſuam, Irenen, regno, et Nicephorum ſibi principem imponebant, qui novo inflatus honore, et imperitus rerum, has ad Chaliſam litteras mittebat. "A Nicephoro, rege Romanorum, ad Harunem, regem Arabum. Amma badu [hoc eſt, praemiſſis praemittendis] Regina,

 cuius

* Gladium ſymbolum fortitudinis et virtutis. *A.*

** Hunc locum ſic vertit d'Herbelot in bibl. or. edit. Pariſ. pag. 473. a. »La puiſſance et les richeſſes ſont des prets, que la fortune fait aux hommes. Nous devons nous contenter de ce dont nous avons joui pour le paſſé, et nous conſoler ſur ce que nous laiſſons pour l'avenir une grande inſtruction à ceux, qui viendront après nous.« *A.*

التي كانت قبلي اقامتك مقام الرخ واقامت نفسها مقام البيدق فحملت اليك من اموالها ما كنت حقيقا بحمل اضعافها اليها، لكن ذلك من ضعف النساء وحمقهن، فاذا قرات كتابي هذا فاردد ما حصل لك من اموالها والّا السيف بيننا وبينك * فلما قرا الرشيد الكتاب استفزه *f* الغضب وكتب علي ظهر الكتاب باسم الله الرحمن الرحيم من هارون امير المومنين الي نيقفور كلب الروم، وقد قرات كتابك يابن الكافرة والجواب ما تراه لا ما تسمعه، ثم سار الرشيد في يومه حتي نزل علي هرقلة ففتح وغنم وخرب، فساله نيقفور المصالحة علي خراج يحمله في كل سنة فاجابه *

وفي هذه السنة هاجت الفتنة بين المصرية واليمانية بالشام فارسل الرشيد واصلح بينهم *

وفيها توفي الفضيل بن عياض الزاهد وكان مولده بسمرقند وانتقل الي مكة ومات بها * وفيها توفي ابو مسلم معاذ الهراوي النحوي وعنه اخذ الكسائي النحو وولد ايام يزيد بن عبد الملك *

ثم دخلت سنة ثمان وثمانين ومائة، فيها توفي العباس بن الاحنف الشاعر *

ثم دخلت سنة تسع وثمانين ومائة، فيها (وقيل في سنة احدي وثمانين) توفي ابو الحسن علي بن حمزة بن عبد الله بن فيروز المعروف

b) ودونك سيفا Subintell. ام *vide.* "Vide coram te gladium."

c) Alia huius generis carmina habet Elmacinus p. 117. ubi admodum mendoſe proditus verſus ita reſtituendus et interpretandus:

لو مس البخيل راحة يحيي لسخت نفسه ببذل المال،

"Si attingeret avarus volam manus Iahiae, tam liberalis fieret eo proti-"nus eius anima, ut opes munifice eroget." Ad-

cuius in locum ſucceſſi, te rocchum eſſe, ſe peditem, reputabat;* ideoque pendebat tibi tributum, cuius duplum plusquam unum tu ipſe iure meritoque debebas. Verum id quidem imbecillitatem et vaecordiam muliebrem decebat. Nunc autem ego protinus ab harum litterarum lectione mihi reddi, quidquid ab ea pecuniae unquam accepiſti, flagito. Si neges, gladius litem noſtram dirimat." Quas ut legit litteras Raſchid, ira percitus confeſtim inſcribebat dorſo chartae verba haec: "In nomine clementiſſimi dei. Ab Harune principe fidelium ad Nicephorum canem** Romanorum. Legi tuam epiſtolam, o fili matris infidelis; ad quam reſponſum id erit, quod videbis, non quod audies." Eodemque ipſo die movebat caſtra, et procedebat Heracliam usque, caedibusque omnia et rapinis et vaſtitate implens, extorquebat Nicephoro ſponſionem pacti annui. (86)

Hoc anno recruduerunt male ſopitae Modaritarum et Iemanenſium in Syria turbae, quas Raſchid miſſus eo conciliatoribus compoſuit.

Eodem obiit Fodail, filius Eiadi, vir ſanctus, apud Meccam, quo, Samarcanda, urbe patria, relicta ſe contulerat. Item Abu-Muſlem Moad, ex Hara oriundus, grammaticus, et hac in arte magiſter Caſaaei, natus regnante Iazido, filio Abd-el-Maleki.

Anno CLXXXVIII [qui coepit die 19 Dec. A. Chr. 803] obiit Abbas, filius Ahnafi, poëta. (87)

Anno CLXXXIX [qui die 7 Dec. A. C. 804 coepit] aut, ut aliis placet, anno CLXXXI, obiit Raiae Abu-l-Haſan Ali, filius Hamzae, filii Abdallae, filii Firuzi, grammaticus et philologus

* Alluſio ad Schachiludium, Arabibus frequens. Vt enim rocchus, ſeu ut hodie appellatur, elephas vel turris arcam ſuam recta linea et uno impetu, ſi velit, percurrit; pedes vero aut ruſticus non niſi gradatim per domunculas prorepit: ita quoque Irene exiſtimabat, Haruni quidem licere per Graecam ditionem longe lateque diſcurrere graſſatorem, ſibi autem pedem ultra ſuam arcam, Conſtantinopolin, efferre nefas eſſe.

** Vicinum ſono Arabicum *malk*, rex, et *calb*, canis. *A.*

المعروف بالكساي في الري وهو احد القراء السبعة وكان اماما في النحو واللغة ، وقيل له الكساي لانه دخل الكوفة واتي الي حمزة بن حبيب الزيات ملتفّا *g* بكساء وقيل بل حج واحرم بكساء *

وفيها سار الرشيد الي الري واقام به اربعة اشهر ثم رجع الرشيد الي العراق ودخل بغداد في اخر ذي الحجة وامر باحراق جثة جعفر وكانت مصلوبة علي الجسر ولم ينزل ببغداد ومضي من فوره *h* الي الرقة وفي ذلك يقول بعض الشعراء ،

ما انخنا حتي ارتحلنا فما نفرّق بين المناخ والارتحال ،
سايلونا عن حالنا ان قدمنا فقرنّا وداعهم بالسوال *

وقال الرشيد والله اني اعلم انه ما في الشرق ولا في الغرب مدينة ايمن ولا ايسر *i* من بغداد وانها دار مملكة بني العباس ولكنّي لا اريد المناخ علي ناحية اهل الشقاق والنفاق والبغض لايمة الهدي والحب لشجرة اللعنة بني العباس ، ولو لا ذلك ما فارقت بغداد *

وفي

Adſcribit poëta manui liberalis viri vim miraculoſam, manus avari liberalitate inficiendi, quaſi contagio. Qui p. 118 citantur verſus, ex Hamaſa, eodemque ex carmine ſunt, et proſtant in Excerptis Schultenſianis pag. 582. et 578.

d) دول Nomen دولة eſt *converſio*, *revolutio;* hinc *dynaſtia*. In bonam partem maxime uſurpatur pro felicitate. Apud Ibn-Nabatam eſt ارجو ان الله تعالي يديل بصبري من جفايك "ſpero fore, ut "deus per patientiam meam efficiat revolutionem crudelitatis tuae in "contrarium;" id eſt ut te mihi reddat amicum et benevolum. Apud eundem eſt الي اوان فيتك او يجعل الله لنا دولة من رجعتك "usque ad tempus reditus tui, niſi fecerit deus nobis revolutionem "[aliam] a reditu tuo," hoc eſt niſi ſubſtituerit nobis aliud, quod otium tui

logus ille, Caſaaei nomine celeber, unus ſeptem lectorum. Cognomen Caſaaei ſunt qui ex eo arceſſunt, quod, Cufam veniens, erat enim genere Perſa, Caſao [certe quodam pallii aut veſtitus Perſici genere] indutus, ad ſcholam Hamzae Zaiiati, filii Habibi, acceſſerit; alii inde repetunt, quod indutus illo caſao ſacrum iter fecerit, neque, poſito, ſacram veſtem ſumſerit. (88)

Eodem anno excurrebat Raſchid Raiam (89), et exactis ibi quatuor menſibus reverſus exeunte anno Bagdadum iubebat cadaver Gafari Barmakidae comburi. Suffixum enim illud patibulo in ponte fuiſſe, dictum ante fuit. Bagdadi autem non tantum non manebat Raſchid, ſed ne deſcendebat quidem, verum in continente pergebat Raccam; quod poëtae cuidam, itineris comiti, hunc ingenii luſum ſuggeſſit:

Vix iuſſeramus, ac ne vix quidem, camelos noſtros procumbere, quum rurſus movebamus; adeo ut inter adventum et diſceſſum noſtrum diſcerni nequiret.

Vrgebant amici nos advenas ſciſcitando, quid ageremus, qui valentes: nos autem illis valedicendo reſpondebamus.

Interrogatus Raſchid cauſſam tam properi motus reſpondebat ſic: Scio quidem, neque in oriente urbem eſſe, neque in occidente, Bagdado aut auſpicatiorem, aut affluentiorem bonis; neque me fugit ſedem illam regiam eſſe gentis Abbaſidarum. Verumtamen abhorret animus ab illorum locorum conſuetudine, quae hominibus contentioſis, diſcordibus, malefidis, ſimulatoribus abundare novi, qui legitimis Imamis ſpretis odioque habitis maledictam illam arborem, Abbaſidas,* amant. Absque hoc foret, Bagdado nunquam exceſſiſſem.

Eodem

* Ita eſt in Arabicis: ſed aperte pugnat cum ſenſu et voluntate dicentis. Forte legendum *Ommiadas*, aut *Barmakidas*. *A.*

وفي هذه السنة مات محمد بن الحسن الشيباني الفقيه
صاحب ابي حنيفة وكان والده الحسن من اهل خرسنا k من غوطة
دمشق فسافر الي العراق واقام بواسط فولد له ولده محمد بن
الحسن المذكور ونشي بالكوفة ثم صحب ابا حنيفة وتفقّه علي
ابي يوسف وصنّف عدة كتب مثل الجامع الكبير والجامع
الصغير في فقه ابي حنيفة وغير ذلك ۞

ثم دخلت سنة تسعين ومائة ، في هذه السنة سار الرشيد في
ماية الف وخمسة وثلثين الفا من المرتزقة سوي من لا ديوان له من
الاتباع والمتطوّعة حتي نزل علي هرقلة وحاصرها ثلثين يوما ثم
فتحها في شوال هذه السنة وسبي اهلها وبثّ عساكره في بلاد الروم
ففتحوا الصفصاف وملقونية وحرقوا ونهبوا ، وبعث نيقفور بالجزية
عن رعيته وعن راسه ايضا وعن راس ولده وبطارقته ۞

وفي هذه السنة نقض اهل قبرس العهد فغزاهم معتوق بن
يحيي وكان عاملا علي سواحل مصر والشام ، فسبي اهل قبرس ۞

وفيها اسلم الفضل بن سهل علي يد المامون وكان مجوسيا ۞

وفيها

tui reditus nobis fecerit, niſi interea moriamur. In Hamaſa:

قد ظفر الحزن بالسرور وقد اديل مكروهنا من الفرح ،

"Subegit triſtitia laetitiam; revolutum eſt odium noſtrum [id quod no-"bis exoſum eſt] ex hilaritate."

Hoc eſt, afflictio noſtra, quae olim hilaritati ſuccumbebat, et in ea quaſi ſepulta iacebat, nunc evecta eſt in altum, hilaritate peſſum eunte.

e) نيقفور Sic ſcripſi pro تقفور, quod nomen *Tecfur* ex Arabum inſcitia evaſit univerſalis appellatio imperatorum Byzantinorum.

f) استفزّه Egit de hoc verbo Schultens ad Proverb. VIII. 19. Notio *ſaliendi* primaria eſſe videtur.

Eodem obiit Fakihus, Muhammed, filius Haſani, Schaibanita, diſcipulus Abu-Hanifae; cuius pater Haſan, oriundus Charſena, oppido Gutae Damaſcenae, relicta Syria commigravit in Iracam, et Vaſetae ſedes ſuas fixit, unde factum ut filius Muhammed ibi naſceretur. Adolevit deinceps Cufae, tum Abu-Hanifae, et fikhae, ſeu ſcientiae iuris, operam dedit, [et fakihi honores tulit] a magiſtro Abu-Ioſefo. Complures ſcripſit libros, ut Game-al-Cabir [ſeu Contextum magnum] et Game-as-Sagir [ſeu Contextum parvum] ad mentem Abu-Hanifae; ut alios omittam. (90)

Anno CXC [qui die 26 Nov. A. C. 805 coepit] contendit Raſchid verſus Heracliam [Ponticam] in centum triginta quinque millibus militum ſtipendia merentium, et in codicillis deſcriptorum: unde iudicium fiat de ceteris, calonibus, et qui ſponte ſua caſtra ſequebantur, hoc cenſu excluſi. Vrbem menſtrua obſidione expugnavit, menſe huius anni decimo [qui fere Auguſto A. Chr. 806 reſpondet] et incolas mancipavit. Sparſi per iſtos tractus manipuli ſubegerunt arces, Saſſaf, et Malcunia (91); flammisque graſſati fuerunt et rapinis. Quo viſo Nicephorus tributum miſit [ſuperbis litteris, quarum argumentum paullo ante retulimus,* negatum,] eoque ditionem caputque, et liberorum patriciorumque capita redimebat.

Eodem tendebant Cyprii vinculum rumpere, quo Muſlemis obſtricti erant. Sed redigebat eos in ordinem, armis compreſſos, et minutos captivitate, Maatuc, filius Iahiae, qui Chalifae nomine maritimas Aegypti Syriaeque regiones moderabatur.

Eodem anno profeſſus fuit coram Mamuno fidem Muſlemicam, Fadlus, filius Sahli, qui magus [ſeu ignicola] antea fuerat.

M 2 Eodem

* Supra pag. 85.

وفيها توفي اسد بن عمر بن عامر الكوفي صاحب ابي حنيفة *

وفيها توفي يحيي بن خالد بن برمك محبوسا بالرقة في المحرم وعمره سبعون سنة *

ثم دخلت سنة احدي وسنة اثنين وتسعين ومائة ، فيها سار الرشيد من الرقة الي خراسان فنزل بغداد ورحل عنها الي النهروان لخمس خلون من شعبان واستخلف علي بغداد الامين *

ثم دخلت سنة ثلاث وتسعين ومائة ، فيها مات الفضل بن يحيي بن خالد بن برمك في الحبس بالرقة وعمره خمس واربعون سنة وكان من محاسن الدنيا لم ير في العالم مثله *

ذكر موت الرشيد ، في هذه السنة (اعني ثلاث وتسعين ومائة) مات الرشيد لثلاث خلون من جمادي الاخرة وكان به مرض من حين ابتدي بسغره ، فاشتدت علته بجرجان في صغر ، فسار الي طوس ومات بها في التاريخ في المذكور ، وكان قد سيّر المامون ابنه الي مرو ، وحفر الرشيد قبره في موضع الدار التي كان فيها وانزل فيه قوما ختموا فيه القران وهو في محفة علي شفير القبر وكان يقول في تلك الحالة وا سوتاه *l* من رسول الله ، ولما دنت منه الوفاة غشي عليه ثم افاق *m* فراي الفضل بن الربيع علي راسه ، فقال يا فضل ،

احين

g) لف eſt *amicire*, undique cingere, ſtipare, refercire. Inde formula لفهم بسيفه amicit eos gladio ſuo, لهب تلفّ نخيلهم flamma cingit palmas eorum, apud Meidanium. al.

h) من فوره pr. *protinus ab ipſo aeſtu* h. e. e momento, e continente.

i) لا ايمن ولا ايسر neque auſpicatior, neque opulentior. يسر opulentia. Luſus in vocibus. Alias: neque dexterior, neque ſiniſterior, quod alienum eſt ab hoc loco.

Eodem obiit Aſad, filius Omari, filii Ameri, Cufenſis, diſcipulus Abu-Honaifae; ut etiam, ſed is primo ſtatim anni menſe, Iahia, filius Chaledi, filii Barmac, in carcere, apud Raccam, ſeptuageſimo aetatis anno.

Anno CXCII [qui die Nov. 5. A. 807 coepit] iter ſuſcipiebat Raſchid ex Racca in ulteriorem orientem, unde non rediit. Bagdadi plus unam noctem non moratus, conſtituto, qui ſua vice urbi et imperio praeeſſet, Amino, filio, altero ſtatim mane, quinto menſis octavi, promovebat ad Nahravanam. [Huius itineris eventus quis fuerit, ſtatim ad annum proximum edemus.]

Anno CXCIII [qui die 24 Octobr. A. C. 808 coepit] obiit Fadlus, Barmakida, Raccae eodem in carcere, quo Iahia, pater, biennio ante poſtremum ſuum diem obierat, aetatis anno quadrageſimo quinto, rarum et incomparabile elegantis formae aeque ac amabilium virtutum exemplar.

Eodem anno fere medio, tertio die ſexti menſis, concedebat Raſchid fato ſuo Tuſae (92), e morbo, qui, quamvis eum iam ab anni ſuperioris fine et expeditionis huius ingreſſu teneret, in Georgiana tamen potiſſimum, ſecundo huius anni menſe, invaluerat; ut neceſſe haberet Tuſae, quo deinceps proceſſerat, ſubſiſtere, ubi, filio Mamuno Marvam alegato, tumulum ſibi ſuum in eadem illa domo, in quam deverterat, vivus ipſe vidensque iuſſit egeri, in quem homines deo devotos immiſit (93), qui totius et continui Corani recitatione aures aegri, ad tumuli oram in lectica recubantis, mulcerent, quum ipſe interea inter ſuſpiria ſaepe has querelas iteraret: O me turpem et illi diſſimilem exemplari, quod propheta dei verbis factisque propoſuit. Fini proximus delinquebat animo: redditus autem ſibi dicebat ad Fadlum converſus, Rabii filium, quem ad caput videbat adſtare: O Fadle!

احين دنا ما كنت اخشي دنوه رمتني عيون الناس من كل جانب ،
فاصبحت مرحوما وكنت محسدا ، فصبرا علي المكروه مر *n* العواقب ،
سابكي علي الوصل الذي كان بيننا واندب *o* ايام السرور الذواهب ❊
ثم مات وصلي عليه ابنه صالح وحضر وفاته الفضل بن الربيع
واسماعيل بن صبيح ومرورحين وكانت خلافته ثلاثا وعشرين سنة
وشهرين وثمانية عشر يوما وكان عمره سبعا واربعين سنة وخمسة اشهر
وخمسة ايام ، وكان جميلا ابيض قد وخطه الشيب وكان له من
البنين الامين من زبيدة والمامون من ام ولد اسمها مرجل والقسم
الموتمن والمعتصم محمد وصالح وابو عيسي محمد وابو يعقوب
وابو العباس محمد وابو سليمان محمد وابو علي محمد وابو
محمد وهو اسمه وابو احمد محمد كلهم لامهات اولاد ،
وخمس عشرة بنتا ، وكان الرشيد يتصدق من صلب *p* ماله
كل يوم بالف درهم ، وعهد بالخلافة الي الامين ثم المامون
من بعده وكتب بينهما عهدا بذلك وجعله في الكعبة ،
وكان

k) خرسنا Ita infra et apud Ibn-Schehna. Cod. Leid. habet خرسنا

l) وا سوتاه *Vae meam turpitudinem prae eo!* Illud اه in fine exclamationum ſaepe occurrit, ut apud Elmacinum p. 142 lin. 18 وا معتصماه "o Motaſem!" item وا غوثاه "eheu auxilium!" ſc. ferte. Vid. Lex. Gol. v. غاث Infra habebimus وا رحمتاه Interdum quoque, He non mobile, quod هاء التفخيم appellant, addunt imperativis ad intendendam imperii ſeveritatem, ut انجه pro انج "evade fuga" apud Marzukium ad Hamaſam init. cap. II.

m) افاق *rediit ad ſe ex animi deliquio, ex ebrietate.* Forte a فوق *ſuperioritate:* ſed ex hoc verbo non bene me expedio.

n) مر Forte امر aut من legendum, aut من مر العواقب

Inſtante iam et urgente eo, quod verebar aliquando ingruiturum, ferientne me undecunque hominum oculi?
Evaſi dignus eorum commiſeratione, quibus invidiam movebam. Age tamen, feramus patienter eventus rerum acerbos.
Sane ploratu proſequar, quoad vivam, iam dirimendam arctam, quae nos interceſſit, amicitiam, et ciebo voce mea dies laetitiae praeteritos.

Aderant paullo poſt ea dicta exſpiranti praeter Fadlum, Iſmaël, Sabihi filius, et Maruzuhin.* Iuſta mortuo fecit, qui aderat, filius, Saleh. [alter enim, natu maior, Mamun, a patre miſſus cum copiis Marvam praeceſſerat.] Chalifatum geſſit annos viginti tres cum duobus menſibus, et octodecim diebus: annos exegit vivendo ſeptem et quadraginta cum quinque menſibus et totidem diebus. Erat cute nitidus et formoſus, candidus, canitie reſperſus. Inter liberos relinquebat Aminum, e legitima uxore, Zobaida, ſublatum; tum Mamunum e pellice, Maragel dicta; porro Caſemum, agnomine Mutamenum deinceps dictum; et Muhammedem, qui agnomen Motaſami adſcivit, et Salehum, modo dictum, et Abu-Iſa Muhammedem, et Abu-Iacob, et Abu-l-Abbas Muhammedem, et Abu-Solaiman Muhammedem, et Abu-Ali Muhammedem, et Abu-Muhammedem, quod ne quis credat vitium calami eſſe, tenendum, aliud ipſi, praeter hoc praenomen, nomen non fuiſſe; denique Abu-Ahmed Muhammedem; omnes e diverſis concubinis. Habuit quoque filias numero quindecim. Solebat quotidie mille drachmas de ſuo peculio in egenos erogare. Chalifatum teſtamento legabat Amino, filio; cui ſucceſſorem futurum ſubiecerat alterum filium, Mamunum, quae conſtitutio ut ſanctior haberetur, eo voluerat efficere, quod tabulas in Caaba depoſuit. Praeterea caverat iisdem tabulis, ut Mamuno decedenti frater eius, Caſem, vulgo a Mu-

* Nomen obſcurum, forte eunuchi cuiusdam. *A.*

وكان قد جعل ابنه القسم (ولقبه المؤتمن) وليّ العهد بعد المامون وجعل امر استقراره وعزله الي المامون ان شاء استمرّ به وان شاء عزله *

ذكر خلافة الامين وهو سادسهم ، ولما توفي الرشيد بويع للامين بالخلافة في عسكر الرشيد صبيحة الليلة التي مات فيها الرشيد ، وكان المامون حينئذ بمرو ، وكتب صالح ابن الرشيد الي اخيه الامين بوفاة الرشيد مع رجا الخادم وارسل معه خاتم الخليفة والبردة والقضيب ، ولما وصل الي الامين ببغداد اخذت له البيعة ببغداد وتحوّل الي قصر الخلافة ثم قدمت عليه زبيدة امه من الرقة ومعها خزاين الرشيد فتلقّاها ابنها الامين بالانبار ومعه جميع وجوه بغداد *

وفي هذه السنة قتل نيقفور ملك الروم في حرب ترجمان وكان ملكه سبع سنين *

ثم دخلت سنة اربع وتسعين ومائة ، وفيها اختلف اهل حمص علي عاملهم اسحق بن سليمان فانتقل عنهم الي سلمية ، فعزله الامين واستعمل مكانه عبد الله بن سعد الحرسي فقاتل اهل حمص حتي سالوا الامان فامنهم *

وفي هذه السنة قتل شقيق البلخي الزاهد في غزوة كولان من بلاد الترك *

ثم دخلت سنة خمس وتسعين ومائة ، فيها ابطل الامين اسم المامون من الخطبة وكان ابوهما قد عهد الي الامين ثم الي المامون من

o) اندب proprie *ciebo voce*, nomine tenus *evocabo:* et quia veteres in more habebant defunctorum nomina et animas apud ſepulturam ter aut ſaepius vocandi, hinc notat quoque ندب *lugere*, *plangere mortuum.* Hinc

a Mutameni titulo notior, ſuccederet, hac tamen cum cautione, ut integrum nihilominus Mamuno eſſet huic fratri pro lubitu ius ſucceſſionis confirmare, aut derogare. (94)

Sollemnibus ergo ſacris Chalifa dicitur a Raſchidi copiis, eo defuncto, in caſtris Amin, filius natu maior, aurora, quae noctem illam fatalem excipiebat. Sacramentum nomine fratris accipiebat Saleh (Mamun enim Marvae degebat), qui ſtatim Amino per Ragaum, eunuchum, de communis patris obitu, rebusque ceteris geſtis Bagdadum ſignificat, et inſignia regni, quae pater ſecum duxerat, ſigillum puta, et Muhammedis tam Bordam [ſeu tunicam] quam baculum, remittit. Eunuchus ut Bagdadum venit, et, quid rerum novarum eveniſſet, docuit, etiam ibi dictum Amino ſacramentum, ſacrumque palatium occupatum a novo principe fuit. Mater eius, Zobaida, deinceps Bagdadum Racca veniebat, cum defuncti mariti theſauris; cui filius Anbarum obviam ibat, in magnatum Bagdadenſium caterva.

Nicephorus etiam hoc anno periit, Romanus imperator, in bello cum Turgomannis (95), poſtquam novem annos regnaſſet.

Anno CXCIV [qui die 14 Octobr. A. C. 809 coepit] impetebant Emeſſeni, coniurati et conglobati, ſuum praefectum, Iſacum, filium Solaimani [Abbaſidam], eumque Salamiam auffugere cogebant: quapropter Amin imbelli et ſegni revocato Abdallam ſufficiebat, filium Saadi, Haraſitam; qui armis prope caſtigatos pacem petere coëgit, et ſupplices in fidem recepit.

Hoc anno cecidit confeſſor, Schakik Balchenſis, vir ſanctus, in expeditione Culanenſe (96) contra Turcas.

Anno CXCV [qui die 3 Octobr. A. C. 810 coepit] ſpargebat Amin civilis belli ſuique exitii quaſi ſemina (97) eo, quod Mamuni, fratris, nomen omitti porro iubebat in precibus, quas oratores quotquot diebus Veneris e fanorum ſuggeſtibus pro ſummorum principum ſalute a dicto ſermone recitant. Ad eum enim

من بعده كما ذكرناه فخطب لهما الي هذه السنة فقطعها الامين
وخطب لابنه موسي بن الامين ولقبه الناطق بالحق وكان موسي
طفلا صغيرا * ثم جهز الامين جيشا لحرب المامون بخراسان
وقدّم عليهم علي بن عيسي بن ماهان ، وكان طاهر بن الحسين
مقيما بالريّ من جهة المامون ومعه عسكر قليل ، وسار علي بن
عيسي بن ماهان في خمسين الفا حتي وصل الري والتقي الجمعان ،
فخلع طاهر بيعة الامين وبايع للمامون بالخلافة وقاتل علي بن
عيسي بن ماهان قتالا *q* شديدا ، فانهزم عسكر الامين وقتل علي
بن عيسي بن ماهان وحمل راسه الي طاهر فارسل طاهر بالراس
وبالفتح الي المامون وهو بخراسان *

وفي

Hinc illud proverbium لاعرفنك بعد موتي تندبني وفي حياتي ما زوّدتني زادي "novi te bene: me mortuum luctu proſequeris, at vivo neceſſaria vitae non praeſtas." Vid. Schultens ad excerpta Hamaſae pag. 310 ſqq. Huc pertinent quae de lugentibus Romanis habet Dio Caſſius L. XLVIII τας τε τριχας εσπαραττον, και τας εσθητας περιερρηγνυντο, ονομαςι δε αυτους ανεκαλουν rel.

p) من صلب ماله e ſolido, lectiſſimo ſuo peculio. Arabes medium, meditullium cuiusque rei appellant صلب lumbum.

q) قاتل قتالا pr. *luctatus fuit luctam.* قتل eſt *diuturno tritu tortuque emollire, ſubigere, macerare et deſtruere rem.* Vinum v. c. dicitur مقتل, *fractum*, quando ignea eius rabies aqua fracta eſt. Hinc formula قتله خبرا *fricuit eum experientia*, exploravit eum ipſo uſu. قتل et قتال teſte Meidanio eſt corpus friabile, macerabile, et قتله *laeſit eum in corpore.*

diem utrumque nomen in votis publicis iunxerant. Eo autem prodebat Amin, ſe fratri ſpem et ius omne in Chalifatum olim ſuccedendi adimere, id quod erat ſanctionem paternam, qua frater natu minor in maioris locum ſubire iubebatur, lacerare. Fratris autem nomini ſubſtituebat nomen filii ſui, Muſae, quem, quamvis parvulum, ornatum titulo Natek bilhak [ſeu veritatem eloquentis, vel ſecundum ius et fas pronunciantis*] eo ipſo imperii collegam et haeredem declarabat. Vnde inteſtinum fratribus bellum conflatum. Paullo ante dicebamus Mamunum iuſſu Raſchidis cum copiis in Choraſanam abiiſſe; e qua provincia ſtatuebat Amin eum exigendum, viribusque omnibus exuendum; ideoque Alin, filium Iſae, filii Mahan (98), cum exercitu adverſus Taherum mittebat, Hoſaini filium, a Mamuno Raiae praefectum, ibique in modicis caſtris tendentem. Ali autem ad quinquaginta millia ducebat. Penetrabat igitur in ditionem Raienſem armis infeſtis, quo facto Taher, in ſuos edicto, ne Aminum porro, ſed Mamunum, pro Chalifa haberent, educebat in hoſtem. Concurritur, pugnatur acerrime. Taher tandem, tametſi viribus impar, caedebat et profligabat hoſtes, ipſiusque ducis, Alii, capite potiebatur, quod cum victoriae nuncio ad Mamunum in Choraſanam [ulteriorem, hoc eſt Marvam] mittebat.

N 2 Eodem

* Vel etiam *loquentis ex divina inſpiratione* quaſi per os aeternae veritatis, reddi poteſt. Nempe Arabes *Hack* ſeu veritatem appellant, quod exiſtit et neceſſario exiſtit, ita ut nequeat non exiſtere, quod in ſolum deum cadit. Et hinc quoque epitheton dei eſt, et pro deo ſimpliciter ponitur, ut in illo Schahreſtanii apud Pocock. Spec. Hiſtoriae Arabum p. 265 f. e quo patet Schiitarum vel Imamicorum illos, quos الغالية Galia, τȣς ὑπεϱβαλλοντας, *nimios, immodicos* appellant, iactaſſe et exſpectaſſe in gente Alii *loquentem per Hack* الذي يظهر الحق بصورته وينطق بلسانه *ſub cuius ſpecie compareat humanis oculis aeterna veritas, et per cuius linguam humanis auribus ſonos percipiendos edat.* His forte voluit Amin filium ſuum, ut aemulus, opponere, tanquam non in Alii gente quaerendus ille ſit, ſed in ſua proſtet.

وفي هذه السنة توفي ابو نواس الحسن بن هاني الشاعر وكان عمره تسعا وخمسين سنة ۞

ثم دخلت سنة ست وتسعين ومايه، فيها سيّر الامين جيشا صحبة احمد بن مزيد وعبد الله بن حميد بن قحطبة ومع كل واحد عشرون الف فارس، فسارا الي حلوان لحرب طاهر، فلما وصلوا الي خانقين *r* وقع الاختلاف بينهم فرجعوا من خانقين من غير ان يلقوا طاهرا، فتقدّم طاهر فنزل حلوان ولحقه هرثمة بجيش من عند المامون وكتاب يامره فيه ان يسلم ما حوي من المدن والكور الي هرثمة وان يتوجه طاهر الي الاهواز، ففعل ذلك واقام هرثمة بحلوان، ولما تحقّق المامون قتل ابن ماهان وانهزام عساكير الامين امر ان يخطب له بامرة المومنين وان يخاطب بامير المومنين وعقد للفضل بن سهل علي المشرق من جبل همذان الي التبت طولا ومن بحر فارس الي بحر الديلم وجرجان عرضا ولقبه ذا الرياستين رياسة الحرب والقلم، وولي الحسن بن سهل ديوان الخراج، وذلك كله في هذه السنة،

ثم

r) خانقين Semel erat in codice Leid. خاثقين et tum خافقين

Eodem anno celeber ille poëta obiit, Abu-Navas Haſan (99), filius Hanii, anno aetatis quinquageſimo nono.

Anno CXCVI [qui die 23 Sept. A. C. 811 coepit] expediebat Amin duo imperatores, cum geminis caſtris, ſingulis ad viginti millia, adverſus Taherum, iam iter Bagdadum verſus ingreſſum. Imperatorum alter erat Ahmed, filius Mezidi; alter Abdalla, filius Homaidi, filii Cahtabae. Ambo ea mente Holvanum tendebant, ut Taherum aut reiicerent, aut obiecta mora ulterius progredi vetarent. At, ut Chanekinum (100) pervenerunt, ſubnatis colliſi diſcordiis, retro pedem, hoſte ne quidem conſpecto, referebant, eoque copiam faciebant Tahero inoffenſo pede procedendi, et vacuam Holvanum occupandi, quo ipſi Mamun Hartamam ſummittit (101) cum recentibus ſupplementis, et litteris, quibus iubetur, quidquid urbium et praefecturarum iam ſubegiſſet, id omne Hartamae permittere, ipſe vero quantocius in Ahvazenam regionem invadere. (102) Cui mandato ut Taher paruit, ita quoque Hartama, ad capeſſendam curam regionum recens acquiſitarum, Holvanae ſubſtitit. Mamun autem, clade exercitus Amini, caedeque Mahanidae accepta, edicto ſanciebat impoſterum ſe tam in precibus publicis, quam privatis alloquiis, titulo principis fidelium compellari (103): ſimulque declarabat Fadlum, filium Sahdi, ſummum rectorem omnium Iraca ulteriorum regionum, quae uno comprehenduntur orientis nomine, et a montibus Holvanicis inde usque ad regnum Tibet in longum, in latum a mari Perſico ad Dailomitidem et Georgianam [ſeu mare Caſpium] porriguntur; eumque virum ſimul titulo praeſidis utriusque Raiiſatus [ſeu regiminis] (104) ornabat, ut in cuius ditione tam res militares, quam civiles eſſent. (105) Eius autem fratrem, Haſanum, filium Sahli, conſtituebat Charagae [ſeu redituum (106)] ſupremum quaeſtorem, idque uno et eodem anno. Tantis et tam ſubitis cumulabat honoribus eam gentem. Taher interea primum quidem

 dem

ثم استولي طاهر علي الاهواز ثم علي واسط ثم علي المداين ونزل صرصر ☼

ثم دخلت سنة سبع وتسعين ومائة ، في هذه السنة حاصر طاهر وهرثمة بالعساكر الذين صحبتهما بغداد وحصروا الامين ووقع ببغداد الحريق والنهب ومنع طاهر دخول الميرة الي بغداد فغلت بها الاسعار ودام الحصار وشدة الحال الي ان انقضت هذه السنة ☼

وفيها توفي ابراهيم بن الاغلب عامل افريقية وقد تقدم ذكر ولايته في سنة اربع وثمانين ومائة ، ولما توفي تولي علي افريقية ابنه ابو العباس عبد الله بن ابراهيم بن الاغلب ☼

ثم دخلت سنة ثمان وتسعين ومائة ، ذكر استيلاء طاهر علي بغداد *s* بعد قتال شديد ، ونادي منادية من لزم بيته فهو آمن ، واخذ الامين امه واولاده الي عنده بمدينة المنصور وتحصن بها وتفرق عنه عامة جنده وخصيانه ، وحصره طاهر هناك واخذ عليه الابواب ، فلما اشرف علي اخذه طلب الامين الامان من هرثمة وان يطلع اليه من وجع في الطلوع *t* الي طاهر فابي ذلك ، فلما كانت ليلة الاحد لخمس بقين من المحرم سنة ثمان وتسعين ومائة خرج الامين بعد عشاء الاخرة وعليه ثياب بيض وطيلسان اسود فارسل

s) بغداد Excidiſſe videntur ob ὁμοιοτέλευτον verba: في هذه السنة استولي طاهر علي بغداد

t) في الطلوع ſcripſi pro codicis Leid. في الضلوع Neque tamen vel ſic ſatisfactum huic loco. فابي ذلك ſenſum turbat. Circumſcripſi in latinis, ut emergeret tolerabilis connexio.

dem Ahvazenam ſubigebat, dein Vaſetam, tandem Madainam: ſub anni finem iam Sarſaro [oppido ad tres a Bagdado paraſangas] caſtra admoverat.

Anno CXCVII [qui die 11 Sept. A. Chr. 812 coepit] toto tenuit Bagdadum dura et flebilis obſidio. Non enim ab externo ſolummodo hoſte, legionibus duabus, totidemque legatis Mamuni, Tahero et Hartama, corona cincta, ſed etiam intus ab immani annonae caritate, et, quod ad cetera accedebat grande malum, inteſtinis ſeditionibus (107), rapinis et incendiis vexabatur.

Eodem obiit Ibrahim (108) filius Aglabi, gubernator Africae, qui quomodo eam dignitatem conſecutus fuerit, ad annum CLXXXIV expoſuimus. Succeſſorem habuit filium, Abu-l-Abbaſum Abdallam.

Anno CXCVIII [qui die Aug. 31. A. C. 813 coepit] potitus tandem urbe Bagdado fuit Taher poſt multas contentiones et pugnas acerrimas. De parte urbis orientali loquimur. Amin enim cum matre liberisque in urbem Manſuri [ſeu partem occidentalem] ſe recipiebat (109), ibique ſtudebat ſe tueri, deſertus a ſuis copiis et eunuchis, qui turmatim auffugerant, ex quo Taher, urbem ingrediens, per praeconis vocem iis omnibus, qui domi ſe continerent, et arma non opponerent, ſecuritatem promulgaverat. Verum haud diu gradum tenuit Amin, arctiſſima preſſus obſidione, quae eum eo redigebat, ut in ipſo fere illo temporis articulo, quo res ad huius quoque partis expugnationem ſpectabat, cum Hartama inſtitueret paciſci, eique ſe deditum iret. Nam Tahero ſui copiam facere metuebat. Taher tamen id concedere nolebat, ut alteri duci ille ſe dederet, quem ipſe ad deditionem adegiſſet. Nihilominus exibat Amin extrema veſpera, quae diem Solis praecedebat, vigeſimum quintum menſis primi huius anni CXCVIII, in candida veſte, nigroque cucullo, contendens ad Hartamae caſtra. Hartama tum quidem

eum

فارسل اليه هرثمة يقول انّي غير مستعدّ لحفظك واخشي ان اغلب عليك ، فاقم الي الليلة القابلة ، فابي الامين الا الخروج تلك الليلة ، ثم دعي الامين بابنيه وضمّهما اليه وقبّلهما وبكي ، ثم جاء راكبا الي الشط فوجد حراقة هرثمة فصعد اليها فاحتضنه هرثمة وضمّه اليه وقبّل يديه ورجليه ثم شدّ اصحاب طاهر علي حراقة هرثمة حتي غرّقوها فاخرج الملاح هرثمة من الماء ، واما الامين فلما سقط في الماء شقّ ثيابه ثم اخذ بعض اصحاب طاهر الامين وهو عريان عليه سراويل وعمامة فامر به طاهر فحبس في بيت ، فلما انتصف الليل ارسل اليه قوما من العجم فقتلوه واخذوا راسه فمضوا به الي طاهر فنصبه علي برج من ابرجة بغداد واهل بغداد *v* ينظرون اليه ثم ارسل طاهر راس الامين الي اخيه المامون وكتب بالفتح وارسل بالبردة والقضيب ، ودخل طاهر المدينة يوم الجمعة وصلي بالناس وخطب للمامون ، وكان قتل الامين لستّ بقين من المحرم سنة ثمان وتسعين وماية فكانت خلافته اربع سنين وثمانية اشهر وكسرا وكان عمره ثمانيا وعشرين سنة ، وكان سبطا انزع *x* صغير العينين اقني جميلا طويلا ، وكان منهمكا في اللذات وشرب الخمر حتي ارسل الي جميع البلاد في طلب الملهين وضمهم اليه واجري عليهم الارزاق واحتجب عن اخوته واهل بيته

v) بغداد deerat haec vox in cod. Leid.

x) انزع *calvus circa tempora.* Vox rarior: reperi bis in Hamaſa minore.

eum ab inſtituto per certos homines dehortari ſtudebat: nondum ſatis ſibi comparata omnia eſſe ipſi accipiendo et ſervando atque defendendo; vereri, ut Tahericorum ipſi inhiantium multitudini viribusque reſiſtere queat; ſuadere ut proximam noctem exſpectet. Sed nulla ratio valebat Aminum a coepto avertere. Poſtquam ergo ambos ſuos filios arceſſitos, appreſſos pectori, oſculisque atque lacrimis ſatis rigatos a ſe dimiſiſſet, in equo ad ripam Tigridis provehebatur. Vbi praeſtolantem inveniebat Hartamae liburnicam; quam ingreſſus amplexibus Hartamae oſculisque crebris, in miſeri principis manus pedesque ingeſtis, excipitur. At confeſtim adſunt Taherici, qui magno liburnicam impetu adorti, everſam aquis mergunt. Et Hartamam quidem extrahunt remiges; Amin vero laniatis propere et abiectis veſtibus, ne pondere mergeretur, et quo nataret expeditius, dum ſic natat, praeter femoralia pullamque cidarin, nudus a milite quodam Taherico capitur; et ſtatim quidem iuſſu Taheri aliquam in domum abditur, circa mediam noctem autem ab immiſſis quibusdam Perſis confoditur. Altero mane amputatum caput in turri quadam Bagdadica conſpicuo loco ſuffigitur, et, ut ſatis oculos impleviſſe viſum fuit, detractum ad Mamunum mittitur, cum inſignibus regni, litterisque victoriae nunciis. Taher porro proxime inſecuto die Veneris occupabat urbem, et praeibat populo preces, et vota faciebat Mamuno. Regnavit igitur Amin quatuor annos et octo menſes et quod excurrit, deſiitque vivere die quinto vigeſimo primi menſis huius anni CXCVIII, ut iam dictum fuit, anno aetatis vigeſimo et octavo. Erat prolixa et aequabili caeſarie, circa tempora glaber, oculis minutis, aquilino naſo, pulchra nitidaque cute, procerus. At deperibat ſtudio voluptatum: vinum potabat nullo pudore; ludiones et muſicos contrahebat undecunque terrarum, ſtipendiisque et beneficiis cumulabat ampliſſimis; fratres et conſanguineos aditu ad ſe excludebat; aerarium, et ſupellectilis pretioſa quaeque inter

بيته وقسم الاموال والجواهر في خواصه وفي الخصيان *y* والنساء ، وعمل خمس حراقات في دجلة علي صورة الاسد والفيل والعقاب والحية والفرس وانفق في عملها مالا عظيما ، وذكر ذلك ابو نواس في شعره ،

سخّر الله للامين مطايا لم تسخر لصاحب المحراب ،
فاذا ما ركابه سرن برّا سار في الماء راكبا ليث غاب ،
عجب الناس ان راوك عليه ، كيف لو ابصروك علي العقاب ،
ذات سور ومنسر وجناحين تشق *z* العباب *a* بعد العباب ✻

ولما قتل الامين استوسق الامر في المشرق والمغرب للمامون وهو سابعهم ، فولّي الحسن بن سهل اخا الفضل علي كور الجبال والعراق وفارس والاهواز والحجاز واليمن ✻

ثم دخلت سنة تسع وتسعين ومائة ، فيها ظهر ابن طباطبا العلوي وهو محمد بن ابراهيم بن اسماعيل بن ابراهيم بن الحسن بن الحسن *b* بن علي بن ابي طالب بالكوفة يدعو الي الرضاء ، فاستوسق له اهلها فارسل اليه الحسن بن سهل زهير بن المسيّب *c* الصيرفي عشرة الاف مقاتل فهزّمهم ابن

y) في الخصيان Forte من الخصيان

z) تشق Cod. L. تشيق

a) عباب *copioſior pars aquae marinae* aut *fluvii maioris.* عباب البحر كثرة مايه ait Scholiaſtes Gorairi.

b) بن الحسن geminavi: ſemel tantum erat in codice.

c) المسيب Ita quoque Ibn-Cotaiba. Noſter codex المشيب Sed quid ſit الصيرفي, non intelligo: niſi forte الضبي *Dobbita* legendum.

ſuorum gaudiorum et ſecretorum conſcios et adminiſtros, inter feminarum et ſpadonum cariſſimos, dilargiebatur. Quam prodigus et praepoſtere magnificentiae ſtudioſus fuerit, documento ſunt quinque illae liburnicae, quibus per Tigridem vectabatur, inſano ſtructurae impendio; quarum una leonem, altera elephantum, aquilam tertia, quarta ſerpentem, poſtréma equum referebat; et quarum Abu-Navas in iſtis mentionem facit:

Subegit deus Amini obſequio iumenta, quae ne ipſi quidem Salomoni ſubegerat.

Quando enim equeſtres eius copiae proficiſcuntur in terra continènte, equitat ipſe per undas, fero leone vectus.

Mirantur te, o Amin, talem equitem, idque tuo merito: at quam mirarentur, ſi te ſuper aquila viderent,

impetuoſa illa, roſtrata, utrinque alis inſtructa, quibus iugiter obſtantes undarum moles dividit.

Tantnm erat quod de Amino diceremus, quo vivis exemto ſolus iam orientique occidentique Muſlemico dominabatur Mamunus, Chalifa domus Abbaſicae ſeptimus: qui, quod Choraſana excedere nondum luberet, nuncupabat Haſanum, Sahli filium, Fadli fratrem, ſuo loco utriusque Iracae, Perſidis, Ahvazae, Hegazi, et Iemanae rectorem.

Anno CXCIX [qui die Aug. 21. A. C. 814 coepit] res novas Cufae moliebatur Ibn-Tabataba (110), ille ſic vulgo dictus Alides, Muhammed, filius Ibrahimi, filii Iſmaëlis, filii Ibrahimi, filii Haſani [minoris], filii Haſani [maioris], filii Alii, filii Abu-Talebi, civesque urbis ad praeſtandum Ridao [ſeu τῳ ευδοκιμουμενῳ et communibus votis approbando viro de gentilitate prophetae et Alii] ſacràmentum invitabat, tam proſpero ſucceſſu, ut totam illam urbem ſibi adiungeret. Huic Haſanus, cui modo dicebamus cum aliis Iracam provinciam a Mamuno demandatam fuiſſe, Zohairum, Moſaiiebi filium, Sirafitam (111), immittit cum decem militum millibus. Quos tamen Ibn-Tabataba

 fudit

ابن طباطبا واستباحهم، وكانت الوقعة في جمادي الاخرة من هذه السنة، ولما كان مستهلّ رجب مات محمد *d* بن طباطبا فجاةً سمّه ابو السرايا ليستبدّ بالامور لانه علم انه لا حكم له مع ابن طباطبا، ثم استولي ابو السرايا علي البصرة وواسط وجري بينه وبين عسكر المامون عدة وقايع يطول شرحها *

وفي هذه السنة توفي والد طاهر وهو الحسين بن مصعب بخراسان وارسل المامون يعزّي ابنه طاهرا بابيه *

وفيها توفي عبد الله بن نمير الهمداني الكوفي وكنيته ابو هاشم وهو والد محمد بن عبد الله بن نمير شيخ البخاري *

ثم دخلت سنة مايتان، فيها في المحرم هرب ابو السرايا من الكوفة بثمانماية فارس بعد ان حاصره هرثمة، ودخل هرثمة الكوفة وآمن اهلها، وسار ابو السرايا الي جلولا فتفرّق عنه اصحابه فظفر به حماد الكندغوش *e* فامسك ابا السرايا ومن بقي معه واتي بهم الي الحسن بن سهل وهو بالنهروان، فقتل ابا السرايا وبعث براسه الي المامون، وكان بين خروج ابي السرايا وقتله عشرة اشهر *

وفي هذه السنة ظهر ابراهيم بن موسي بن عيسي بن جعفر بن محمد العلوي وسار الي اليمن وبها اسحاق بن موسي بن عيسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس عاملا للمامون، فهرب من

d) محمد Codex ابرهيم

e) كندغوش Ita codex. Suſpectum.

fudit et caſtris exuit, menſe huius anni ſexto. Septimo autem ineunte ſubito idem perit veneno, fraude legati, Abu-Saraiae (112), qui, qua erat imperii gerendi aviditate, prope perſpiciens Alita ſuperſtite nullum auctoritati ſuae momentum fore, moleſtum exiſtimabat amovendum eſſe, amotique in locum ſufficiebat alium aliquem Alidam puerum, Ibrahimum, filium Zaidi, ſub cuius nomine perſonaque ſubigebat Baſram et Vaſetam, pluribusque praeliis fatigabat Mamuni copias, quae ſingula enarrare non vacat. (113)

Eodem finiit Hoſain, filius Moſabi, pater illius toties laudati Taheri, cuius virtuti potiſſimum Mamun imperium debuit; idque in Chorafana; unde mittebat Mamun, qui Taherum ſuo nomine de patris obitu ſolarentur.

Eodem obiit Abu-Haſchem Abdalla, filius Nomairi, Hamadanenſis [origine], Cufenſis [ſede ſeu civitate], pater iſtius Muhammedis, Ibn-Nomairi, qui magiſter Bocharii fuit.

Anno CC [qui A. C. 815 die 10 Auguſti coepit] compoſiti ſunt Abu-Saraiae tumultus. Coactus enim menſe huius anni primo cum octingentis equitibus Cufa evadere, (nam corona urbem cinxerat Hartama, qui etiam ab eius exceſſu ſtatim eam absque vi et caedibus occupabat): Galulam pergebat Abu-Saraia, ubi, deſertus a ſuis ſenſim dilabentibus, incidit in manus Hammadi Candaguſchi, qui eum ceterosque, quos adhuc ſecum habebat paucos, Haſano, filio Sahli, tum Nahrovanae degenti, mittit. A quo avulſum turbatori caput ad Mamunum mittitur. Quos hic rebellis concitavit tumultus, decem illi menſium ſpatium non exceſſerunt.

In Arabia quoque ſurgebat eodem tempore alius quidam Alita, Ibrahim, filius Muſae, filii Iſae, filii Gafari, filii Muhammedis, ad cuius ex Hegazo in Arabiam felicem adventum, Iſhak Abbaſita, qui Mamuni nomine provinciae praeerat, auffugiebat, patentem hoſti et vacuam relinquens. Appellari vulgo

من ابراهيم بن موسي العلوي المذكور واستولي ابراهيم علي اليمن وكان يسمي الجزّار لكثرة من سبي وقتل ☼

وفي هذه السنة سار هرثمة من الكوفة بعد فراغه من امر ابي السرايا الي جهة المامون ووردت عليه مكاتبة المامون بالمسير الي الشام والحجاز، فحملته الدالية *f* وكثرة المناصحة علي القدوم علي المامون ومخالفة مرسومه، وكان بينه وبين الحسن عداوة، فدسّ *g* الحسن بن سهل اصحاب المامون بالحض علي هرثمة وظن هرثمة ان قوله هو المقبول في حق الحسن بن سهل، فقدم علي المامون بمرو في ذي القعدة من هذه السنة (اعني سنة مايتين) فلما حضر هرثمة بين يدي المامون ضربه وحبسه ثم دسّ اليه من قتله في الحبس وقالوا مات ☼

وفي هذه السنة امر المامون ان يحصي ولد العباس فبلغوا ثلاثة وثلثين الفا ما بين ذكر وانثي ☼

وفيها قتلت الروم ملكهم الليون وملك *h* عليهم ميخاييل،

وفيها توفي معروف الكرخي الزاهد صاحب الكرامات وكان ابو معروف نصرانيا ☼

ثم

f) الدالية hoc eſt نفس الدالية *anima ferox, faſtuoſa, plena opinione ſui.* Notabilis forma pro دالّة vel دالــة: eſt enim a verbo دل, quod quamvis de omni ὑπερηφανῶ et ὑβρίζω dici queat, ſolet tamen de amatore, qui ſimulata ſeveritate et duritie amorem diſſimulat, praecipue dici. Tebrizius ad illum verſum, quem excerpta Hamaſae Schultenſ. p. 424 lin. 2. exhibent, vocem مدلّ ita interpretatur: المدل الواثق بنفسه والاته وعدته "fretus ſe ipſo et armis et apparatu opibusque ſuis." Hari-

ſolebat hic Alides Gazzar [hoc eſt, lanio, vel carnifex] eo, quod rapinis et caedibus hominum gauderet. Ishak ille erat filius Muſae, filii Iſae, filii Muhammedis, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi.

Eodem periit Hartama, dux Mamuni celeber, ſua ipſius culpa. Nam confecto cum Abu-Saraia bello iter Cufa in Choraſanam ad principem inſtituebat; cuius quamvis litteris interea ſummiſſis in Syriam et Hegazum ablegaretur, tanti tamen eas haud faciebat, quin auderet Marvam pergere, fiducia meritorum et penitioris cum principe familiaritatis, et imprudente candore. Suarum nempe reputabat partium eſſe, principem de rebus quibusdam ad Haſanum, Sahli filium, ſpectantibus docere, et admonere, ne nimium illi confideret. Intercedebat enim ipſi cum Haſano ſimultas; perſuaſeratque ſibi tantam fore ſuam auctoritatem, ut, quidquid de inimico referret, id principi nullo negotio perſuaderet. At multum fallebat eum ſua ſpes. Haſan enim corruperat familiares principis, ut aſſiduis delationibus Hartamam penes eum in ſuſpiciones odiumque adducerent. Quo factum ut Hartama, menſe huius anni undecimo Marvam veniens, verberibus primum exciperetur, dein mandaretur vinculis, et tandem per immiſſum ſicarium de medio tolleretur in carcere. Vulgatur tamen, fato eum ſuo conceſſiſſe, invidiae avertendae ergo.

Hoc anno iuſſit Mamun numerum iniri, quotquot uſpiam per orbem terrarum ab Abbaſo exſtarent oriundi homines; inventique fuerunt inito cenſu huius gentis tum vixiſſe, qua mares, qua feminae, tria et triginta millia [quod exemplum doceat, ad quantum numerum unius viri ſoboles intra duo fere Saecula poſſit excreſcere].

Eodem occiderunt Romani ſuum imperatorem Leonem [Armenum]; poſt quem regnavit Michaël [Balbus].

Eodem obiit Maruf, Carchenſis, vir ſanctus et editis celeber miraculis; quod eo magis ſuſpiciendum, quod pater ipſi Chriſtianus contigerat.

Anno

ثم دخلت سنة احدي ومايتين ، وفيها اشتدّ اذي فسّاق بغداد وشطّارها علي الناس حتي قطعوا الطريق واخذوا النساء والصبيان علانية ونهبوا القري مكابرة وبقي الناس معهم في بلاء عظيم ، فتجمع اهل بعض المحالّ ببغداد مع رجل يقال له خالد بن الدريوس وشدّوا علي من يليهم من الفسّاق فمنعوهم وطردوهم ، وقام بعده رجل يقال له سهل بن سلامة الانصاري من اهل خراسان وردع الفساق واجتمع اليه جمع كثير من اهل بغداد وعلّق مصحفا في عنقه وامر بالمعروف ونهي عن المنكر فقبل الناس منه ، وكان قيام سهل المذكور لاربع خلون من رمضان وقيام ابن الدريوس قبله بنحو ثلاثة ايام *

وفي هذه السنة جعل المامون عليّ الرضا بن موسي الكاظم بن جعفر بن محمد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب وليّ عهد المسلمين والخليفة من بعده ولقبه الرضا من آل محمد وامر جنده بطرح السواد ولبس الخضرة وكتب بذلك الي الافاق وذلك لليلتين خلتا من رمضان من هذه السنة ،

وصعب

Haririus conſeſſu XLIII habet veram formam دالّة عشرتها صلفة ودالّتها مكلفة "eius conſuetudo eſt intolerabilis, et ferocia defatigans." Loquitur de mala uxore.

g) دس اليه *ſubornavit ipſi*, proprie *occultavit* ad eum, h. e. occultatum aliquem amici ſpecie percuſſorem ipſi immiſit. دس eſt *occultare*, *oblinire*; ita dicitur de pane ſub cineribus calidis conditio دُسّ De cute cameli oblinita quoque adhibitur, teſte Meidanio: الهنء طلي البعير بالهناء وهو ان يهنا الجسد كله والدس ان يطلي المغابن

Anno CCI [qui die Iulii 29 A. C. 816 coepit] eo invaluit Bagdadi ſicariorum et incendiariorum furor, ut intutos efficerent latrociniis angiportus, palamque raperent et feminas et infantes, oppidaque per vim depopularentur. Quae res miſeros in magnam calamitatem et conſiliorom inopiam coniecit. Coibant ergo vici aliquot Bagdadici ad ſigna ducum quorundam ultro, ſemet auctoribus, nuncupatorum, quorum primus erat Chaled aliquis, Darii filius, cuius ductu vicani, quotquot in ſuo vico circaque deprehenderent, graſſatores adorti, coërcebant iniecta manu et profligabant. Surgebat ille Chaled initio noni menſis. Tertio die poſt, quarto eiusdem menſis, exiſtebat alius aliquis, ab Anſariis [ſeu Medinenſibus] oriundus, at in Choraſana editus homo, Sahlus dictus, filius Salamae, qui, ut furorem graſſatorum paribus animis retunderet, magnam multitudinem urbanam contrahebat. Solebat ille in publicum procedens appenſum collo ſacrum codicem praeferre, et concionari per compita, hortarique obvios ad vitam bene honeſteque et ſecundum naturae leges agendam; deteſtari contra iubebat ea, quae pudor et ſana ratio aſpernantur. Quod inſtitutum plebi mirum in modum placuit.

Hoc anno nuncupabat Mamun principem Chalifatus haeredem (114), Ali Ridda, filium Muſae Cademi, filii Gafari, filii Muhammedis, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi; titulum ipſi addens honorificum, *Ridda min al Muhammed* [h. e. communibus votis electi viri de gentilitate Muhammedis]. Simul imperabat legatis et caſtris, tam prope, quam procul poſitis, mandatis quaquaverſum dimiſſis, ut, pullis poſitis, virides in poſterum veſtes geſtarent. [Eſt enim viridis color genti Alidarum adamatus, ut niger Abbaſidis (115) fuit.] Id quod anni huius nono menſe, die ſecundo contigit. [Verbis exprimi vix poteſt, quantas turbas haec rerum mutatio traxerit, et quam prope ipſum Mamunum ad diſcrimen ſummae rerum amittendae

وصعب ذلك علي بني العباس وكان اشدّهم تحرّقا في ذلك منصور وابراهيم ابنا المهدي وامتنع بعض اهل بغداد عن البيعة ، وكان المتجدة *i* في اخذ البيعة لعلي بن موسي ببغداد عيسي بن محمد بن خالد * وفي هذه السنة في ذي الحجة خاض *k* الناس ببغداد في البيعة لابراهيم بن المهدي بالخلافة وخلع المامون لانهم نقموا عليه توليته الحسن بن سهل وجعله الخلافة في ال علي بن ابي طالب واخراجها عن بني العباس ، فاظهر العباسيون الخلاف لخمس بقين من ذي الحجة ووضعوا *l* يوم الجمعة رجلا يقول انا نريد ان ندعو للمامون وبعده لابراهيم بن المهدي ، ووضعوا اخرا يجيبه بانا لا نرضي الّا ان تبايعوا ابن المهدي بالخلافة وبعده لاسحاق بن موسي الهادي وتخلعوا المامون ، ففعلوا ذلك فتفرق الناس من الجامع ولم يصلّوا جمعة *

وفي هذه السنة توفي عبد الله بن ابراهيم بن الاغلب صاحب افريقية وتولي بعده اخوه زيادة الله بن ابراهيم *

وفي

المغابن والارفاغ "ſi totum corpus camelo pice inungitur, dicitur مِنء, at ſi tantummodo inguina et axillae et tenuia cutis illinuntur, dicitur دسّ Tandem دس quoque eſt, *occultavit rem ſub pulvere.* Coran. ام يدسه في التراب

h) وملك Paullo aptius وملكوا

i) المتجدة manifeſte corruptum. In promtu quidem erat المتجرد reponere, quod ſenſus requirit: ſed eo admiſſo, legendum لاخذ pro في اخذ Quid ſi legas المجتهد?

k) خاض Perelegans uſus verbi. Intrabant (velut in fluvium vadoſum) in hoc negotium, periculi pleniſſimum. Sumta formula e Corano Sura LXXIV. verſ. 48.

adduxerit.] Aegerrime quippe ferebant Abbaſidae poteſtatem ſuae genti ademtum iri. Prae ceteris urebat haec contumelia Manſurum et Ibrahimum, fratres, Mahdi filios. Praeterea Bagdadicorum haud pauci renuebant Alidae ſacramentum dicere, quod Iſa, filius Muhammedis, filii Chaledi, ſtudioſe ab ipſis exigebat. Quin menſe anni ultimo turmatim et tumultuoſe ruentes proclamabant in auguſta urbe Chalifam modo laudatum Ibrahimum, filium Mahdii, et Mamunum ſollemnibus cerimoniis dignitate ſua exuebant; duo illa non concoquentes, unum, quod Mamun ſeque ſuumque imperium unius Haſani Sahlidae arbitrio permitteret; alterum, quod e ſua gente Chalifatum ad gentem Alii transferret. Dies ſextus et vigeſimus duodecimi menſis defectionem vulgabat, palam ipſis Abbaſidis Bagdadi obſequio renuntiantibus; quod quo ſpecioſius facerent, et quo plures conſortio criminis implicarent, ſubornabant duos, qui proxima die Veneris in plena concione, quum in ordine ſacrorum ad preces et vota pro ſalute principis facienda fuiſſet profectum, ſurgentes per ſpeciem altercarentur. Vnus itaque ſuo factionisque nomine, placere edicebat, ut vota prius Mamuno, tanquam domino regnanti, fiant, et tum demum Ibrahimo, filio Mahdii, deſignato ſucceſſori aut collegae alterius. Nos autem, reſpondebat ad haec ſubornatorum alter, in nihil conſentiemus aliud, quam in id, ut, abrogato prorſus Mamuno, ſacramentum dicatur Mahdii filio, et deinceps Ishaco, filio Muſae Hadii. Obtinebat poſterior ſententia. Inter haec, multitudine aliis intenta et diſcedente, neglecti fuerunt et turbati ſacri ritus adeo, ut eo die Veneris illae preces non recitarentur, quae huic diei ſollemnes et peculiares, et vi legis in pleno fidelium coetu recitandae ſunt.

Hoc anno dominus Africae obiit, Abdalla, filius Ibrahimi, filii Aglabi. Cui ſucceſſit frater, Zeiadatalla.

وفي هذه السنة افتتح عبد الله بن خرداذبه والي طبرستان جبال طبرستان وانزل شهريار بن شهريار بن شروين عنها واسر ابا ليلي ملك الديلم ۞

ثم دخلت سنة اثنتين ومائتين، ذكر البيعة لابراهيم بن المهدي، بايعه اهل بغداد بالخلافة في المحرم من هذه السنة ولقب المبارك بعد ان خلعوا المامون، وكان المتولي لبيعته المطلب بن عبد الله بن مالك، واستولي ابراهيم علي الكوفة وعسكر بالمداين واستعمل علي الجانب الغربي من بغداد العباس بن موسي الهادي *m* وعلي الجانب الشرقي اسحاق بن الهادي، ولما تولي اسحاق المذكور ظفر بسهل بن سلامة الذي ظهر يامر بالمعروف وينهي عن المنكر ووقع *n* الفساق فتفرق اصحابه عنه فامسكه اسحاق وبعث به الي ابن المهدي الي المداين وضربه وحبسه ۞

ذكر مسير المامون الي العراق وقتل ذي الرياستين، وفي هذه السنة سار المامون من مرو الي العراق واستخلف علي خراسان غسان بن عباد، وكان سبب مسيره ما وقع في العراق من الفتن في البيعة لابراهيم بن المهدي، ولما اتي المامون سرخس وثب اربعة انفس بالفضل بن سهل فقتلوه في الحمام لليلتين خلتا من شعبان هذه السنة اعني سنة اثنتين ومائتين وكان عمره ستين سنة، وجعل المامون لمن امسكهم عشرة الاف دينار، فامسكهم العباس بن الهيثم الدينوري واحضرهم الي المامون فقالوا انت امرتنا بقتله، فامر بهم وضربت اعناقهم، ورحل

l) وضعوا *ſubornabant.* وضع notat: confingere, ſupponere, ut foetum ſpurium genuino, traditionem confictam verae rel. Deeſt haec notio Lexico Goliano, ſed admodum tamen frequens eſt.

Eodem expugnavit et ſubegit montana Tabareſtanae rector, qui tum erat, iſtius regionis, Abdalla, filius Chordadabae, indeque [dominum eorum] Scheheriarum, filium Scheheriari, filii Scharvini, detrahebat. Dailomiticum autem regem Aialili* captivum abducebat.

Ineunte anno CCII [qui die 19 Iulii A.C. 817 coepit] antiquato Mamuni ſacramento proclamatus fuit Bagdadi Chalifa Ibrahim, filius Mahdii, ſub titulo Mobareki [ſeu Benedicti]. Cuius in nomen qui multitudinem ſacramento rogavit, is fuit Motalleb, filius Abdallae, filii Maleki. Secundum haec occupabat Ibrahim Cufam, et metabatur ad Madainam, Bagdadi relictis ex fratre nepotibus, Abbaſo et Ishaco, filiis Muſae Hadii, illo urbi occidentali, hoc orientali praefecto. Quo factum, ut Ishac, illo munere fungens, Sahlo, filio Sallamae, potiretur, illo, quem Bagdadi prodiiſſe [doctorem, aut, ſi malis, prophetam], ſancta imperaſſe, improbis interdixiſſe, ſupra narrabamus. Hunc itaque captum et deſertum a ſuis mittit Ishac Madainam ad novum Chalifam in caſtra, qui taureis et carceri hominem addixit.

Mamun interim cernens, in diſcrimine verſari ſuas res, et opus Iracanis ſe praeſente eſſe, nunc tandem excedebat aliquando Choraſana, provinciae praefectum relinquens Gaſſanum, filium Abbadi. Nam Fadlum, Sahli filium, itineris adſciſcebat comitem. At hunc quidem ipſo in itinere, Sarachſae dum agunt, adorti viri quatuor in balneo trucidant die ſecundo menſis octavi huius anni, annos ſexaginta natum. Inquiſitum fuit in percuſſores; praemio promiſſi decem mille aurei, quisquis eos coram adduceret. Nanciſcitur tandem illos vir aliquis Dainavarenſis, Abbas, filius Haitami, et in conſpectum Mamuno producit. Interrogati de cauſſa facinoris, ex ipſius Chalifae, Mamuni, iuſſu illud ſe perpetraſſe aſſeverant. At nihilominus capite luunt.

 Inde

* Niſi forte malis ابا ليلي *Aba Laili.* *A.*

ورحل المامون طالبا للعراق فبلغ ابراهيم بن المهدي والمطلب الذي اخذ البيعة لابراهيم وغيرهما قدوم المامون ، فتمارض المطلب وراح الي بغداد وسعي في الباطن لاخذ البيعة للمامون وخلع ابراهيم ، وبلغ ذلك ابراهيم وهو في المداين فقصد بغداد وارسل في طلب المطلب فامتنع فامر بنهبه فنهبت دور اهله ولم يظفروا بالمطلب ، وذلك في صفر من هذه السنة ❊

وفيها عقد المامون العقد علي بوران بنت الحسن بن سهل وزوّج المامون ابنته من علي بن موسي الرضاء ❊

وفيها توفي ابو محمد اليزيدي وهو يحيي بن المبارك بن المغيرة المقري صاحب ابي عمرو بن العلا ، وانما قيل له اليزيدي لانه صحب يزيد بن منصور خال المهدي وكان يعلّم ولده ❊

ثم دخلت سنة ثلاث ومائتين ، وفيها في صفر مات علي بن موسي الرضاء بان اكل عنبا فاكثر منه فمات فجاة بطوس وصلي عليه المامون ودفنه عند قبر ابيه الرشيد ، وكان مولد عليّ بالمدينة سنة ثمان واربعين ومائة ، ولما مات كتب المامون الي اهل بغداد يعلّمهم بموت علي بن موسي الرضاء وقال انما نقمتم عليّ بسببه وقد مات ، وكان يقال لعلي المذكور علي الرضا وهو ثامن الايمة الاثني عشرة علي راي الامامية وهو علي الرضا بن موسي الكاظم (المقدّم ذكره في سنة ثلاث وثمانين ومائة) ابن جعفر الصادق بن محمد الباقر بن زين العابدين علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب ، وعلي الرضا المذكور هو والد محمد الجوّاد تاسع الايمة وسنذكره ان شاء الله تعالي ❊

وفي

Inde movebat Mamun in Iracam; qua de re certiores facti Ibrahim, novus Chalifa, et Motalleb, qui ſacramentum eius nomine exegerat, recipiebat hic quidem ſe, morbum ſimulans, ex Ibrahimi caſtris apud Madainam tendentibus in urbem regiam, ibique clanculum inſtituebat, verſipellis homo, plebem eo inducere, ut, Ibrahimo abiecto, rurſus Mamuno accederent: Ibrahim autem, ut cognovit perfidi molitiones, perſequebatur eum e caſtris Bagdadum, factaque diligenter inquiſitione quum nihilo magis homine potiretur, nusquam ſui copiam faciente, iubebat eius aedes atque familiares diripi. Quod accidit ſecundo menſe.

Hoc anno ſignabat Mamun tabulas matrimonii cum Buran, filia Haſani, filii Sahli, contrahendi; ſuam vero filiam ipſe viciſſim elocabat Alio Riddae, filio Muſae, iſti Alidae, quem ſuum olim ſucceſſorem nuncupaverat.

Eodem obiit Abu-Muhammed, Iazidicus, Iahia, filius Mobareki, filii Mogairae, Mocri [ſeu qui iuventutem Corani lectionem docebat], Abu-Amrui, filii Olae, diſcipulus, qui ex eo, quod in familia Iazidi, filii Manſuri, aliquamdiu vixit, eiusque liberos erudivit, Iazidici nomen invenit. Iazid ille avunculus erat Mahdii principis [quippe cuius mater, Om Muſa, filia Manſuri, ſoror Iazidi erat, gente Homairitis].

Anni CCIII [qui die 8 Iulii A.C. 818 coepit] ſecundo menſe derepente exſpiravit apud Tuſam Ali ille, cognomine Ridda, ex immodica uvarum ingurgitatione; quem ut iuſtis factis Mamun penes ſui patris, Haruni Raſchidi, tumulum condidit (116), ſignificabat Bagdadicis per litteras eo de caſu, hortabaturque velint, ſublata irarum cauſſa, bona fide ad priſtinum officium redire. In Imamis, Muhammedis ſobole, quos Schiitae duodecim ſtatuunt, ordine octavus hic eſt. De cuius patre, Muſa Cademo, Imamorum ſeptimo, diximus ad an. CLXXXIII. Noni, quem hic Ali genuit, Muhammedis ſcilicet Gavvadi [ſeu generoſi et liberalis] ſuo loco mentionem faciemus. Natus fuerat Ali noſter Medinae, anno CXLVIII.

Quum

وفي هذه السنة خلع اهل بغداد ابراهيم بن المهدي ودعوا للمامون بالخلافة وتخلّي عن ابراهيم اصحابه ، فلما راي ابراهيم ذلك فارق مكانه واختفي ليلة الاربعا لثلاث عشرة بقيت من ذي الحجة من هذه السنة واحدق حميد احد قواد المامون بدار ابراهيم بن المهدي فلم يجده في الدار ولم يزل ابراهيم متواريا حتي قدم المامون الي بغداد ، وكانت ايام ولاية ابراهيم نحو سنة واحدي عشر شهرا وكسرا *

وفي هذه السنة في اخر ذي الحجة وصل المامون الي همذان ، وكانت بخراسان وما وراء النهر زلازل عظيمة دامت مقدار سبعين يوما ، فخربت البلاد وهلك فيها خلق كثير وكان معظمها ببلخ والجوزجان والفارياب والطالقان *

وفي هذه السنة غلبت السوداء علي الحسن بن سهل وتغيّر عقله حتي شُدّ في الحديد وحبس وكتب قواد العسكر الذين كانوا مع الحسن بن سهل بذلك الي المامون *

ذكر ابتداء دولة بني زياد ملوك اليمن وذكرهم عن اخرهم ، وكان ينبغي ذكر ذلك مبسوطا في السنين ولكن جمعناه لينضبط بخلاف ما

m) موسي الهادي Codex L. موسي بن الهادي

n) قمع proprie dicitur de elephantis, qui مقمعة inſtrumento ferreo acuto domantur et reguntur. قمعه اذا ضربه بالمقمعة وقمعه اي ذلّله وقهره وردعه وكفّه وردّه verba ſunt Scholiaſt. Harir. ad conſeſſ. XXXVI.

o) مات Deerat haec vox codici Leidenſi.

Quum itaque Bagdadicis, quod quererentur, nihil ſupereſſet, ſublata ſimultatis utraque cauſſa, tam Alida, quam Sahli filio, Fadlo, deſerebant tumultuarium ſuum Chalifam, fidemque rurſus ad Mamunum referebant. Quare Ibrahim, ſatis ſe ſuo loco tutum haud reputans, abdebat ſe in latebras ea nocte, quae diem Mercurii, decimum ſextum menſis ultimi huius anni, praecedebat. Domum eius claudebat quidem tanquam indagine Homaid, ex legatis Mamuni, at neque ibi erat, neque reperiri poterat, latitans paſſim, et ex uno loco in alterum perreptans, donec Mamun Bagdadum veniret. Sic deſinebat tumultuarius Ibrahimi Chalifatus, qui paullo minus biennium tenuit. Mamun interea, e Choraſana [itinere ſatis lento] ad Iracam promovens, ſub anni finem Hamadanae verſabatur.

Choraſanam vero ceteraque ultra Oxum ſita vexabant hoc anno graves et diuturni terrae motus; qui ſeptuaginta per dies continuos multas urbes evertebant, hominumque plurimos ruinis ſepeliebant. Maximam huius calamitatis vim ſenſerunt urbes, Balch, et Gurgan, et Fariab, et Talacan.

Hoc anno ſaeviebat atra bilis in Haſanum, filium Sahli, tam atrociter, ut, mentis impos, catenis conſtringendus et cuſtodiendus eſſet. Qua de re ſignificabant Mamuno duces copiarum, quae Haſano additae fuerant.

Hoc anno iniit in Arabia felice novus principatus, Zeiaditarum puta [ſeu poſterorum eius Zeiadi, filii Abihi, ſeu patris ignoti, de quo ſupra*]. Horum principum, praeter origines, indiculum quoque placet hic dare ſimul omnium, quotquot illi terrarum tractui imperarunt. Quod, quamvis diſcrepare videatur inſtituto noſtro, per quod debebamus caſus cuiusque memoriam per annos diſcerpere: conſultius tamen viſum fuit ita facere, quoniam diſperſas eiusmodi tenues particulas taedioſo ſcrutinio

* Tom. I. pag. 357 ſqq.

ما *p* لو تفرّق فانه كان يصعب التقاطه وضبطه ، فنقول كان ابتداوها في هذه السنة ، من تاريخ اليمن لعمارة اليمني ، قال كان شخص من زياد *q* بن ابيه اسمه محمد بن فلان وقيل بن عبد الله بن ابراهيم بن زياد مع جماعة من بني امية قد سلّمهم المامون الي الفضل بن سهل ذي الرياستين وقيل اخيه الحسن بن سهل ، وبلغ المامون اختلال امر اليمن فاثني *r* ابن سهل علي محمد بن زياد المذكور واشار بارساله اميرا علي اليمن ، فارسل المامون محمد بن زياد المذكور ومعه جماعة ، فحج ابن زياد في هذه السنة (اعني سنة ثلاث وماتين) وسار الي اليمن وفتح تهامة بعد حروب جرت بينه وبين العرب واستقرّت قدم ابن زياد المذكور باليمن وبني مدينة زبيد واختطّها في سنة اربع وماتين ، وارسل ابن زياد المذكور مولاه جعفرا بهدايا جليلة الي المامون ، فسار جعفر بها الي العراق وقدمها الي المامون في سنة خمس وماتين وعاد جعفر الي اليمن في سنة ست وماتين ومعه عسكر من جهة المامون بمقدار الفي فارس ، فعظم امر ابن زياد وملك اقليم اليمن باسره ، وتقلّد جعفر المذكور الجبال واختطّ بها مدينة يقال لها المذيخرة ، والبلاد التي كانت لجعفر تسمي الي اليوم مخلاف

p) ما بخلاف ſcilicet اتفق aut يقع كان

q) من زياد idem quod من بني زياد more Arabum, qui viri conditoris nomen pro tota condita tribu ſumunt.

r) اثني عليه hic ſenſu rariore habetur pro, *dixit eius* ثناء *laudes.* Alias notare ſolet: *gratias ipſi egit et bene precatus eſt.* Ad verbum eſt,

tinio colligere complectique memoria difficilius eſt, quam ex una, brevi quidem, at continua, tabella imaginem regni non admodum illuſtris animo concipere. Praeterea non potuiſſemus, utcunque tenaces noſtri ordinis, hanc hiſtoriae particulam per annos digerere, quum non conſtet, quibus annis horum principum unusquisque imperare aut coeperit aut deſierit. Decerpemus autem, quae huc faciunt, e Chronico Arabiae felicis, cuius auctor eſt Amara, indigena. Erat ergo aliquis, ait, de gente Zeiadi, filii Abihi, nomine Muhammed, cuius patri quale nomen, quae porro cum Zeiado copula et communio fuerit, non conſtat. Sunt tamen, qui patrem huius Muhammedis Abdallam fuiſſe produnt, filium Ibrahimi, filii [id eſt εκγονȣ] Zeiadi. Hunc itaque Muhammedem addiderat Mamun ſeu Fadlo, filio Sahli, utriusque Raiiſatus praeſidi, ſeu fratri eius, Haſano. Vtrumque enim a diverſis traditur. Quum deinceps intelligeret Mamun res Arabiae felicis turbidas admodum et luxatas eſſe, ideoque anxius Haſanum, Sahli filium, de optima reddendae tranquillitatis ratione conſuleret, laudabat Haſan principi Muhammedem, ut idoneum, qui cum poteſtate in provinciam mitteretur. Ablegatus itaque Muhammed eo cum manu idonea, Meccam quidem primum hoc anno adit, ibique religione defungitur: altero autem, ducenteſimo quarto, profectus porro verſus Iemanam, praelioque non uno cum ſeditioſis Arabibus congreſſus, et Tahama propter viam ſubacta, pedem firmum in Arabia felice collocat; Zabidae, urbium illarum principis, eodem anno fundamenta ponit, et lauta Chalifae munera, domitorum ſpolia, ſuique indices obſequii, cum liberto Gafaro, mittit. Quae cum Gafar anno CCV obtuliſſet Mamuno Bagdadi, redibat anno CCVI ad herum, additos ſibi a Chalifa ad bis mille equites ſecum trahens. Vnde poteſtas Zeiaditae adeo creſcebat, ut tota potiretur Arabia felice, libertoque, Gafaro, montanum eius tractum regendum tribueret, illum, qui de ipſo adhucdum

مخلاف جعفر (المخلاف عبارة عن قطر واسع) ، وكان هذا جعفر من الكفاة *t* الدهاة وبه تمّت دولة بني زياد حتي قيل ابن زياد بجعفره ، وبقي محمد بن زياد كذلك حتي توفي ، ثم ملك بعده ابنه ابراهيم بن محمد ثم ملك بعده ابنه زياد بن ابراهيم بن محمد ولم تطل مدته ، ثم ملك بعده اخوه ابو الجيش اسحق بن ابراهيم وطالت مدته واسنّ وتوفي ابو الجيش المذكور في سنة احدي وسبعين وثلثماية ، ولما مات ابو الجيش خلف طفلا واختلف في اسم الطفل المذكور فقيل زياد وقيل غير ذلك ، وتولّت كفالة الطفل المذكور اخته هند بنت ابي الجيش وتولي معها عبد لابي الجيش اسمه رشد وبقي رشد علي ولايته حَتي مات فتولي مَوضعه حسين بن سلامة عبد رشد المذكور وسلامة المذكورة ام حسين ونشي حسين المذكور حازما عفيفا الي الغاية وصار وزيرا لهند ولاخيها المذكور حتي ماتا ، ثم انتقل ملك اليمن الي طفل من آل زياد وقام بامر الطفل عمته وعبد من عبيد الحسين بن سلامة اسمه مرجان وكان لمرجان المذكور عبدان قد تغلّبا علي اموره اسم احدهما قيس والاخر نجاح ونجاح

eſt, *duplicavit ſuper ipſo*, nempe vel laudes, vel gratias. Iterare enim formulas ſalutandi, Arabibus egregiae eſt indicium humanitatis.

s) باسره perfrequens elocutio; notat *totum*, *integrum*, ad verbum, *in complexu ſuo*, vel *cum vinculo ſuo*.

t) الكفاة plur. a كافٍ *par fuit operi ſuo peragendo.* Hinc كفاية *capacitas*.

Mechlaf Gafar (117) appellatur, hoc eſt provincia Gafari. Nam Arabiae felicis incolae provinciam, aut ingentis ambitus omnem tractum, voce dialecto ſuae propria Mechlaf nominant. Vrbs Modaihara* in eodem tractu Gafarum hunc auctorem habuit. Neque nulla de cauſſa talem libertum magni faciebat herus. Inerat enim Gafaro cum calliditate gerendis rebus par animus, cui ſuam omnem potentiam et qui tum erat Zeiadides, et eius poſteri, debebant. Quod adeo notum in vulgus fuit, ut dicturi Muhammedem aliquid egregie feciſſe, id eum feciſſe cum ſuo Gafaro et per Gafarum ſuum, per opprobrium iactarent. In his vita imperioque exactis Muhammedi ſuccedebat filius Ibrahim; huic eius filius, Zeiad; hunc brevis aevi principem excepit frater, Abu-Gaiſch Ishac, Ibrahimi filius, qui brevitatem regni fraterni diuturnitate ſui compenſavit, et ſenex deceſſit anno CCCLXXI. Succedebat huic relictus infans filius, de cuius nomine certum non conſtat. Zeiadum quidam, alii aliter appellant. Hend itaque, pueri ſoror, maior natu, Abu-Gaiſchi filia, tutelam fratris et regni capeſſebat, conſociato Roſchdo, paterno mancipio. Qui Roſchd, quoad vixit, regnum et regem moderatus eſt. Defuncto autem ſuccedebat in eadem munia eiusdem ſervus, Hoſain, vulgo Ibn-Sallama dictus, ex matre Sallama. Neque immerito Hoſain iſte penes Hendam eiusque fratrem, regem, quoad ambo vivebant, in miniſtris primas partes tenuit, iam in iuventute tantae prudentiae et integritatis, quanta haud facile in quemquam cadit, editis de ſe ſpeciminibus. Poſtea decidit ſumma rerum in Arabia felice poteſtas ad alium quendam, Zeiaditam et ipſum, at parvulum obſcuro nomine et dubio, Ibrahimum his, Abdallam aliis appellantibus; cuius curam, una cum eius amita, gerebat Margan e numero famulorum modo laudati Hoſaini, filii Sallamae. Erat huic Margano par ſervorum, a quorum nutu totus pendebat, unus Cais dictus, alter Nagah,

 pater

* Nomen mihi quidem prorſus ignotum. *A.*

ونجاح المذكور جدّ ملوك زبيد على ما سنذكره ان شاء الله ،
فوقع التنافر *v* بين قيس ونجاح عبدي مرجان على الوزارة وكان
قيس عسوفا ونجاح رؤوفا ، وكان سيدهما مرجان يميل مع قيس
على نجاح وكانت عمة الطفل تميل الى نجاح ، فشكى قيس
ذلك الى مولاه مرجان فقبض مرجان على الملك وكان اسمه ابراهيم
وقيل عبد الله وعلى عمته وسلّمهما الى قيس ، فبنى قيس على
ابراهيم وعمته جدارا وختمه عليهما حتى ماتا ، وكان ابراهيم
المذكور اخر ملوك اليمن من بني زياد ، وكان قبض ابراهيم وعمته
في سنة سبع واربعماية ، فيكون مدة ملك بني زياد لليمن مايتي
سنة واربع سنين لانهم تولّوا من قبل المامون في سنة ثلاث ومايتين
وزال ملكهم في سنة سبع واربعماية وانتقل ملكهم الى عبيد عبيدهم
لان الملك صار لنجاح المذكور على ما سنذكره ان شاء الله تعالى ،
ولما قتل قيس ابراهيم وعمته تملّك ، فعظم ذلك على نجاح
واستنفر *x* نجاح الى الاسود والاحمر وقصد قيسا في زبيد وجرت بين
نجاح وقيس حروب عدة اخرها ان قيسا قتل على باب زبيد في
ذي القعدة سنة اثنتي عشرة واربعماية وقال نجاح لسيّده مرجان
ما فعلت بمواليك وموالينا ، قال هم في ذلك الجدار ، فاخرج
نجاح ابراهيم وعمته ميتين وصلى عليهما ودفنهما وبنى
عليهما مشهدا وجعل نجاح سيده مرجان موضعهما
ووضع معه جثة قيس وبنى *y* عليهما ذلك الجدار

وتملّك

v.) التنافر *mutua fuga, mutuus metus a* نفر *cum pavore fugere,* unde تنافر *fugit unus alterum.*

pater et auctor gentis, quae, quod ſtatim dicemus, poſt Zeiaditas, Nagahidarum nomine clara, Zabidae dominata fuit. Hos inter ob Veziratus dignitatem intercedebat ambitioſa contentio, animi diſpares. Cais enim ferox erat et irarum impotens: Nagah blandus et humanus. Cais favore gaudebat heri Margani, Nagaho infeſti; huic autem patrocinabatur regis pueri amita et tutrix. Pepererunt hae diſcordiae partiumque ſtudia Zeiaditis exitium. Margan enim, ſtimulatus Caiſi querimoniis, quo Nagahum frangeret orbaretque praeſidiis, et regem, et eius amitam A. F. CCCCVII comprehendit, et Caiſi tradit arbitrio; qui ambos in turriculam deportatos (118), ſeris ſigillisque * probe, ne quis accederet ſuccurreretve, obfirmatam, fame necat. Quod ſi ergo calculos ineas ab A. F. CCIV initio, quo Mamun Muhammedem primum Zeiaditam Arabiae felici rectorem immiſit, usque ad annum CCCCVII, quo Ibrahim, ultimus regum Zeiaditarum, periit; reperies eam gentem annos quatuor et ducentos obtinuiſſe; quorum imperium deinceps ſervi ſervorum eius gentis, ut patet, rapuerunt. Sublatis enim regibus, Ibrahimo, et eius amita, plena graſſabatur Cais licentia, regni uſurpator. Quod aegre ferens Nagah eum in urbe Zabid cum copiis adoritur, unde unde corraſis, rubris et nigris,** et Caiſo tandem poſt multos conflictus in ipſis Zabidae portis occiſo ſuperior evadit. Quod menſe penultimo anni CCCCXII contigit. Tum rationem ſibi reddi poſtulat a Margano, quid communibus dominis, Ibrahimis et eius amita, fecerit. Interroganti monſtrat Margan turriculam; unde mortuos extractos ambos Nagah piis votis, pro more et religione, proſecutus humavit, tumulumque ſuperſtructo decoravit ſacello, quod ibi iacere probos homines, inique peremtos, teſtaretur. Marganum autem invicem in eadem concludebat turricula, cum appoſito cadavere amici Caiſi, et ipſe porro

ſolus

* Vel ſimpliciter: *obfirmatam*, h. e. obturatam undecunque opere caementitio. *A.*

** H. e. Arabibus et Barbaris. *A.*

وتملك نجاح وركب بالمظلّة وضرب السكة باسمه واستغلّ بملك اليمن علي ما سنذكره ان شا الله تعالي في سنة اثنتي عشرة واربعمايه ☼

ثم دخلت سنة اربع ومائتين ، ذكر قدوم المامون الي بغداد ، في هذه السنة قدم المامون الي بغداد وانقطعت الفتن بقدومه ، وكان لباس المامون لما دخل بغداد ولباس اصحابه الخضرة وكان الناس يدخلون عليه في الثياب الخضر ويخرقون كل لباس يرونه من السواد ، ودام ذلك ثمانية ايام ، ثم تكلّموا بني العباس وقواد خراسان في ذلك فترك الخضرة واعاد لبس السواد ☼

ذكر وفاة الامام الشافعي رحمه الله تعالي ، وفي هذه السنة اعني سنة اربع ومائتين توفي الامام الشافعي وهو محمد بن ادريس بن العباس بن عثمان بن شافع بن السايب بن عبيد بن عبد يزيد بن هاشم بن المطلب بن عبد مناف ، وهذا شافع الذي ينسب اليه الشافعي لقي النبي وهو مترعرع وابوه السايب اسلم يوم بدر ، فالشافعي شقيق رسول الله في النسب يجتمع معه في عبد مناف ، وكانت زوجة هاشم بن المطلب بن عبد الله بنت عمه الشفا بنت هاشم بن عبد مناف فولد له منها عبد يزيد جدّ الشافعي ، فالشافعي اذن ابن عم النبي وابن عمته لان الشفا اخت عبد المطلب جد رسول الله ،

وولد

x) استغلّ id. quod تغلّ Vid. adnot. praeced.

y) وبني Procul dubio aut واغلق, aut وختم legendum.

ſolus et absque controverſia regnabat, et regni iuribus utebatur omnibus; quo pertinent editio numerum ſuo nomine ſignatorum, et proceſſio equeſtris ſub ſericeo ſuper caput ſublato umbraculo (119), et quae plura ſunt talia. Latius haec, bono cum deo, perſequemur ad annum CCCCXII.

Abſolutis itaque his redimus in ordinem, ea narraturi, quae anno CCIV [qui A. C. 819 Iunii 27. coepit] Bagdadi ſub adventum Mamuni contigerunt. Is enim hoc demum anno veniebat Bagdadum, ſuaque praeſentia componebat tumultus. Introibat urbem et cum eo milites et purpurati, viridi omnes amictu; et quibus palatium erat adeundum, illis, ut praſini comparerent, neceſſe pariter erat. Pulla enim veſtis, quaecunque ſe offerret, lacerabatur. Tenuit ille mos primo tantum octiduo. Concedebat enim tandem Mamun et hac in re ſuorum gentilium et ducum Choraſanicorum obteſtationibus, abrogataque praſina pullae uſum revocabat.

Eodem anno celeber ille antiſtes obiit, qui vulgo Schafiaeus (120) dicitur, vero nomine Muhammed audiebat, filius Edriſi, filii Abbaſi, filii Otmani, filii Shafei, filii Saiebi, filii Obaidi, filii Abd-Iazidi, filii Haſchemi, filii Motallebi, filii Abd-Menafi. Patet hac ex tabula, unde nomen, quo cluet. Ductum id ab avo patris, Schafeo; qui Shafeus, una cum patre Saiebo, vidit prophetam, et in praelio Bedrenſi captus cum illo aliisque infidelibus, adoleſcens tum, fidem Muſlemicam profeſſus eſt. Conſtat quoque hunc Imamum germanum fratrem prophetae eſſe. Quippe prophetae avus Haſchem, et avus noſtri doctoris, Motalleb, fratres erant, filii Abd-Menafi, in quo communi patre tam prophetae, quam noſtri, genus concurrit. Praeter hanc etiam alia ratione prophetae ex patruele affinis erat. Haſchem enim, filius Motallebi, filii Abd-Menafi, avus noſtri, habebat in matrimonio Schafaam, filiam ſui patruelis Haſchemi, filii Abd-Menafi; unde ſuſcepit Abd-Iazidum, Imami noſtri avum. Erat autem

وولد الشافعي سنة خمسين ومائة بغزة على الصحيح وقيل في غيرها واخذ الشافعي العلم عن مالك بن انس ومسلم بن خالد الزنجي وسفيان بن عيينة وسمع الحديث من اسماعيل بن علية وعبد الوهاب بن عبد المجيد الثقفي ومحمد بن الحسن الشيباني وغيرهم، قال الشافعي حفظت القران وانا ابن تسع سنين وحفظت الموطا وانا ابن عشر وقدمت على مالك وانا ابن خمس عشرة سنة، وقال رايت عليّ بن ابي طالب في منامي فسلّم عليّ وصافحني z وجعل خاتمه في اصبعي، وفسّر لي ان مصافحته لي امان من العذاب وجعله الخاتم في اصبعي انه سيبلغ اسمي ما بلغ اسم عليّ رضي الله عنه في الشرق والغرب، وناظر الشافعي محمد بن الحسن في الرقة a فقطعه الشافعي، وكان الشافعي حافظا للشعر، قال الاصمعي قرات ديوان الهذليين على محمد بن ادريس الشافعي، وقال ابو عثمان المازني سمعت الاصمعي يقول قرات ديوان الشنفري على الشافعي بمكة، وكان احمد بن حنبل يقول ما

z) وصافحني proprie, *planum ſuum plano meo oppoſuit*, h. e. vel volam ſuam meae volae, vel vultum ſuum vultui meo appoſuit, teſte Meidanio. Integram elocutionem habet Haririus conſeſſ. XLIV. صافحني براحة ubi ſcholiaſtes صافحني explicat per واجهني وقابلني

a) Diu haeſitavi, quo ſenſu deberet vox الرقة hic loci accipi. Tandem decrevi, *argentum* notare, et controverſiam fuiſſe de illo dicto Muhammedis, quod in Traditionibus aſſervatur, الرقة ربع العشر *argentum eſt quarta pars decuriae:* quod ego quidem non intelligo; et forte doctoribus Muhammedanis etiam negotium faceſſit. Hauſi hoc ex

illa femina ſoror Abd-el-Motallebi, avi Muhammedis prophetae. Natus fuit Schafiaeus anno CL Gazae, ut habet fida traditio, quamvis alii dicant alibi editum, ſed ii minus probabiles. Magiſtros habuit in theologia Malecum, filium Anaſi (121), et Muſlemum filium Chaledi, Zingum; et Sofianum, filium Oiainae. (122) Traditionum ſcientiam hauſit ab Iſmaële, filio Aliiae, et Abd-el-Vahhabo, filio Abd-el-Magidi, Tacafita, et Muhammede, filio Haſani Schaibanita, et aliis. Ipſe de ſe praedicavit Schafiaeus, novem annorum puerum (123) ſe memoria complexum Coranum fuiſſe, anno aetatis decimo comprehendiſſe Mauta (124) [librum Maleki, filii Anaſi,] ipſum Malecum audiiſſe decimo quinto; idem de ſe auctor eſt, vidiſſe aliquando Alin per ſomnum, ſibi dextram amicam iungentem, ſuoque digito detractum annulum ipſius, Schafiaei, digito inſerentem. (125) Cuius inſomnii editam ſibi a prudentibus hanc fuiſſe interpretationem: Alii quidem ſalutationem et amicos amplexus ipſi ab aeternis ſuppliciis ſecuritatem ſpondere: adplicationem autem annuli portendere tantam futuram nominis Schafiaeici celebritatem, quanta fuerit aut futura ſit nominis Alii, et quam late promanavit huius fama in orientem et occidentem, eodem quoque Schafiaei famam evagaturam eſſe. Celebris eſt illa noſtri de Recca habita cum Muhammede, filio Haſani [magiſtro] diſputatio, qua is huic ſilentium invicto argumento impoſuit. Secundum ſeveras diſciplinas etiam poëtis operam dederat. Sane profeſſus eſt celeber ille philologus, Aſmaaeus, coram Schafiaeo magiſtro Divan Hudailitarum perlegiſſe. Carmina Schanfarii* quoque idem eodem auſcultante et obſcura exponente legit. Quod ſe ex ipſius Aſmaaei ore accepiſſe teſtatus fuit Abu-Otman Mazenita. Magnus ille doctor, Ahmed, filius Hanbali, profeſſus eſt, ignoraſſe quid eſſet in traditionibus Naſech [obſole-

R 2

* Vel *Schamfarii*, non *Schafarii*, ut exhibet d'Herbelot in bibl. or. et ex eo Catal. bibl. reg. Pariſ. pag. 253. n. 1455.

ما عرفت ناسخ الحديث ومنسوخه حتي جالست الشافعي ، وقدم الشافعي بغداد مرتين في سنة خمس وسبعين ومائة ثم قدمها مرة اخري في سنة ثمان وسبعين ومائة ، وناظر بشر المريسي المعتزلي ببغداد وناظر حفص الفرد بمصر فقال حفص القران مخلوق واستدلّ عليه فتحاربا في الكلام حتي كفّره الشافعي ، ومما استدلّ به الشافعي (وقد رواه ابو يعقوب البويطي) قال سمعت الشافعي يقول انما خلق الله الخلق بكن ، فاذا كانت كن مخلوقة فكان مخلوقا خلق بمخلوق ، قال ابن بنت الشافعي حدثني ابي قال كان الشافعي ينظر في النجوم وهو حدث وما نظر في شي الّا قاف *b* فيه فجلس يوما وامراته تطلق فحسب وقال تلد جارية عوراء علي فرجها خال اسود تموت الي كذا وكذا ، فولدت وكان كما قال فجعل علي نفسه ان لا ينظر فيه *c* بعدها ودفن الكتب التي كانت عنده في النجوم ، وكان الشافعي ينكر علي اهل العلم علم الكلام وعلي من *d* يشتغل فيه ، وللشافعي اشعار فايقة منها من ابيات ،

واحقّ

ex Haririo, qui in commentario ſuo ad conſeſſ. XXXVI. ſic ait: الرقة من اسماء الفضة وقد نطق بها رسول الله وقال في الرقة ربع العشر ،

b) قاف *quin de eo coniecturam ſuam phyſiognomicam ediceret.* De hoc verbo قاف, quae proferam multa non habeo; praeter unum locum Tebrizii ad Hamaſam, quem attuliſſe prorſus inutile non erit. يقال قاف يقوف اذا تبع مثل قفي يقفو ، قال الشاعر كذبتم عليكم

ſoleſcens] et Manſuch [abrogatum] (126), donec ſermonem cum Schafiaeo contuliſſet. Bagdadum adiit hic vir bis, ſemel anno CLXXV et iterum anno CLXXVIII [ſedem fixam Miſrae habebat]. Et hac quidem altera vice cum Beſchro Motazalita Bagdadi commiſit diſceptationem (127), illo, cui de patria vulgare cognomen Mariſici eſt, Miſrae vero Haſſo Fardo appellato. (128). Altercationis huius argumentum erat potiſſimum Coranus. Haſs enim contendebat eum creatum eſſe, quod Schafiaeus ardore tanto negabat, ut adverſarium ideo pro haeretico et infidele declararet. Iuvat ex ore Abu-Iacobi Bovaitenſis argumentum elegans adferre, quo noſter Haſſum refutavit. Deus (ſic ratiocinabatur Schafiaeus) creavit omnia per ſuum omnipotens *Cun* [hoc eſt, *eſto*]: atqui ſi *Cun* [quae particula eſt Corani] creata fuit, creatum fuit hoc rerum univerſum per rem creatam. [Id quod eſt abſurdum]. Ceterum obſervandis aſtris rerumque eventibus inde colligendis et praeſagiendis operam dedit Schafiaeus, quod eius ex filia nepos refert his verbis. Vt mihi narravit pater, ait, delectabatur avus meus adhuc iuvenis aſtrorum contemplatione, quippe qui aliam quoque nullam rem adſpiceret, quin ſtatim inde ominaretur. Accidit itaque, ut aliquando ſub dio ſedens, interea dum uxor eius intus parturit, coelum contemplaretur, e quo ſubductis rationibus pronunciabat portendi partum puellae, cui alter oculus lumine caſſus, et pudendum nigro naevo obſitum, et quae certum intra tempus, quod ipſe definiebat, e vivis eſſet exceſſura. Cui praeſagio quum eventus exacte reſponderet, adſtringebat ipſe ſe voti religione eo, ut numquam deinceps aſtra hariolandi cauſſa intueretur, libroſque ſui iuris de aſtrologia iudiciaria exponentes, terra abſcondebat. Idem improbabat theologiae ſcholaſticae, vel dialecticae, [elm-el-calam] ſtudium. Scita condidit carmina, quorum en ſpecimen:

واحق خلق الله بالهم ذو همة يبلي بعيش ضيق ،

وله ايضا من ابيات ،

رعت النسور بقوة جيف الفلا ورعي الذباب الشهد وهو ضعيف *e* *

وفيها مات الحسن بن زياد اللولوي الفقيه احد اصحاب ابي حنيفة ، وابو داود سليمان ابن داود الطيالسي صاحب المسند ومولده سنة ثلاث وثلثين ومائة *

وفيها توفي النضر بن شميل *f* بن خرشة البصري النحوي سار الي خراسان ولما خرج من البصرة مسافرا طلع لوداعه نحو ثلثة الاف رجل من اعيان اهل البصرة فقال النضر والله لو وجدت كل يوم كيلجة باقلا ما فارقتكم ، فلم يكن فيهم احد يتكفل له ذلك ، واقام بمرو من خراسان وصار ذا مال طائل وصحب الخليفة المامون وحظي عنده ، وكان يوما عنده فقال المامون حدثنا

عليكم لا تزال تقوفني كما قاف اثار الوسيقة قائف *

وجمعه قافة ، ومن ذلك قيل للقوم الذين ينظرون الي الولد فيحكمون من ابوه القافة لانهم يتبعون الشبهة في الاعضاء ،

c) فيه lege فيها

d) وعلي من ſuſpectum: forte ويوبخ من

e) Addam aliud ex Raud-al-Achiar:

ما يحك جلدك مثل ظفرك ، فتول انت جميع امرك ،
واذا قصدت احدا لحاجة فاقصد لمعترف بقدرك *

"Non ſcalpit cutem tuam alius tam bene quam tuus unguis. Ergo "ſuſcipe ipſe gerere res tuas.

"Et ſi quando tibi opus eſt aliqua in re alterius ope, adi eum, qui "tibi tuum pretium ſtatuere norit."

f) Sic Ibn-Cotaiba. Cod. Leid. habet النضر بن سهيل

Omnium maxime decet ſollicitum eſſe illum, qui, dum ardua molitur, nobilium vir ſpirituum, vexatur et marcet inopia.

Item illud [quo, parere humanas ſortes fati arbitrio, et ad conſequendam illuſtrem fortunam neque vim prodeſſe, neque obeſſe infirmitatem, perſuaſum ivit]:

Vultures, fortiſſimae quamvis aves, paſcuntur in deſertis proiecta cadavera; vilis autem muſca, vel infantis iniuriis obnoxia, mel lingit.

Eodem anno CCIV obiit Haſan, filius Zeiadi, Luluvita, fakihus e ſchola Abu-Hanifae; ut et Abu-Davud Solaiman, filius Davudi, Taialaſi [vel epomidarius], auctor Maſnadi [ſeu Corporis traditionum]. Natus fuerat anno CXXXIII.

Eodem obiit Nadr, filius Schomaili, filii Charaſchae, Baſrenſis, grammaticus; mira et diſpari fortuna uſus. Baſrae enim erat quidem ſuis magno in honore, ſed carebat neceſſariis, et tam duros habebat in ſe populares, ut, quum inopia coactus excederet e patria, migraturus in Choraſanam, exponeretque amicis abeuntem aliquousque proſequentibus, quam invitus eos deſerat, quam cupide manſurus, dum modo eſſet qui in ſe reciperet ipſi quotidianas in victum fabarum Cailagas praeſtandas; amplius enim nihil flagitare; ut, inquam, ex ter mille amicis (tot enim erant, qui eum proſequebantur civium nobiliſſimi) nemo unus tamen vel tantillum ipſi ſponderet. Quo autem iniquiorem habuerat in patria fortunam, eo magis faventem expertus eſt in Choraſana. Nam delatus Marvam venit in Mamuni conſuetudinem, et vir beatus evaſit, munificentia principis litteratos amantis et foventis. Cuius ingenium quale erga litteras fuerit earumque cultores, hoc exemplo conſtare poterit. Pronunciabat Mamun aliquando coram noſtro grammatico traditionem mox recitandam, eiusque auctorem edebat Haſchimum,

ſuum

حدثنا هشيم عن مخالد عن الشعبي *g* عن ابن عباس ، قال قال رسول الله اذا تزوّج الرجل المراة لدينها وجمالها كان فيه سداد من عوز *h* ، وفتح سين سداد ، فاعاد النضر الحديث وكسر السين من سداد ، فاستوي المامون جالسا وقال تلحنّي يا نضر فقال انما لحن هشيم ، (وكان لحّانة) ، فتتبّع امير المومنين لفظه ، قال فما الفرق بينهما قال السداد بالفتح القصد في الدين والسبيل والسداد بالكسر البلغة وكل ما تسدّدت به شيا فهو سداد بكسر السين وانشد من ابيات عبد الله بن *i* عمر بن عمرو بن عثمان بن عفان المعروف بالعرجي الشاعر المشهور ،

اضاعوني

g) عن الشعبي Sic Ibn-Schehna. Cod. L. habet السعبي et abſque عن

h) عوز habet Ibn-Schehna: ſed Cod. L. عوم Haec ipſa verba سداد من عوز velut proverbium proponit Meidanius cap. XII. et hoc modo interpretatur: السداد اسم من سد يسدّ والسَداد من سد السهم يسد ، وقال النضر بن شميل اصل السداد شي من اللبن ييبس في احليل الناقة سمي به لانه يسد مجري اللبن ، والعوز اسم من الاعواز ، يقال اعوز الرجل اذا افتقر ، وعَوِزَ مثله ، وعَوِزَ الشي يعوز عوزا اذا لم يوجد ، يضرب للقليل يسد الخلة ،
"*Sedad* eſt nomen a *ſadda*, *jaſoddu* [obſtruere]: ſed *ſadad* eſt nomen a *ſadda*, *jaſeddo* [ſagittam recte direxit]. Ait Nadr, filius Schomaili: originalis vocis Sedad ſignificatio ea eſt, quum notat grumum lactis in papillae camelinae meatu haerentem. Dictus autem is ita fuit ex eo, quod *jaſoddu*, obſtruit meatum lactis. *Avaz* porro eſt nomen a IV Coni. verbi *Auz*. Dicitur *Aavaza* quidam, quando eget: attamen inter-

ſuum magiſtrum, a quo ipſe acceperat; Haſchim autem ipſi eam impertiverat ex auctoritate Mochaledi; hic habuerat a Schaabio; hic ab Ibn-al-Abbaſo; qui perhibuerat prophetam dixiſſe: "Si "quis uxorem ducit non magis eius forma, quam vera fide et "probis moribus inductus, ea in re eſt *Sadad min Vs*, h. e. ob-"turaculum hiatus, fultura labantis rei domeſticae." Mamun, hanc traditionem recitans, efferebat primam earum vocum, *Sadad*, gemino *a*. Noſter grammaticus, modeſte taciteque correcturus Mamunum, eandem traditionem totidem verbis repetebat, at, pro *Sadad*, ipſe *Sedad* efferens. Quod princeps ut audit, (ſupinus antea recubuerat) iam erigebat ſe, [quod faciunt, aut indignantes et minaces, aut qui icti ſermonis novitate aures ad probe audiendum intendunt,] et, Etiam, ait, mihi vitium ſermonis exprobras? Non ego te, princeps fidelium, ſoloecum habeo, neque ſoloeciſmi arguo, ſic reſpondebat Nadr, ſed vitium in eum recidit, qui te docuit. Magiſter tuus Haſchim ignorabat, qui differrent voces *Sadad* et *Sedad*: quod in eo non valde mirum, qui alias quoque imperite turpiterque permutare et turbare vocalium conſueſſet differentias. Cupide hanc anſam arripiebat princeps, doctrinaeque perſecutus veſtigia, quid tandem interſit inter ambas voces diſcriminis interrogabat. Diſcrimen hoc intereſt, reſpondebat Nadr: *Sadad* notat recta tendere, ſive de viatore dicatur et de ſemita, de quibus proprie dicitur, ſive, per translationem, de religione, et via ſalutis. *Sedad* vero eſt tam bucella, et ſufficiens homini victus, id, quod neceſſitatibus eius ſatisfacit; quam generatim, quidquid hiatum alicuius rei opplet et obturat. Simul demonſtrandae veritati grammaticae huius obſervationis afferebat verſum illum celebrem poëtae ab Argitae nomine celebris, Abdallae, filii Omari, filii Amrui, filii Otmani, filii Affani:

k اضاعوني وايّ فتي اضاعوا ليوم كريهة وسداد ثغر *l* ،

فامر له المامون في خمسين الف درهم ٭ وكان النضر من اصحاب الخليل بن احمد ٭ والنضر بفتح النون وسكون الضاد المعجمة ثم راء، وشميل بضم الشين، وخرشة بفتح الخاء المعجمة، والعرج بفتح العين المهملة وسكون الراء ثم جيم عقبة بين مكة والمدينة ٭

ثم دخلت سنة خمس ومايتين، في هذه السنة استعمل المامون طاهر بن الحسين علي المشرق من مدينة السلام الي اقصي عمل المشرق ٭

وفيها توفي يعقوب بن اسحاق بن زيد البصري المقري وهو احد القراء العشرة وله في القراات رواية مشهورة قرا علي سلام بن سليمان الطويل وقرا سلام علي عاصم بن ابي النجود وقرا عاصم علي ابي عبد الرحمن السلمي وقرا ابو عبد الرحمن علي عليّ بن ابي طالب وقرا عليّ علي رسول الله ٭

ثم دخلت سنة ست ومايتين، وفيها مات الحاكم بن هشام صاحب الاندلس لاربع بقين من ذي الحجة، وكانت ولايته في صفر سنة ثمانين ومائة ولما توفي كان عمره اثنين وخمسين سنة، وخلف من الولد تسعة عشر ذكرا ولما مات قام بالملك بعده ابنه عبد الرحمن بن الحكم ٭

وفيها

interdum *aveza* quoque in I Coni. eodem ſenſu adhibetur. De re ipſa, qua quis indiget, dicitur *avaza*, ſi nusquam comparet, ſi deſideratur. Provérbium uſu venit, ſi rem parvam ſed neceſſitati tamen ſufficientem deſignare volumus."

i) عبد الله بن addidi ex Ibn-Doreid et Ibn-Cotaiba.

Paſſi ſunt me perire: at quantum virum paſſi ſunt perire, et qualem, in die tetrico, et in quo nudum et hians latus [ſeu Iſlamiſmi, ſeu territorii, ſeu exercitus noſtri] ſcuto et obturaculo indigebat!

Compenſabat Mamun ſecum factam huius obſervationis communicationem quinquaginta numum argenteum millibus. Tulit noſtrum grammaticum ſchola celebris illius Chalili, filii Ahmedis. Poëtae autem noſtri, cuius verſum modo excitabamus, agnomen venit ab Arg, colle quodam Medinam inter et Meccam ſito.*

Anno CCV [qui die 16 Iunii A. C. 820 coepit] praeficiebat Mamun Taherum, Hoſaini filium, toti orienti, ſeu tractui illi, qui ab urbe pacis [cognomen Bagdadi], ad extimos ditionis Muſlemicae fines in orientem patet.

Eodem obiit Iakub, filius Ishaki, filii Zaidi, Baſrenſis, Mocri, unus illorum celebrium, numero decem, lectorum Corani; cuius viri ratio legendi Coranum eſt ſummae, ſi quae alia, celeberrimaeque fidei et auctoritatis. Sacrum enim codicem ipſi praelegerat et legendi rationem tradiderat magiſter eius Sallam et-Tavil [ſeu procerus], filius Solaimani; Sallamo praelegerat Aſem, filius Abu-Nagudi; huic Abu-Abd-er-Rahman Salamita; huic Ali, filius Abu-Talebi; huic ipſe propheta.

Exeunte anno CCVI, quarto die ante novi exordium [hoc eſt vigeſimo primo Maii A. C. 821] obiit Hakem, filius Heſchami, dominus Andaluſiae, exactis in imperio viginti ſex annis, (inierat enim ſecundo menſe anni CLXXX) natus annos quinquaginta duo. Reliquit novendecim liberos, e quibus Abd-er-Rahman in regnum ſuccedebat.

* His contradicunt, quae in deſcriptione Arabiae p. 6 et 7 edit. Hudſoni T. III. geogr. min. leguntur. *A.*

وفيها توفي محمد بن المستنير المعروف بقطرب النحوي اخذ النحو عن سيبويه ، وكان يبكر بالحضور الي سيبويه للاشتغال عليه قبل الصبح فقال له سيبويه ما انت الا قطرب *m* ، فغلب عليه ذلك وصار لقبه ٭

وفيها توفي ابو عمرو اسحاق الشيباني اللغوي ٭

ثم دخلت سنة سبع ومايتين ، فيها توفي طاهر بن الحسين في جمادي الاولي من حمي اصابته وكان في اخر جمعة صلاها قد ترك الدعاء للمامون وقصد ان يخلعه فمات ، وكان طاهر اعور ويلقب ذا اليمينين وفيه يقول بعضهم ،

يا ذا اليمينين وعين واحدة نقصان عين ويمين زايدة ٭

وفي هذه السنة توفي بشر بن عمرو الزاهد الفقيه وهو غير بشر الحافي ،

وفيها

k) Verſum praecedentem hunc citat Ibn-Cotaiba:

كاني لم اكن فيهم وسيطا ولم تك نسبتي في ال عمرو

"Ac ſi non eſſem inter ipſos [meos gentiles] medius, [velut margarita in filo margaritarum media, extraordinaria magnitudine conſpicua] et ac ſi meum genus non eſſet de familia Omairi."

Occaſionem dictorum verſiculorum idem refert hanc. "Habitabat, ait, in عرج Arg, loco haud procul Taiefo, hanc inter et Meccam. Ibi ſolebat Ibrahimum filium Haſchami [praefectum ut videtur Arabiae felicis, aut Meccae] ſatiris et convitiis lacerare; quo irritatus ille noſtrum hominem in carcerem coniecit, in quo antequam periret citatos verſus dixit."

l) وسداد ثغر *obſtructione hiatus*, foraminis, feneſtrae. Sic appellantur loca hoſti patentia.

Eodem anno quoque grammaticus ille, Cotrobi nomine celeber, obiit, Muhammed ſuo nomine dictus, filius Moſaieri. Agnomen, quo citari vulgo ſolet, adhaeſit ipſi a Sibuia, magiſtro, et ex illo tempore, quo hic ad diſcipulum converſus dicebat: "Tu non es niſi Cotrob." Solebat nimirum Muhammed, diſcendi cupiditate flagrans, magiſtrum, doctrinae accipiendae cauſſa, ſummo mane, luce nondum oborta convenire. Quam intempeſtivam et rari exempli ſedulitatem miratus Sibuia, mi fili, aiebat, tu mihi videris, non homo, ſed Cotrob eſſe: [ſic appellant Arabes parvos daemones ſilvaticos inquietos; item animalculum aliquod agile aquaticum in aquae ſuperficie aſſidue ſe motitans.]

Eodem obiit Abu-Amru-Ishac Schaibanita, ſcientia linguae Arabicae eiusque gloſſarum nobilis.

Anni CCVII [qui die 26 Maii A. C. 822 coepit] quinto menſe obiit Taher, filius Hoſaini, ex febri, tempore peropportuno, antequam aut ſibi, aut Mamuno, faceſſeret negotium; quod contigiſſet procul dubio, absque fati interceſſione. Nam in precibus, quas coetui fidelium die Veneris noviſſimas praeiverat, omiſerat Mamunum nominare et vota pro ipſius incolumitate facere: quod id eum animo agitaſſe, ut principem imperio privaret, argumento eſt. Altero carebat oculo, ſed erat ambidexter, unde agnomen Du-l-Iaminain accepit [hoc eſt eius, qui duas dextras habet, ſeu ſiniſtra non minus, atque dextra, uti novit]. Hinc intelligas illud poëtae dicterium:

> O tu, qui duas dextras et unum oculum habes, oculum minus, et dextram plus, quam oportebat [profecto monſtrum te natura edidit].

Eodem obiit Beſchr, filius Amrui, vir ſanctus, et fakihus, ſed diverſus ab illo Beſchro, qui Hafi [ſeu nudipes] appellatur.

وفيها توفي محمد بن عمر بن واقد الواقدي وعمره ثمان وسبعون سنة وكان عالما بالمغازي واختلاف العلماء وكان يضعف في الحديث، وللواقدي عدة مصنفات وكان المامون يكرم جانبه *n* ويبالغ في رعايته، وكان الواقدي متوليا القضاء بالجانب الشرقي من بغداد *

وفيها توفي محمد بن عبد الله بن عبد الاعلى المعروف بابن كناسة وهو ابن اخت ابراهيم بن ادهم، وكان عالما بالعربية والشعر وايام الناس *

وفيها توفي ابو زكريا يحيى بن زياد بن عبد الله المعروف بالفرّاء الديلمي الكوفي وكان ابرع الكوفيين واعلمهم بالنحو واللغة وفنون الادب وكان في ذلك اماما، قال الجاحظ دخلت بغداد في سنة اربع ومايتين حين قدم اليها المامون وكان الفرا يحبني ويشتهي ان يتعلم شيا من علم الكلام، فلم يكن له فيه طبع، فاتخذ المامون الفراء معلّما لاولاده، وللفرا عدة مصنفات منها كتاب الحدود وكتاب المعاني

m) قطرب Varias interpretationes huius vocis proponit Golius in Lexico: *daemonis ſylvatici ſpecies*, *mas empuſae*, *parvus daemon*, *catellus*, *animal agile*, *ſtrix*, *mus*; *latro*, *lupus*, denique *melancholiae genus*, *lycanthropia*. Vocabulum ſuperſtitionis apud Arabes fuiſſe videtur, de cuius vera ſignificatione ipſi grammatici dubitant. Aliquot de eo nata proverbia, ut اجول من قطرب "circumvagantior, quam Cotrob" item اسعي *δρομικώτερος* et اشهر من قطرب "pervigilantior, quam Cotrob." Ad prius proverbium Meidanius: قالوا هو دويبة تجول الليل كله لا تنام، ويقال فيه ايضا اشهر من قطرب وفي الحديث لاعرفن احدكم جيفة ليل قطرب نهار، "aiunt, "Cotrob animalculum eſſe, quod tota nocte circumvagetur, neque "dor-

Eodem obiit Muhammed, filius Omari, de gente Vakedi, unde vulgo citari ſolet Vakedius, octo et ſeptuaginta natus annos, Cadi in urbis auguſtae parte orientali, magno in honore habitus a Mamuno, qui modis omnibus eum tueri, ei gratificari et parere, tendebat. Hic vir, ut hiſtoriae fuit peritiſſimus, ut ea, quae naſcente Iſlamiſmo contigerunt, et quibus quantarum gentium cladibus res noſtrae legis creverint, pluribus expoſuit voluminibus (129) doctorumque diverſas ſententias, lites, et improbas damnatasque ſectas optime calluit: ſic infirmae et ſuſpectae auctoritas eſt in ea theologiae parte, quae circa traditiones verſatur.

Eodem obiit Ibn-Cannaſch, ſic vulgo dictus, Muhammed, filius Abdallae, filii Abd-el-Ala; Ibrahimi Adamidae ex ſorore nepos, litteris Arabicis bene inſtructus, in quo neque grammatices et liberi ſermonis, neque carminum, neque rerum geſtarum, et, quae hiſtoriarum haud minima pars eſt, bellorum Arabicorum, facultatem facile deſideres.

Eodem obiit Abu-Zacaria Iahia, filius Zeiadi, filii Abdallae, vulgo nomine Farraï notus, origine Dailomita (130), ſede Cufenſis; eruditorum, quos Cufenſis ſchola edidit, excellentiſſimus, qui tantum de grammatica ſcientia, et gloſſematica, et reliquis humaniorum litterarum partibus animo, quantum nullus alius, comprehenderat, et videbatur ad haec, magis quam ad alia, factus natus homo. Narrat Gahet, celeber ille Metaphyſicus, quum Bagdadum anno CCIV veniret, eodem, quo Mamun illuc e Choraſana rediret, acceſſiſſe Farraum ad ſe, et de ſe prodidiſſe cupidinem aliquam metaphyſicae [aut theologiae ſcholaſticae] guſtum percipiendi: ſed parum ea in re illum profeciſſe, cui natura huic doctrinae imbibendae aptum negaſſet ingenium. Farraus praefuit Mamuni liberis erudiendis, et edidit libros complures; ut librum definitionum, aut terminorum; item librum idearum [h. e. de explicatione venuſtarum, at arduarum tam

Corani,

المعاني وكتابان في المشكل وكتاب النهي وغير ذلك ، وكانت وفاته
بطريق مكة وعمره نحو ثلاث وستين سنة ، ولم يكن الفراء يعمل
الفرا ولا يبيعها بل تلقب بذلك لانه كان يفري الكلام ❊

ثم دخلت سنة ثمان ومايتين ، فيها مات الفضل بن الربيع ❊

ثم دخلت سنة تسع ومايتين ، فيها مات ميخايل ملك الروم
وكان ملكه تسع سنين وملك بعده ابنه توفيل ❊

وفيها توفي ابو عبيدة محمد بن حمزة *o* اللغوي وكان يميل
الي مقالة الخوارج وعمره تسع وتسعون سنة وكان متقنا في العلوم
وكان مع كمال فضايله اذا انشد شعرا كسّره ولا يحسن بقيم وزنه ،
وبلغت مصنفاته نحو مايتي مصنفا ❊

ثم دخلت سنة عشر ومايتين ، فيها ظفر المامون
بابراهيم بن محمد بن عبد الوهاب عن ابراهيم الامام
وكان

"dormiat. Alii pro *circumvagantior* Cotrobo, dicunt, *pervigilantior.* In traditionibus exſtat haec ſententia: Sane novi unum aliquem veſtrum, cadaver noctis, cotrob diei." h. e. diu in negotiis ſuis agilem, nocte autem, quando preces faciendae ſunt, immobilem. Scholiaſtes Hariri ad conſ. XLVI de eadem voce: القطرب دويبة كانت الجاهلية تزعم انها ليس بقرار البتة ، ويقال لصغار الجن قطرب ، "Cotrob eſt animalculum, quod pagani Arabes numquam quieſcere exiſtimabant. Eſt quoque nomen daemonum aetate adhuc "parvulorum."

n) جانبه *latus eius.* Dicunt Arabes *latus*, pro *exiſtimatione*, *obſervantia* erga aliquem. Hinc جناب *maieſtas.*

o) محمد بن حمزة Sic legendum puto pro cod. Leid. معمر بن مثني

Corani, quam poëtarum Arabicorum ſententiarum]; duo libros de obſcuro et difficili, tam in oratione, quam in grammatica; item librum prohibitionis, vel et prudentiae,* et alios. Obiit in via, qua Meccam itur, natus annos propemodum ſexaginta tres. Ne quis ex eo, quod Farraus vulgo citatur, opinetur eum pellicarium fuiſſe [id enim vocabulum ſignificat]; monitos velim lectores, eum nunquam pellibus aut parandis, aut conſuendis, aut vendendis quaeſtum feciſſe, ſed ex eo ſibi agnomen Farraï impoſuiſſe, quod diligenter rimari et quaſi cultello reſecare ſermonem ſoleret [id quod itidem vocabulum notat].

Anno CCVIII [qui die 15 Maii A. Chr. 823 coepit] obiit Fadlus, filius Rabii [quem ſupra diximus, Haruni Raſchidi purpuratorum principem fuiſſe] (131).

Anno CCIX [qui die 3 Maii A. C. 824 coepit] obiit Michaël [Balbus], imperator Graecus, novem annis in imperio actis, cui ſucceſſit Theophilus, filius.

Eodem obiit anno aetatis XCIX Abu-Obaida Muhammed (132), filius Hamzae, celeber philologus. Haud multum aberat a ſcitis Charegitarum, et, quamvis elegantium litterarum omnem ambitum animo complexus eſſet, tamen, ſi quando carmen ipſi recitandum, aut, pro more grammaticorum, verſus e poëta quodam, ſive declarandae vocabuli ſignificationis ergo, ſive alias, afferendus eſſet, ſcandere, quod appellant proſodiaci, non norat, tantus grammaticus, miſereque proſodiam excarnificabat. Reliquit librorum duas propemodum centurias. (133)

Anno CCX [qui die 23 April. A. C. 825 coepit] potitus eſt Mamun [agnato] Ibrahimo, filio Muhammedis, filii Abd-el-Vahabi, filii Ibrahimi Imami [Abbaſida]; qui vulgo [e matris nomine]

* Obſcuritatem titulorum librorum apud Arabes ne mirentur lectores. Affectant enim obſcuritatem in his titulis, ut niſi inſpicias libros, quales ſint, non facile dixeris. *A.*

وكان يعرف بابن عايشة وبجماعة معه من الاعيان الذين قد سعوا في البيعة لابراهيم بن المهدي، فحبسهم ثم صلب ابن عايشة وهو اول عباسي صلب ثم انزل وكفن وصلي عليه ودفن *

وفيها في ربيع الاخر امسك حارس اسود ابراهيم بن المهدي وهو متنقب *p* مع امراتين في زي امراة وحضر بين يدي المامون فحبسه ثم بعد ذلك اطلقه، قيل شفع فيه الحسن بن سهل وقيل ابنته بوران وقيل بل المامون من نفسه عفي عنه *

وفي هذه السنة دخل المامون ببوران بنت الحسن بن سهل وكان الحسن بن سهل مقيما في فم الصلح، فسار المامون من بغداد الي فم الصلح ودخل بها ونثرت عليه جدة بوران امّ الحسن الف حبة لولو من انفس ما يكون واوقدت شمعة عمر *q* فيها اربعون منا، وكتب الحسن بن سهل اسماء ضياعه في رقاع ونثرها علي القواد، فمن وقع له رقعة اخذ الضيعة المسمّاة فيها * اقول قد تقدّم في سنة ثلاث ومايتين ان الحسن بن سهل تغيّر عقله من السوداء وقيّد وحبس وكانه تعافي بعد ذلك وعاد الي منزلته ولكن لم يذكروا ذلك *

وفيها

p) تنقّب proprie eſt, teſte Ibn-Doreido تدخّل وتفحّص *ſeſe immiſit in foramina*, perreptavit latebras, vel auffugiendi, et aliquo perveniendi, vel rem perſcrutandi cauſa. Dicitur quoque in I et II Coni.

q) Neſcio, quid ſibi velit haec vox punctis deſtituta, niſi forte عنبر legendum; ambram enim admiſceri cereis orientalium ſolere conſtat ex Leone Africano VIII. 36. Totum locum ſic habet Ibn-Schehna: الف حبة لولو فوق البندق واوقدت شمعة وزنها اربعون منا،

nomine] ſolebat Filius Aieſchae vocari; una cum aliis, qui ſtuduerant Ibrahimum, filium Mahdii, in ſumma poteſtate rerum collocare. Hi omnes in carcerem miſſi, dein filius Aieſchae in crucem actus fuit, primus ex Abbaſi gente hoc ſupplicio affectus. Detractus inde paullo poſt amiculo ferali precibusque manibus decoris et tumulo cohoneſtatus fuit.

Eiusdem anni menſe quarto comprehenſus ab aliquo Hareſo [ſeu excubitore] Aethiope fuit Ibrahim, filius Mahdii, ſub habitu feminino cum duabus feminis per latebras et angiportus circulans; et ad Mamunum adductus, a quo iubetur in carcerem migrare, deinde tamen libertati reſtituitur. Quod aliqui ſupplicationibus Haſani Sahlidae, alii precibus Buranae (134) imputant, [quam, ut ſupra vidimus, ſibi deſponderat Mamun, et hoc anno in matrimoniam ducebat,] eiusdem Haſani filiam. Sunt tamen, qui ultro eum ignoviſſe contendunt.

Hoc anno celebrabat Mamun nuptias cum Burana modo dicta, in urbe Fam-es-Selch, ubi ſponſae pater, Haſan, filius Sahli, habitabat. Sponſae avia, mater Haſani, mille margaritas ſponſi ſuper caput effundebat (135) de genere pretioſiſſimarum. Cereus ambara factus ardebat, quadraginta mannos [aut octoginta libras] pendens. Miſſilia ſpargebat ſponſae pater inter magnates, qui nuptiis aderant, ſcripta in teſſeris praediorum ſuorum nomina; et cuius quisque praedii pagive nomen ſorte accepiſſet, illud ipſum praedium accipiebat idem. Mihi tamen haec ex auctorum fide referenti ſuccurrit ſcrupulumque iniicit hoc, quod ſupra narravimus ad annum CCIII, Haſanum atrae bilis inſultu tam ſaevo correptum fuiſſe, ut vinculis et vigiliis acribus eum contineri neceſſe fuerit. Quodſi ergo fides utrique narrationi conſtet, neceſſe eſt, virum interiecto tempore ad ſanam mentem pariter, atque ad priſtinam dignitatem rediiſſe, licet auctores mentionem eius rei nullam faciant.

وفيها ماتت علية بنت المهدي ومولدها سنة ستين ومائة وكان زوجها موسي بن عيسي بن موسي بن محمد بن علي بن عبد الله بن عباس *

ثم دخلت سنة احدي عشرة ومائتين، فيها امر المامون مناديا فنادي برئت الذمة *r* ممن ذكر معاوية بخير او فضّله علي احد من اصحاب رسول الله *

وفيها مات ابو العتاهية الشاعر * وفيها توفي ابو الحسن سعيد بن مسعدة الاخفش النحوي البصري، (والاخفش الصغير العينين مع سوء بصرهما،) وكان من ايمة العربية البصريين واخذ النحو عن سيبويه وكان اكبر من سيبويه وكان يقول ما وضع سيبويه في كتابه شيا الّا بعد ان عرّضه عليّ، وللاخفش المذكور عدة مصنفات وهو الذي زاد في العروض بحر الخبب، والذين يسمّون بالاخفش ثلثة اولهم الاخفش الاكبر وهو ابو الخطاب عبد الحميد بن اهل هجر وكان نحويا ايضا، ثم الاخفش الاوسط سعيد بن مسعدة الامام المذكور، ثم الاخفش الاصغر المتاخر وهو علي بن سليمان بن الفضل وكان الاخفش الاصغر المذكور نحويا ايضا وتوفي في سنة خمس عشرة وقيل ست عشرة وثلثمائة *

وفيها توفي عبد الرزاق الصنعاني *t* المحدث وهو من مشايخ احمد بن حنبل وكان يتشيع *v* *

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة ومائتين، فيها اظهر المامون القول بخلق القران وتفضيل عليّ بن ابي طالب علي

Eodem obiit Alia, filia Mahdii, anno aetatis quinquageſimo, utpote anno CLX nata, uxor Muſae, filii Iſae, filii Muſae, filii Muhammedis, fili Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi.

Anno CCXI [qui die 12 April. A. C. 826 coepit] promulgabat Mamun per praeconem, eos omnes capite minutos et inultos fore, quicunque auſerint Moaviae [primi Chalifae Ommiadici] mentionem honorificam iniicere, eumque prophetae ſodalium cuiquam anteferre.

Eodem obiit Abu-Atahia (136), poëta, ut et Abu-Haſan Said, filius Maſadae, vulgo Achfaſch dictus, isque medius inter alios duos pariter grammaticos et noſtro cognomines, de quibus paullo poſt ſtrictim quaedam adiiciemus. Hi omnes agnomen a vitio corporis invenerunt. Notat enim arabica vox Achfaſch hominem, cui et exigui ſunt, et hebetes, oculi. Ille, de quo ſermonem inſtituimus, in praecipuis Arabiſmi magiſtris, quos ſchola Baſrenſis tulit, numeratur, uſus Sibuia, quamvis natu maior, tam familiariter, ut ipſe fuerit Achfaſch gloriatus, nihil depoſuiſſe Sibuiam ſuo in libro, celeberrimo illo, quem de grammatica ſcripſit, quod ipſius iudicio prius non ſubiecerit. (137) Praeter libros, quibus auxit Achfaſch rem litterariam, complures, auxit quoque proſodiam novo carminis genere, quod Chabab, a tolutario curſu, nominatum fuit. Ceteri duo Achfaſchi, quos inter medium eſſe diximus illum, de quo hactenus verba fecimus, ſunt: maior quidem, Abu-l-Chattab Abd-el-Hamid, ex Hagar oriundus, minor autem Ali, filius Soleimani, filii Fadli, qui anno CCCXV aut CCCXVI obiit.

Eodem obiit Abd-er-Rezâk (138), Sanaïta [ſeu oriundus ex urbe Sanaa, felicis Arabiae], doctor traditionarius, et praeceptorum Ahmedis, filii Hanbali, unus, homo tetri vultus.

Anno CCXII [qui die 1 April. A. C. 827 coepit] iuſſit Mamun, propoſita lege, Coranum pro creata quadam re agnoſci, et Alin, filium Abu-Talebi, omnibus prophetae ſodalibus prae-

على جميع الصحابة وقال هو افضل الناس بعد
رسول الله *

وفيها توفي محمد بن يوسف وهو من مشايخ البخاري ☼

ثم دخلت سنة ثلث عشرة ومايتين ، وفيها ولي المامون ابنه
العباس الجزيرة والثغور والعواصم وولي اخاه ابا اسحق المعتصم
الشام ومصر، وولي غسان بن عباد على السند *

وفيها توفي ابراهيم الموصلي المغنّي ، وكان كوفيا وسافر الى
الموصل وعاد فقيل له الموصلي * وفيها توفي على بن جبلة الشاعر،
وابو عبد الرحمن المقري المحدث ،

وفيها وقيل في سنة ثمان عشرة ومايتين توفي بمصر ابو محمد
عبد الملك بن هشام بن ايوب الحميري وهذا ابن هشام هو الذي
جمع سيرة رسول الله من المغازي والسير لابن اسحاق وهذبها x
وشرحها السهيلي ، وابن هشام المذكور من اهل مصر واصله من البصرة ☼

ثم دخلت سنة اربع عشرة ومايتين ، فيها استعمل المامون
عبد الله بن طاهر على خراسان *

وفيها

r) الذمة pro الزمة *clientela*, neceſſitas quae principi incumbit, ſubditorum, praeſertim non Muhammedanorum, vitam et opes tuendi.

s) بتحر Ita ſcripſi ex Ibn-Schehna Leidenſi. Cod. Dorvill. Ibn-Schehnae habet يتحر Noſtri codex L. habet لتحد e quo poſſet لتحن coniici.

t) الصناعي Leg. الصنعاني

v) بشيع Dicitur quoque بَشِعٌ pro *tetrico*, *horrendo*, tam *vultu*, quam *moribus*, et oris halitu, ſeu *anima*. De vultu habet Ibn-Arabſcha in hiſtoria Timuri pag. 172 lin. 9. Forte tamen hoc loco legendum يتشيع *erat addictus ſectae Schiiticae*.

ferri, quem ipſe mortalium omnium ſecundum Muhammedem appellare ſolebat praeſtantiſſimum. (139) [Quod edictum quantas ediderit turbas et quot praeclaros homines afflixerit, patebit ex illis, quae mox narrabimus.]

Dodem obiit Muhammed, filius Ioſephi, unus doctorum Bocharii.

Anno CCXIII [qui die 21 Martii A. C. 828 coepit] praeficiebat Mamun filium ſuum, Abbaſum, Meſopotamiae et Togur [ſeu Marchiae, tractui Antiocheno] et Avaſemae [urbibus tutelaribus dictis, alteri circa tractui Syriae, Cyrrheſtanicae fere et Comagenae]; fratrem vero, Motaſemum Syriae [Damaſcenae, Palaeſtinae,] et Aegypto; Gaſſanum tandem, Abbadi filium, Sendiae.

Eodem obiit celeber ille muſicus Ibrahim, Mauſelita (140), ſic dictus, non quod Mauſelae natus eſſet, ſed tantummodo quia partem vitae ibi egit. Agnomen illud accepit impoſitum ſibi a ſuis civibus Cufenſibus, poſteaquam ea ex urbe in patriam rediiſſet. Obiit pariter Ali, filius Gabalae, poëta (141), et Abu-Abd-er-Rahman, idem Mocri [id eſt legendi magiſter Corani] et Mohaddet [ſeu traditionarius].

Hoc eodem anno, aut, quem alii edunt, CCXVIII, Miſrae obiit, Miſrenſis ipſe, maiores Baſrenſes fuerant, celeber Ibn-Heſcham, proprio nomine Abu-Muhammed Abd-el-Malek, filius Heſchami, filii Eiubi, Homairita [tribu], ille, qui ex Ibn-Ishaki (142) commentariis concinnavit vitam Muhammedis prophetae,* in quam deinceps emendationes et commentarium edidit Sohailicus. (143)

Anno CCXIV [qui die 10 Martii A. C. 829 coepit] praeficiebat Mamun Abdallam, filium Taheri, Choraſanae. (144)

Eodem

* Catalog. Bibl. Leid. pag. 486. n. 1904.

وفيها صلح حال ابي دلف مع المامون وكان ابو دلف من اصحاب الامين وقدم علي المامون وهو شديد الخوف منه فاكرمه واعلي منزلته *

وفيها وقيل في سنة ثلث عشرة ومايتين توفي ادريس بن ادريس بن عبد الله بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب بالمغرب وقام بعده ابنه محمد بن ادريس بفاس والبربر وولي اخاه القسم بن ادريس طنجة وما يليها ، وولي اخاه عمر صنهاجة وغمارة ، وولي اخاه داود هوارة داسليب y ، وولي اخاه يحيي مدينة داي وما والاها واستعمل باقي اخوته علي ملك البربر ، وسنذكر باقي اخبار الادارسة في سنة سبع وثلثماية ان شاء الله تعالي *

وفيها توفي ابو عاصم بن مخلد الشيباني وهو امام في الحديث *

ثم دخلت سنة خمس عشرة ومايتين ، فيها سار المامون لغزو الروم ووصل الي منبج ثم الي انطاكية ثم الي المصيصة وطرسوس ودخل منها الي بلاد الروم في جمادي الاولي وفتح حصونا ، ثم عاد وتوجه الي دمشق *

وفيها توفي ابو سليمان الداراني الزاهد توفي بداريا ، ومكّي بن ابراهيم البلخي وهو من مشايخ البخاري ، وابو زيد سعيد النحوي اللغوي وعمره ثلاث وتسعون سنة * وفيها توفي ابو سعيد الاصمعي اللغوي البصري وقيل في سنة ست عشرة وقيل في سنة سبع عشرة ومايتين ، واسم الاصمعي عبد الملك بن قريب بن

x) وهذبها Cod. Leid. وهذأبها

y) Sic ſcriptum eſt hoc vocabulum in cod. L. Forte rectius ſcriberetur تاسبيت *Teſebit*, ut habet Leo Afric. VI. 35. pag. 413.

Eodem redibat in bonam Mamuni gratiam Abu-Dolaf,* qui, olim ſecutus Amini partes, nunc ad principem veniebat metu plenus. Acceptus tamen a Mamuno magna comitate ſummisque dignitatibus auctus fuit.

Eodem (ſunt tamen, qui caſum ad annum proxime ſuperiorem reiiciunt) obiit Edris minor, filius Edriſi maioris, filii Abdallae, filii Haſani minoris, filii Haſani maioris, filii Alii, filii Abu-Talebi, dominus Africae, Feſſae** nimirum et Barbariae; quem filius excipiebat, Muhammed. Qui reliquos fratres, Edriſi minoris filios, Caſemum quidem Tingitanae provinciae, Omarum vero Sanhagae, et Gomarae;*** Davidem Havarae Taſlib, Iahiam urbi et agro Dai, reliquos aliis per Barbariam praefecturis admovebat. Vid. ad an. CCCVII, ubi latius de rebus Edriſidarum exponemus.

Eodem obiit Abu-Aſem, filius Mogalledi, Schaibanita, celeber traditionarius.

Anno CCXV [qui die 27 Febr. A. C. 830 coepit] ſuſcipiebat Mamun expeditionem contra Graecos, et per Mambegam, Antiochiam, Maſiſam et Tarſum progreſſus penetrabat in ditionem Romanam menſe quinto, et expugnatis aliquot arcibus Damaſcum remeabat.

Eodem obierunt Abu-Soliman Daranita, vir ſanctus, in oppido Daria (145); et Makki, filius Ibrahimi, Balchenſis, unus doctorum Bocharii; et Abu-Zaid Saïd (146), grammaticus et philologus, anno aetatis XCIII, et Abu-Saïd Aſmaaeus, celeber ille Baſrenſium litterator, quem tamen alii exſtinctum anno CCXVI, alii CCXVII referunt, natus annos propemodum octo et octoginta. Nomen ipſi verum erat Abd-el-Malek, filius Coraibi,

* Vid. ad an. CCXXV. *A.*

** Feſſam condidit hic Edriſius. Vid. Leo African. III. 23.

*** Vid. de his gentibus Leo Afric. I. 10. pag. 8.

بن عبد الملك بن صالح وكان عمره نحو ثمان وثمانين سنة ، والاصمعي نسبة الي جده الاصمع ، وكان اماما في الاخبار والنوادر واللغة وله عشرة مصنفات منها كتاب خلق الانسان وكتاب الاجناس وكتاب الانواء z وكتاب الصفات وكتاب الميسر والقداح a وكتاب الفرس وكتاب الابل وكتاب الشاء وكتاب جزيرة العرب وكتاب النبات وغير ذلك ، (وقريب بضم القاف وفتح الراء المهملة ويا مثناة من تحتها ساكنة وبا موحدة من تحتها) ☼

ثم دخلت سنة ست عشر ومايتين ، فيها سار المامون الي بلاد الروم فقتل وسبي وفتح عدة حصون ثم عاد الي دمشق ، ثم سار المامون في هذه السنة في ذي الحجة من دمشق الي مصر ☼

وفي هذه السنة ماتت ام جعفر زبيدة ببغداد ☼

ثم دخلت سنة سبع عشرة ومايتين ، فيها عاد المامون من مصر الي الشام ، ثم دخل بلاد الروم واناخ علي لولوة ماية يوم ثم رحل عايدا وارسل ملك الروم يطلب المهادنة فلم تتمّ ☼

ثم دخلت سنة ثماني عشرة ومايتين ، ذكر ما كان في امر القران المجيد b ، في هذه السنة كتب المامون الي عامله ببغداد اسحق بن ابراهيم ان يمتحن القضاة والشهود وجميع اهل العلم بالقران ، فمن اقر c انه مخلوق محدث خلّي سبيله ومن ابي يعلمه به .

z) الانواء Quae Golius habet ad hanc vocem, haec ipſa arabice exhibet ſcholiaſtes Haririi ad conſ. XLIV. النوء سقوط نجم من منازل القمر والطلوع رقيبه من المشرق Proprie non eſt *occaſus*, ſed *ortus* ſiderum. ناء enim eſt, ſeſe cum tarditate et difficultate ſurſum

raibi, filii Abd-el-Maleki, filii Salehi. Agnomen autem Aſmaaei eſt gentilitium, a quodam Aſmao, maiorum uno, deductum. Hunc virum peritia hiſtoriarum, rariorum dictionum, facetiarum, et omnis humanitatis, qui aequarit, non fuit. Reliquit libros decem, in quibus ſunt de creatione [vel et moribus] hominis; de generibus; de ſtellarum ortibus pluvias et tempeſtates inducentium; de qualitatibus; de ſortitione et ſagittis aleatoriis; de equis; de camelis; de ovibus; de peninſula Arabiae; de plantis, reliqua.

Anno CCXVI [qui die 17 Febr. A. C. 831 coepit] opprimebat Mamun Romanos nova expeditione; et ab edita ingenti ſtrage, ſubactisque aliquot arcibus redibat Damaſcum, praeda onuſtus, dives captivis. Inde porro pergebat in Aegyptum (147) hoc ipſo anno exeunte.

Eodem obibat Bagdadi Omm-Gafar Zobaida [mater Amini, fratris Mamuni].

Anno CCXVII [qui die 6 Febr. A. C. 832 coepit] redibat Mamun ex Aegypto in Syriam; inde incumbebat in ditionem Romanam, centumque diebus ad Luluvam exactis recedebat. Quam interea pacem Romanus imperator per legatos offerebat, ea non accipiebatur. (148)

In his quum eſſet, oriebantur anno CCXVIII [qui 26 Ian. A. C. 833 coepit] Bagdadi magnae turbae, Corani cauſa; de quo paullo ante diximus legem a Mamuno propoſitam. (149) Hoc enim anno mandabat per litteras ſuo, quem in auguſta urbe reliquerat, praefecto, Ishaco, filio Ibrahimi, ut iudices, et teſtes (150) et omnes omnino litterarum cultores congregaret, et unius cuiusque eorum de Corano ſententiam ſeorſim exploraret, et ut illos quidem non ſollicitaret, ſed via ſua libere ſineret ire, qui eum *Machluk Mohaddat* [id eſt, non rerum initiis vetuſtiorem, ſed a deo cum rerum univerſitate creatum] eſſent pronuntiaturi; qui autem huic ſententiae ſubſcribere nollent, ut de iis ad ſe referret,

به ليري فيه رايه ، فجمع *d* اولي العلم الذين كانوا ببغداد منهم
قاضي القضاة بشر بن الوليد الكندي ومقاتل واحمد بن حنبل
وقتيبة وعلي بن الجعد وغيرهم وقرا عليهم كتاب المامون ، ثم قال
لبشر بن الوليد ما تقول في القران ، قال بشر القران كلام الله ، قال
لم اسألك عن هذا ، امخلوق هو ، قال الله خالق كل شي ، قال
والقران شي ، قال نعم ، قال مخلوق هو ، قال ليس بخالق ،
قال ليس هذا اسالك ، امخلوق هو ، قال ما احسن غير ما قلت
لك ، فقال اسحاق للكاتب اكتب ما قال ، ثم سال غيره وغيره
فيجيبون قريبا بما اجاب به بشر ، ثم قال لاحمد بن حنبل ما
تقول في القران ، قال كلام الله ، قال امخلوق هو ، قال كلام
الله ما ازيد عليها ، ثم قال ما معنى سميع بصير ، قال احمد
هو كما وصف نفسه ، قال فما معناه ، قال لا ادري ، هو كما
وصف نفسه ، ثم سال قتيبة وعبيد الله بن محمد
وعبد

ſum ſenſim atque ſenſim attollere, ut pigri oſcitanteſque faciunt, aut iumenta ſub onere. Diſputarunt tamen philologi Arabici, ſitne ortus, an occaſus, ut conſtat e loco Meidanii ad proverbium قد اخطأ نوءه "fefellit eius pluvioſum ſidus" ubi ait: والنوء النهوض السقوط "Vox نوء eſt aſcenſus, aut occaſus" et paullo poſt: على اختلاف بين اهل اللغة فيها "diſſentiunt philologi in vera vocis notione determinanda." Facile eſt, eos componere. ناء eſt *attulit*, removit ſeſe a re, cui antea prope adhaerebat, hinc quoque, *procul abiit.* Conf. ad hunc locum Pocockii ſpecimen hiſt. Ar. pag. 163. Tum quoque, quia putabant Arabes, tales conſtellationes pluviam et ventos importare, *tempeſtatem*, *procellam* notat نوء, quae notio Lexico Goliano deeſt. Habetur in

quid in unumquemque ſtatui oporteat, ſecum decreturum. Ishac ergo cogebat omnes e tota Bagdado litteratos, et horum principes, ſupremum iudicem Beſchrum, filium Validi, Kenditam, et Mocatelum, et Ahmedem filium Hanbali, et Cotaibam (151), et Alin filium Gadi, alios. Quibus recitata principis epiſtola, primum interrogat Beſchrum, de Corano quid ipſi videatur. Reſpondet Beſchr, illum eſſe verbum dei. Quem praefectus increpat, incongrue inquiens reſponſum fuiſſe; id enim vero quaeri, ſitne Coranus creatus nec ne. Reſpondebat Beſchr: Deus eſt creator rerum omnium. Atqui Coranus eſt res, inferebat praefectus; et, Beſchro affirmante, conficiebat porro, Coranum, ex eius mente, creatum eſſe. Non ſane creator eſt, reſpondebat Beſchr. At id nolebam, aiebat praefectus, a te audire. Quin tu potius diſerte pronunties, creatusne ſit Coranus, an ſecus. Negabat Beſchr praeter prolata melius quidquam in promtu habere. Iubebat ergo praefectus notarium viri ſermones in tabulas referre. Inde proceſſum ad reliquos, unum ex alio, qui eodem paene, quo Beſchr, modo reſpondere. Tandem ad Ahmedem ubi ordine delatus fuit praefectus, Hanbali filium: Tu vero de Corano quid ais? interrogabat. Eſt verbum dei, reſpondebat Ahmed.. Eſtne creatus? continuabat praefectus. Tum Ahmed aliud nihil, quam prius effatum repetere, dei verbum illum eſſe; negare noſſe, quod praeterea proferat aliud. Quo ergo virum quoquo modo implicitum arriperet praefectus, aliam comminiſcitur quaeſtionem: quid ſcilicet ſibi velit illud, quod Coranus deo attribuit, audiens et videns; et qua ratione illa verba accipienda ipſi videantur eſſe. Reſpondebat Ahmed: ita deum eſſe, quemadmodum ipſe de ſe praedicaſſet. At quales tandem animo imagines rerum obiiciunt illa vocabula? inſtabat praefectus. Id quidem neſcire fatebatur Ahmed, ſcire tamen, deum talem eſſe, qualem ipſe ſe prodiderit. Reliquis propoſita eadem de Corano quaeſtio fuit, ut Cotaibae, et Obaidallae filio Muhammedis,

وعبد المنعم بن ادريس ابن بنت وهب بن منبه وجماعة معهم ، فاجابوا ان القران مجعول لقوله تعالي انا جعلناه قرانا عربيا والقران محدث لقوله تعوله ما ياتيهم ما ذكر من ربهم محدث ، قال اسحاق فالمجعول مخلوق ، قالوا نعم ، قال فالقران مخلوق ، قالوا لا نقول القران مخلوق ولكن مجعول * فكتب مقالتهم ومقالة غيرهم رجلا رجلا ووجهت الي المامون ، فورد جواب المامون الي اسحق بن ابراهيم انْ يحضر قاضي القضاة بشر بن الوليد وابراهيم بن المهدي فان قالا بخلق القران والاّ تضرب اعناقهما ، واما من سواهما فمن لم يقل بخلق القران توثقه بالحديد وتحمله *e* اليّ ، فجمعهم اسحق وعرّض عليهم ما امر به المامون ، فقال بشر وابراهيم وجميع الذين احضروا لذلك بخلق القران الاّ اربعة انفس فهم احمد بن حنبل ، والقواريري وسجادة ومحمد بن نوح المضروب *f* ، فانهم لم يقولوا بخلق القران ، فامر بهم اسحق فشدّوا في الحديد ثم سالهم فاجاب سجادة والقواريري الي القول بخلق القران فاطلقهما واصرّ احمد بن حنبل ومحمد بن نوح المضروب علي قولهما ، فوجّههما الي طرسوس ، ثم ورد بكتاب المامون يقول بلغني ان بشر بن الوليد وجماعة معه انما

in chronico Siculo Cantabrigienſe ad ann. 935. في تسعة عشر من اكتوبر يوم الاحد كان نوء عظيم "die 18 Octob. qui Solis erat, fuit magna procella." Item in Hamaſa, ubi Labid in carmine epicedio in fratrem fulmine exanimatum, ait: ان يكن نوء من سحاب اصابه فقد كان يعلو في اللقاء ويظفر "etiamſi eum (fratrem meum) exanimaverit tempeſtas e nubibus, tamen (propter vitam ſuam olim non ingloriam) ſuperior erat vincebatque in conflictu.

medis, et Abd-al-Monemo filio Edriſi, Vahbi (152), filii Monabbehi, ex filia nepoti, et aliis; qui reſpondebant, Coranum eſſe *Magul* [hoc eſt factum, formatum, propoſitum]; ſiquidem deus excelſus ipſe dicat in Corano: Gaalnaho, h. e. fecimus, formavimus Coranum Arabicum, et eſſe quoque *Mohaddat* [rem, quae poſtquam nulla fuiſſet, aliquando iuſſa eſſet exiſtere,] quandoquidem ipſe deus in Corano dicat: quod ad eos venit de commemoratione domini ſui Mohaddat. Atqui, inferebat praefectus, quodcunque factum eſt et formatum, id etiam creatum eſt. Largiebantur. Coranus ergo, vobis auctoribus, formatus, neceſſe eſt ut creatus idem quoque ſit. At hanc quidem concluſionis neceſſitatem inficiabantur; tantummodo urgebant, ſe Coranum, non creatum, ſed factum reputare. Horum et reliquorum omnium dicta, cuiusque ſeorſim, perſcribebat Ishac Mamuno; qui ſecundis litteris praefecto imperat, ut ad ſe arceſſitos Beſchrum, filium Validi, et Ibrahimum, filium Mahdii, ſi pertinaciter Coranum creatum negarent, abſque mora capite plecteret. Ceteros autem refragantes oneratos ferro et probe conſtrictos ad ſe mitteret. Ishac itaque ad rurſus coactos Chalifae mandata edit. Quibus perceptis, et Beſchr, et Ibrahim, et qui aderant, paene omnes uno conſenſu creatum eſſe Coranum pronunciabant, praeter quatuor viros, Ahmedum, filium Hanbali, et Cavaririum, et Sagadam, et Muhammedem, filium Nuhi, Maſrub dictum, quos, quod auderent principis mandato et exemplo ceterorum adverſari, praefectus in vincula coniicit; compeditos tamen iterum interrogat, firmiterne in ſententia perſeverent. Tum duo quidem, territi ſupplicio, pertinaciam exuebant, Sagada et Cavaririus, ideoque ſtatim vinculis expediebantur. Ahmed autem et Muhammed, quod nihil remitterent, Tarſum in catenis deportabantur. Inter haec tertia venit epiſtola principis ad praefectum Bagdadicum, his conſcripta verbis: "pervenit ad aures noſtras, Beſchrum, Validi filium, et praeter eum

alios

انما اجابوا *g* بتاويل الاية الكريمة التي انزلها الله تعالي في عمار بن ياسر الاّ من اكره وقلبه مطمين بالايمان ، وقد اخطاوا التاويل ، فان الله تعالي عني بهذه الاية من كان معتقدا للايمان مظهرا للشرك ، فاما من كان معتقدا للشرك مظهرا للايمان فليس هذا له ، فاشخصهم الي طرسوس ليقيموا بها الي ان يخرج امير المومنين من بلاد الروم * فامسكهم اسحق وارسلهم ، فلما صاروا الي الرقة بلغهم موت المامون فرجعوا الي بغداد *

ذكر مرض المامون وموته رحمه الله تعالي ، في هذه السنة (اعني سنة ثماني عشرة ومايتين) مرض المامون لثلاث عشرة خلت من جمادي الاخري ، وكان سببه ما حكاه سعيد بن العلّاف ، قال دعاني المامون وهو واخوه المعتصم جالسان علي شاطي نهر البذندون وقد وضعا ارجلهما في الماء ، فقال لي اي شي يوكل ليشرب عليه من هذا الماء الذي هو في نهاية الصفاء والعذوبة ، قال امير المومنين اعلم ، فقال الرطب ، فبيناهم في الحديث وصلت

a) الميسر والقداح De his vid. Pocockii ſpec. hiſt. Arab. p. 324 ſqq.

b) مجيد a مجد, non مُجيد ab اجاد

c) اقر Cod. Leid. habebat قر

d) فجمع ſcripſi pro فجميع, quod erat in cod. L. Forte quoque addendum اسحاق بن ابراهيم

e) Codex Leid. habebat يوثقه et يحمله

f) المصروب mendoſum videtur. Forte المصري

g) انما اجابوا Patet, quaedam deeſſe. Forte hic legendum: انما اجابوا فقد الي القول بخلق القران ، واما تاويل الاية et deinde pro وقد

alios in ſuperiore quidem argumento ad ſententiam noſtram acceſſiſſe, at in exponendo illo loco, qui occaſione Ammari, filii Iaſeri, prophetae divinitus fuit ſubiectus, et ſic habet: "niſi quis vi cogatur [fidem eiurare] cuius cor tamen in fide perſiſtit," a vero aberrare. Deus enim excelſus ibi eos docet crimine vacare, qui agnitae verae fidei conſtanter adhaereſcant, licet eam palam profiteri, intercedente externa vi, nequeant, et pravarum opinionum conſortium ſimulent. Perperam igitur locum hunc Beſchr cum ſodalibus ad illos trahit, qui quamvis ore veram fidem profiteantur, privata tamen conſcientia errorem et ſimulacrorum venerationem fovere pergunt. Quos deus neutiquam culpa liberat. Volumus ergo illos Tarſum mitti, manſuros ibi, donec Romana ditione decedamus." Itaque comprehenſos mittebat illos Ishac, quo iuſſus erat; et iam Raccam proceſſerant, quum interveniens de Mamuni morte fama miſeros periculo eximit, Bagdadoque et libertati reſtituit.

Tertio enim decimo die ſexti menſis huius anni CCXVIII inciderat Mamun in morbum noviſſimum, cuius originem et cauſſam exponit, qui tum ipſi aderat, Said, filius Allafi, his verbis. Arceſſitus a Mamuno, ait, video, cum Motaſemo fratre, in litore fluvii Bodondun (153) ſedentem: ambo pedes in rivum demerſerant, aquarum illecti pulchritudine. Ibi interrogat me Mamun, quodnam eſſe putem aptum edulium, cui ſuperbibi poſſet tam limpida, tam dulcis aqua, ut nil ſupra. Reſpondebam:* Non opus eſſe meo conſilio: id optime ipſum auguſtum noſſe. Recte mones, aiebat Mamun: novi. Recentes dactylos comedemus. In his dum verſamur ſermonibus, adveniunt muli vere-

* In Arabico eſt: *reſpondebat*, qua voce Reiſkius deceptus hunc locum vertit: "interrogat Mamun Motaſemum, quodnam eſſe putet rel. Reſpondebat frater" rel. Sed omnino legendum eſt قلت *dicebam*, *reſpondebam*, ſupra enim prima perſona ponitur in Arabicis, interrogat *me*, quodnam eſſe *putem*. *A.*

وصلت بغال البريد عليها الحقايب فيها الالطاف ، فقال للخادم
له انظر ان كان في هذه الالطاف رطب ، فمضي وعاد ومعه سلّتان
فيهما رطب من اطيب ما يكون ، فشكر الله تعالي وتعجبنا جميعا
واكل واكلنا من تلك الرطب وشربنا عليها من ذلك الماء فما
قام منّا احد الاّ وهو محموم ولم يزل المعتصم مريضا حتي دخل
العراق ، ولما مرض المامون اوصي الي اخيه المعتصم بحضرة ابنه
العباس بتقوي الله وحسن سياسة الرعية في كلام حسن طويل ، ثم
قال للمعتصم عليك عهد الله وميثاقه وذمة رسول الله *h* لتقومنّ
بحق الله في عباده ولتؤثرن طاعة الله علي معصيته ان انا نقلتها
من غيري اليك ، قال اللهم نعم ، ثم قال هاولا بنو عمك ولد امير
المومنين عليّ احسن صحبتهم وتجاوز *i* عن مسيئهم ولا تغفل صلاتهم
في كل سنة عند محلّها * وتوفي المامون في هذه السنة لاثنتي
عشرة ليلة بقيت من رجب وحمله ابنه العباس واخوه المعتصم الي
طرسوس ودفناه بدار جلعان خادم الرشيد وصلي عليه المعتصم ،
وكانت

h) ذمة رسول الله Vid. adnot. *r* pag. 150. Hoc loco dubium, *obligatio prophetae* ſitne illa, per quam propheta in ſe ſuſcepit tutelam omnium tam Muhammedanorum, quam aliorum tributariorum, an ea, qua princeps Muhammedanus tenetur prophetam ſuum, h. e. eius doctrinam aſſerere.

i) تجاوز *ſimula te tranſire ipſorum peccata*, VI coniug. Ita ſupra p. 118. lin. 2. تمارض *ſimulabat aegrum;* et infra habebimus تغافل *ſimulabat oblivioſum.* Hariri habet تباكي *ſimulabat flentem*, et تناسي *ſimulabat oblivionem.*

veredarii principis, cum fiſcellis bellariorum plenis. Adſtantem itaque eunuchum protinus abire iubebat Mamun; bellaria excuteret diſpiceretque num inter cetera dactyli quoque recentes adſint. Haud multo poſt refert eunuchus duas corbes dactylis plenas, omnium, quotquot reperiri poſſunt, dulciſſimis. Effunditur princeps in laudes ſupremi numinis [inſperatum munus deſideranti, idque tam pulchrum, ex machina quaſi porrigentis]. Nos ipſi quoque fructuum tam venuſtatem, quam in ipſo deſiderii articulo praeſentiam, admirabamur omnes. Comedebat inde princeps et nos ad eius exemplum, et ſuperbibebamus aquam fluvii; at nemo noſtrum ſurgebat febri non afflatus, neque deſeruit Motaſemum languor, antequam Iracam attingeret. Mamun autem, vehementer aegrotans, quum vitae finem ſibi ſentiret adeſſe, tradebat Motaſemo, fratri, ſummam poteſtatem, coram Abbaſo, filio; longaque et elegante oratione timorem dei civiumque amorem ipſi commendabat. Ego tibi, aiebat, iniungo cuſtodiendum foedus et pactum dei [cum hominibus] et protectionem, quam eius propheta [ſuis pariter atque alienis] ſpopondit. Implebis dei ad homines munia; quae viciſſim deo debent conditori eius cultores, exiges ab iis et aſſeres; et obſequi deo potius habebis, quam refragari. En ego hanc ab alio [filio meo, ademptam] in te transfero procurationem et adminiſtrationem imperii, ſi has in conditiones condicis. Imo vero condico, aiebat Motaſem, ita me deus adiuvet. Tum continuabat Mamun: praeſto ſunt, quos noſti videsque, conſanguinei tui, poſteri Alii, quondam principis fidelium, non minus atque nos ſumus. Humane quaeſo illos habeas, eorumque peccatis, ſi quae fuerint, conniveas, neque oblivifcaris quotannis tempore ſtatuto ſtipendia illis ſua gratuita pendere. Finiit igitur Mamun anni huius menſe ſeptimo, die XVIII. Translatus ab Abbaſo, filio, et Motaſemo, fratre, Tarſum fuit, ibique ſepultus in domo Galâni, qui quondam Raſchido eunuchus fuerat. Iuſta ipſi frater

وكانت خلافة المامون عشرين سنة وخمسة اشهر وثلاثة وعشرين يوما سوي ايام دعي له بالخلافة واخوه الامين محصور ببغداد ، وكان مولده للنصف من ربيع الاول سنة سبعين ومائة ، وكانت كنيته ابا العباس وكان ربعة ابيض جميلا طويل اللحية رقيقها قد وخطه الشيب ، وقيل كان اسمر احني اعين ضيق الجبهة بخدّه خال اسود *

ذكر بعض اخباره وسيرته ، لما كان المامون بدمشق قلّ المال الذي معه حتي ضاق وشكي ذلك الي المعتصم ، فقال يا امير المومنين كانك بالمال *k* وقد وافاك بعد جمعة ، وحمل اليه المعتصم ثلاثين الف الف من خراج ما يتولاه له ، فلما ورد ذلك قال المامون ليحيي بن اكثم اخرج بنا ننظر الي هذا المال ، فخرجا ونظرا اليه وقد هيي باحسن هيئته وحليت اباعره ، فاستكثر المامون ذلك واستحسنه واستبشر به الناس والناس ينظرون ويتعجبون ، فقال المامون يا ابا محمد ننصرف بالمال ويرجع اصحابنا خايبين ، ان هذا للوم ، فدعي محمد بن يزداد وقال له وقّع *l* لال فلان الف الف ولال فلان بمثلها ولال فلان بمثلها فما زال كذلك حتي فرّق اربعة وعشرين الف الف ورجله في الركاب * وكان المامون ينظم الشعر فمما يروي له من ابيات ،

بعثتك

k) كانك بالمال *ac ſi tu cum pecunia*, h. e. haud aliter mihi eſt, ac ſi te coram viderem numorum divitem, aut, nullus dubito tibi venturos numos. Conf. Tom. I. pag. 182. lin. 13.

l) وقّع *ſcribe* (توقيع) *codicillos aſſignatorios*, aſſignationem τῷ δεῖνα de tot et tot numis. Secunda coniug. proprie notat, *cadere*, *contingere fecit* ſcil. petenti petitum ſuum. Et quia id fit inſcribendo nomen regium

[iure merito, ut ſucceſſor] fecit. Geſſerat Chalifatum per annos viginti, cum quinque menſibus et tribus atque viginti diebus, excluſo temporis illo ſpatio, quo Chalifa ſalutabatur, ſuperſtite adhuc, ſed obſeſſo Bagdadi, fratre, Amino. Natus fuerat medio menſe tertio anni CLXX; praenomen habebat Abu-l-Abbas; quadratus erat ſtatura, candidus, nitidus, longe protenſa in acumen rara barba, paſſim canitie reſperſus: alii tamen eum ferunt furvum fuiſſe, dorſo nonnihil incurvum, oculis amplis et late nigris, fronte contracta, et naevo malae inſignem. (154)

Iuvat animum viri quoque contemplari, et eius inſignia quaedam monumenta proponere. Quam liberalis fuerit, hoc doceat exemplum. Damaſci aliquando agentem premebat numorum penuria, quam ad fratrem, Motaſemum, querebatur. Cui frater certo adfuturam poſt proximum diem Veneris pecuniam ſpondet; et arceſſit triginta millium millia de reditibus earum provinciarum, quas ipſe nomine fratris adminiſtrabat. Vt aderant numi regiis iumentis allati, invitabat Mamun Iahiam, filium Actami, ut ſecum eques ad opes luſtrandas iret. Vident pulcherrimo diſpoſitas ordine, et camelos, quae advexerant, eximie ornatas. Mirabatur princeps tam copiam pecuniae, quam ſpeciem lepidam, purpuratosque non minore cum admiratione ſpectantes bono iubebat animo eſſe; tum converſus ad Iahiam: O Abu-Muhammed, ait, ſoline, corraſa cum pulviſculo pecunia, hinc diſcederemus, amicis nequicquam hiantibus? et arceſſito ſtatim notario, Muhammedo, filio Redadi, ſcribe, ait, familiae illius millies mille numum, et familiae illius tantundem, et ita porro, idque tamdiu continuat donec e triginta illis millium millenariis viginti quatuor elargitus fuiſſet, pede extra ſtapedem non prolato. Pangendis quoque carminibus dedit operam, et inter eius alia, quae tradita accepimus, etiam hoc eſt:

بعثتك مرتادا ففزت بنظرة واغفلتني حتي اسات بك الظنا ،
فناجيت من اهوي وكنت مباعدا فياليت شعري عن دنوك ما اغنا ،
اري أثر منها بعينيك بيّنا ، لقد اخذت عيناك من عينيها حسنا *
وكان المامون شديد الميل للعلويين والاحسان اليهم رحمه الله وردّ
فدك علي ولد فاطمة بنت رسول الله وسلّمها الي محمد بن
يحيي بن الحسن بن زيد بن علي بن الحسن بن علي بن ابي
طالب ليفرّقها علي مستحقّها من ولد فاطمة ، وكان المامون فاضلا
مشاركا في علوم كثيرة *

ذكر خلافة المعتصم وهو ثامنهم ، وبويع للمعتصم ابي اسحق
محمد بن هارون الرشيد بالخلافة بعد موت المامون ، ولما بويع
تشغب *m* الجند ونادوا باسم العباس ابن المامون فارسل المعتصم
الي العباس ثم خرج الي الجند فقال لهم قد بايعت عمّي ،
فسكنوا ، وانصرف المعتصم الي بغداد ومعه العباس ابن المامون
فقدمها مستهلّ رمضان *

وفي

gium libellis ſupplicibus (nam qui negantur, iis nihil inſcribitur, ſed lacerati redduntur exhibentibus): inde factum eſt, ut وقّع idem ſignificet, atque *ſubſcripſit nomen regium libello memoriali.* Talis libellus dicitur توقيع, et qui ſubſcribit موقّع

m) تشغب Saepe recurrit haec elocutio شغبت الجند in I Coni. et in V pariter تشغّب et تشغبت الجند *tumultuati ſunt*, vel in V. *ſeſe tumultuoſos exhibuerunt milites.* مشْغَب habet Gorair pro *aſpero, difficili, indomito:* قرنتم يا بني الصليب بغالج قطوع لاعناق الغرابين مشغب "copulati eſtis, o filii matris crucis [h. e. chriſtianae] craſſo

Praemiſeram te ſpeculatorem; tu vero, clam me, beatus adſpectu [eius, quam amo] abiiſti, ut male de te ſuſpicari coeperim.

Secretos cum ea, quam amo, ſermones contuliſti, me abſente; et utinam ſcirem, qua ratione ſuperſedere poſſem tua internuntiatione.

Video manifeſtum in oculis tuis eius veſtigium: nam tui profecto mutuati ſunt ab eius oculis pulchritudinem.

Ad ſummam praeclaris animi dotibus inſtructus erat, et ſcientia non una imbutus. Alii gentem magna caritate amplectebatur, cumulabatque beneficiis, in cuius rei documentis, praeter ea, quae iam attulimus, etiam hoc eſt, quod Fadak (155) ipſis reddidit, municipium, quod quamvis ad eos per Fatimam, communem matrem, Alii uxorem, prophetae filiam, ſpectaret, tyrannis tamen eius uſu fructu eos hactenus arcuerat. Hoc itaque municipium tradebat Mamun Muhammedi, filio Iahiae, filii Haſani, filii Zaidi, filii Alii, filii Haſani, filii Alii, filii Abu-Talebi; qoo reditus eius inter Fatemidarum dignos et egentes diſtribueret. Praeclarum facinus, cuius praemium deus auctori aliquando velim referat.

Succedebat defuncto frater, octavus Abbaſidarum Chalifa, Motaſem Abu-Ishac Muhammed, filius Haruni Raſchidi, quamvis caſtris ad ſeditionem ſpectantibus et Abbaſum, defuncti filium, principem proclamantibus; facile tamen eos motus repreſſit Motaſem, perſuadens ex fratre nepoti, illi, quem tumultuantes iactabant, ut monſtrando ſe caſtris aeſtum componeret, et milites ad officium legitimo principi, Motaſemo, praeſtandum exemplo ſuo adhortaretur, declarando, iam ſemet patrueli ſacramentum dixiſſe. Quo facto conticeſcebant. Bagdadum paullo poſt movebat Motaſem cum Abbaſo, calendisque noni menſis urbem auguſtam intrabat.

Eodem

وفي هذه السنة توفي بشر بن غياث المريسي *n* وكان يقول بخلق القران ☼

ثم دخلت سنة تسع عشرة ومايتين ، فيها احضر المعتصم احمد بن حنبل وامتحنه بالقران فلم يجب الي القول بخلقه فجلّده حتي غاب عقله وتقطّع جلده وقيد وحبس ☼

وفيها توفي ابو نعيم الفضل التيمي وهو من مشايخ البخاري ومسلم وكان مولده سنة ثلثين ومائة وكان شيعيّا ☼

ثم دخلت سنة عشرين ومايتين ، فيها خرج المعتصم لبناء سامرّا فخرج الي القاطول واستخلف علي بغداد ابنه الواثق ☼

وفيها قبض المعتصم علي وزيره الفضل بن مروان وكان قد استولي علي الامور بحيث لم يبق للمعتصم معه امر ، وولي المعتصم مكانه محمد بن عبد الملك *o* الزيات ☼

وفيها توفي محمد الجواد بن علي بن موسي بن جعفر بن محمد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب ، وهو احد الايمة الاثني عشر عند الامامية وصلي عليه الواثق وكان عمره خمسا وعشرين سنة ودفن ببغداد عند جده موسي بن جعفر ، ومحمد الجواد المذكور هو تاسع الايمة الاثني عشر وقد تقدم ذكر ابيه علي الرضا سنة ثلاث ومايتين وسنذكر الباقين ان شاء الله ☼

ثم

craſſo robuſto camelo, qui rumpit cervices parium ſibi copulatorum, indomito et immiti."

n) غياث المريسي Cod. L. عتاب المريستي Mecum facit Raudh.

o) عبد الملك Cod. Leid. عبد الله

Eodem anno Beſchr obiit, filius Gaiati, Mariſita (156), qui Coranum creatum eſſe contendebat.

Anno CCXIX [qui die 15 Ianuarii A. Chr. 834 coepit] tentavit ad ſe arceſſitum Motaſemus Ahmedem, Hanbali filium, variis modis et quaeſtionibus. Quum vero nulla ratione ei perſuadere poſſet, ut Coranum creatum eſſe ſtatueret, flagellis torſit hominem ſanctum tam atrociter, ut impos mentis et lacerata pelle concideret, deinde in carcerem et compedes dedit.

Eodem obiit Abu-Noaim Fadlus Taimita, unus e doctoribus Bocharii et Muſlemi, natus anno CXXX, ſecta Schiita.

Anno CCXX [qui die 4 Ianuar. A. C. 835 coepit] exibat Motaſem Bagdado ad Catulum [is eſt fluvius et appoſitum oppidum], quo propius adeſſet urbi, quam condebat, Samirrae; relicto in urbe auguſta praefecto filio, Vateco.

Eodem comprehendit Motaſem Vezirum ſuum, Fadlum, filium Marvani (157); qui tantam ſibi in rebus gerendis arrogaverat auctoritatem, ut ipſe princeps, donec is obtinuit, nihil valeret. Translata fuit dignitas in Muhammedem, filium Abd-al-Maleki, Zaiatum [ſeu olearium].

Eodem obiit Muhammed Gavâd [ſeu liberalis, generoſus], filius Alii, filii Gafari, filii Muhammedis, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, unus, isque numero nonus, illorum duodecim Imamorum [vel antiſtitum], quos Imamitae venerantur, anno aetatis vigeſimo quinto. Sepultus eſt Bagdadi apud avum Muhammed, filium Gafari, iuſta ipſi faciente filio principis Vateco. Patris eius, Alii Ridda, mentionem fecimus ad annum CCIII. Tres Imamos adhüc ſuperſtites ſuo loco etiam dabimus.

ثم دخلت سنة احدي وعشرين ومايتين، فيها توفي قاضي القيروان احمد بن محرز وكان من العلماء العاملين الزاهدين ✲ وفيها توفي ادم بن ابي اياس العسقلاني وهو من مشايخ البخاري في صحيحه ✲

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين ومايتين، ثم دخلت سنة ثلاث وعشرين ومايتين، ذكر فتح عمورية وامساك العباس بن المامون وحبسه وموته، في هذه السنة خرج ملك الروم توفيل في جمع عظيم، فبلغ زبطرة وقتل وسبي ومثّل بمن وقع بين يديه من المسلمين، ولما بلغ المعتصم ذلك وان امراة هاشمية صاحت وهي في ايدي الروم وا معتصماه *p*، استعظمه ونهض من وقته وجمع العساكر وخرج لليلتين بقيتا من جمادي الاولي من هذه السنة (اعني سنة ثلاث وعشرين ومايتين)، وبلغه ان عمورية هي عين النصرانية وهي اشرف عندهم من القسطنطينية وانه لم يتعرض اليها احد منذ كان الاسلام، فتجهّز المعتصم جهازا لم يعهد مثله قبله من السلاح وخيام *q* الادم وغير ذلك، وسار المعتصم حتي نزل علي نهر قريب من البحر بينه بين طرسوس يوم وجعل عسكره ثلاث فرق فرقة مع الافشين خيذر (بالخاء والذال المعجمتين وهو يشتبه علي الناس بحيدر الذي بالحاء والدال المهملتين ولذلك ضبطناه) بن كاوس ميمنة وفرقة مع اشناس ميسرة وفرقة مع

p) معتصماه forma vocativi.

q) خايم Cod. Leid. خياض

Anno CCXXI [qui die 25 Decembr. A. Chr. 835 coepit] obiit Cadi urbis Cairovan, Ahmed, filius Moharrezi, vir, in quo morum caſtitas doctrinam excellentem nobilitabat; uti et Adam, filius Abu-Eiaſi, Aſcalonita, quem in magiſtris ſuis laudat Bocharius in ſuo Sahiho [vel corpore genuinarum traditionum].

Anno CCXXIII [qui die 2 Decembr. A. C. 837 coepit] duo potiſſimum occurrunt memoranda, Amuriae expugnatio, et mors Abbaſi, filii Mamuni; illa hoc modo contigit. Theophilus Romanorum imperator, ingenti cum exercitu caedem et rapinas ad Zabetram (158) usque circumtulerat per Muſlemicam ditionem, et tanta crudelitate in fideles uſus erat, quotquot in eius manus inciderant, ut ipſorum calamitates horrorem ſpectantibus audientibusque incuterent. Quod quamvis aegerrime ferret Motaſem, maxime tamen ipſum pupugit, ut relatum accepit, feminam aliquam Haſchemiticam [ſeu Abbaſitidem, adeoque ſibi affinem] dum rapitur a Romanis, clara voce *Proh Motaſem* exclamaſſe. Quo percitus adeo fuit indigno et intolerabili facinore, ut coactis confeſtim copiis die vigeſimo octavo menſis quinti huius anni moveret, tanto cum armorum, et ſcorteorum tentoriorum aliarumque rerum apparatu, quantus Chalifarum ad id temporis nulli neque comparatus, neque conſpectus fuerat. Vrbis enim Amuriae everſionem animo agitabat, quam oculum Chriſtiani nominis eſſe, maiorisque iſtis hominibus, quam ipſam Conſtantinopolin fieri, et ab Iſlamiſmi natalibus inde Arabibus intactam manſiſſe audiverat. Procedebat igitur Motaſem usque ad fluvium mari vicinum, ſic ut a Tarſo ad diei iter abeſſet. Vbi copiis trifariam diſtributis, dextrum cornu mandabat Afſchino Chaidaro [id ipſi agnomen erat, quo ab altero quodam Afſchino diſtinguitur]* filio Cavuſi; ſiniſtrum addebat Aſchnaſo; mediam

Y 2 aciem

* In Arabicis hoc loco verba nonnulla adduntur, quibus monetur lector, errorem quorundam cavere, qui hoc viri nomen temere ſcribant حيدر pro خيذر *A.*

مع المعتصم في القلب وبين كل فرقة وفرقة فرسخان ، وامرهم المعتصم بتحريق القري وتخريب بلاد الروم ففعلوا ذلك حتي وصلوا الي عمورية فاول قدمها اشناس ثم المعتصم ثم الافشين فاحدقوا بها وكان نزوله عليها لست خلون من رمضان من هذه السنة واقام عليها بالمنجنيقات وجري بين المسلمين والروم عليها قتال شديد يطول شرحه واخره ان المسلمين خرّبوا *r* في السور مواضع بالمنجنيق وهجموا البلد وقتلوا اهله ونهبوا الاموال والنساء واقبل الناس بالسبي والاسري الي المعتصم من كل جهة ، وامر بعمورية فهدمت واحرقت ، وكان مقامه عليها خمسة وخمسين يوما ثم ارتحل راجعا الي الثغور ، فلما كان في اثناء الطريق بلغ المعتصم ان العباس بن المامون قد بايعه جماعة من الغواد وهو يريد ان يثب عليه وياخذ الخلافة منه ، فدعي المعتصم بالعباس بن المامون وامسكه وسلّمه الي الافشين خيذر ، فلما وصل الي منبج طلب العباس الطعام فاكل ومنع الماء حتي مات بمنبج فصلي عليه بعض اخوته واتمّ المعتصم سيره حتي دخل سامرّا *

وفيها (اعني سنة ثلاث وعشرين ومايتين) توفي ملك افريقية زيادة الله بن ابراهيم بن الاغلب وتولي بعده اخوه ابو عقال الاغلب بن ابراهيم *

ثم دخلت سنة اربع وعشرين ومايتين ، فيها مات ابراهيم بن المهدي في رمضان وصلي عليه المعتصم * وفيها مات ابو عبيد القاسم بن سلام الامام اللغوي وكان عمره سبعا وستين سنة *

ثم

r) خرب non tantum eſt *devaſtare*, *deſtruere*, ſed etiam *perforare*. Eodem redit. Qui perforat, perrumpit, findit muros, etiam deſtruit partes per-

aciem ipſe ducebat. Haec eo ordine dimiſſa caſtra, ut binis quaeque paraſangis ab alteris proximis diſtarent, flammis, id quod iuſſi erant facere, delebant pagos, et hoſtile omne ſolum devaſtabant. In his circumferendis ſtragibus ad Amuriam, et primus quidem Aſchnas, tum Motaſem, poſtremus Affchin, ſubeunt. Iuncta caſtra die ſeptimo menſis noni huius anni cingunt urbem corona, et machinis inceſſunt. Certatum Graecos inter et Muſlemos fuit acerrime. Ire per ſingula tum geſta neceſſe non eſt. Ad ſummam ſufficit noſſe, Muſlemos tandem, paſſim quaſſatis et perforatis moenibus, obruiſſe urbem, deleviſſe viros, opes et mulieres diripuiſſe, praedamque ingentem et captivos undecunque ad principem ſuum convexiſſe, cuius iuſſu redacta urbs in cineres et ſolo aequata fuit. Quibus intra quintum et quinquageſimum diem ab obſidionis initio peractis redibat Motaſemus ad Togur [Marchiam] Syriae. Interim comperit in via, ducum aliquos Abbaſo, Mamuni filio, fidem addixiſſe, et hunc porro commodam opperiri occaſionem ipſius ex inopinato opprimendi, et Chalifatu exuendi. Comprehendit ergo ſuum ex fratre nepotem Motaſemus, et Affchino tradit cuſtodiendum, aliquanto poſt vita tollit. Mambegam enim ubi perventum erat, porrectus quidem fuit Abbaſo flagitanti cibus, verum aqua negatur; quo ille eadem in urbe periit, et ſepultus fuit, iuſta ipſi faciente fratrum aliquo.

Eodem anno CCXXIII obiit rex Africae, Zeiadatalla, filius Ibrahimi, filii Aglabi; cui frater, Abu-Acâl Aglab, ſucceſſit.

Anno CCXXIV [qui die 22 Novembr. A. C. 838 coepit] obiit Ibrahim, filius Mahdii, menſe nono, et ſepultus eſt, ipſo principe parentante. Vti etiam, et is quidem annos ſeptem et ſexaginta natus, Abu-Obaid al-Caſem, filius Sallami (159), unus eorum, qui ſtudio et peritia linguae Arabicae claruerunt.

ثم دخلت سنة خمس وعشرين ومايتين، فيها توفي ابو دلف، وعلي بن محمد المدايني المشهور ❊

ثم دخلت سنة ست وعشرين ومايتين ، فيها غضب المعتصم علي الافشين خيذر بن كاوس وحبسه حتي مات في حبسه واخرج وصلب واحرقت جثته ، والافشين هو الذي قاتل بابك المجوسي الذي استولي علي جبال طبرستان مدة عشرين سنة وعظم امره وهزم عدة مرار عساكر المعتصم حتي انتدب له المعتصم الافشين المذكور فجري له معه قتال شديد في مدة طويلة ثم انتصر الافشين واخذ مدينة بابك البذ ، واسر بابك واحضر الي المعتصم فقتله ❊

وفيها توفي ابو *t* الهذيل محمد بن الهذيل بن عبد الله العلّاف البصري شيخ المعتزلة وزاد عمره علي مائة سنة ❊ وفيها توفي ابو عقال الاغلب بن ابراهيم بن الاغلب وتولي بعده اخوه ابو العباس محمد بن ابراهيم بن الاغلب ، وكانت ولاية الاغلب سنتين وتسعة اشهر ❊

ثم دخلت سنة سبع وعشرين ومايتين ، ذكر وفاة المعتصم ، وفيها توفي ابو اسحق محمد المعتصم بن هرون الرشيد لثماني عشرة مضت من ربيع الاول بسامرا وكانت خلافته ثمان سنين وثمانية اشهر ويومين ، وكان مولده سنة تسع وسبعين *v* ومائة وهو ثامن الخلفاء من ولد *x* العباس ومات عن ثمانية بنين وثمان بنات ، وكان ابيض اصهب اللحية طويلها مربوعا مشرّب اللون بحمرة ، وهو اول من اضيف الي لقبه اسم الله تعالي من الخلفاء ، وكان المعتصم

بالله

perforatas. In notione perforandi convenit cum verbo خرم, et اذن خرماء et خرباء eſt *auris fiſſa*. Poëta apud Ibn-Doreid: من معاشر في اذانها الخرب "de populis, in quorum auribus ſunt fiſſurae."

Anno CCXXV obiit Abu-Dolaf (160); item Ali, filius Muhammedis, Madaienenſis, vir celeber. [coepit autem ille annus die 11 Nov. A.C. 839.]

Anno CCXXVI [qui die 31 Oct. A.C. 840 coepit] Affchinus ab irato principe (161) in carcerem datus periit. Cadaver inde protractum primum e patibulo ſuſpenſum, dein flammis exuſtum fuit. Hic eſt ille Affchin, qui Babecum magum [ſeu ignicolam Perſam (162)] in ordinem redegerat, illum, qui Tabareſtanae viginti annos obtinuerat tyrannus, validisque contractis copiis plus ſemel fuderat duces et copias Motaſemi, donec illi tandem Motaſem nominatim excitum et delectum hunc Affchinum opponeret, qui poſt diuturna et ſaepius iterata certamina et ipſo mago, et eius urbe, Bad vel Albad (163), potitus, iſtum Motaſemo miſit in compedibus, qui coram adductum rebellem peremit.

Eodem obiit centenario maior Abu-l-Hodail (164), Muhammed, filius Hodaili, filii Abdallae, cognomine vendentis pabulum, Baſrenſis, doctor Motazalitarum. Item Abu-Acal Aglab, filius Ibrahimi, filii Aglabi, poſtquam biennium novemque menſes Africae imperaſſet. Succeſſit ei frater, Abu-l-Abbas Muhammed.

Anno CCXXVII [qui die 20 Octobr. A. C. 841 coepit] idque die 18 menſis tertii, obiit Samirrae Abu-Ishac Muhammed Motaſem, filius Haruni Raſchidi, exactis in Chalifatu annis octo, totidemque menſibus et duobus diebus. Natus erat anno CLXXIX, eſtque ſuae gentis Chalifarum ordine octavus, octo filiorum, et filiarum totidem pater, candidus colore, ſed rubore mixto, barba gilva et promiſſa, quadratus. Primus hic eſt Chalifarum, cuius titulo nomen dei adiunctum fuit; ita ut Motaſem billah appellaretur [hoc eſt, qui deo ſe munit]. Quod exemplum deinceps ceteri ſecuti ſunt. Erat quidem mitis ingenio;

بالله طيب الاخلاق لكنه اذا غضب لا يبالي من قتل وما فعل، وقد حكي ان المعتصم انفرد في يوم مطر عن اصحابه فبينا هو يسير ان راي شيخا معه حمار عليه حمل شوك وقد توحّل الحمار ووقع الحمل وهو ينتظر من يمرّ به فيساعده علي ذلك، فنزل المعتصم بالله عن دابّته وخلّص الحمار ورفع معه الحمل عليه، ثم لحقه اصحابه فامر لصاحب الحمار باربعة الاف درهم * وقال ابن ابي داود تصدّق المعتصم ووهب علي يدي ماية الف الف درهم *

ذكر خلافة ابنه الواثق وهو تاسعهم، وبويع الواثق بالله هرون بن المعتصم في اليوم الذي مات فيه ابوه وذلك يوم الخميس لثماني عشرة مضت من ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة سبع وعشرين ومايتين) وام الواثق ام ولد رومية تسمي قراطيس *

وفي هذه السنة هلك توفيل ملك الروم وملكت بعده امراته تدورة وابنها ميخايل بن توفيل *

ذكر الفتنة بدمشق، لما مات المعتصم ثارت القيسية بدمشق وعاثوا وافسدوا وحصروا اميرهم، فبعث الواثق اليهم عسكرا مع رجا بن ايوب فقاتلهم، وكانوا قد اجتمعوا بمرج راهط، فقتل من القيسية نحو الف وخمسماية وانهزم الباقي وصلح امر دمشق *

وفي هذه السنة توفي بشر بن الحارث الزاهد المعروف بالحافي في ربيع الاول *

ثم

s) البذ nomen urbis ignotae. Elmacinus p. 141. habet البدو Forte legendum البُدّ *urbs idoli*, nomen urbi impoſitum poſt excidium Babeci.

t) Deerat ابي in cod. Leid.

nio; at in iram tandem accenſus non curabat, quem occideret, aut quid ageret. De ipſius comitate ex hac quorundam narratione conſtare poterit. Die quodam pluvio, aiunt, eum a purpuratis aberraſſe. Ita vagantem incidiſſe in ſenem, ſtantem et circumſpicientem, num forte praetereuntium aliquis operam ſibi in ſarcina ſentium emolienda et aſini dorſo rurſus reponenda, qui prolapſus in coeni volutabrum illam excuſſerat, navare velit. Equo itaque deſcendens Motaſemus, et aſinum extrahit, et adiuvante ſene rurſus onerat. Interim convenientibus purpuratis mandat, homini quater mille drachmas dono dari. Ibn-Abu-Davud etiam narrat, hunc principem eleemoſynae aut doni gratuiti nomine, per diverſa tempora, ſe manum et miniſterium praeſtante, centies mille millia drachmarum elargitum fuiſſe.

Illo ipſo, quo hic deceſſerat, die, Iovis erat, octavus et decimus menſis tertii huius anni CCXXVII, ſacramento dicto ſalutatus eſt Chalifa Harun, Vatek billah [ſeu confidens deo], e Graeca pellice, cui nomen erat Caratis [ſeu Charitis], Motaſemo ſuſceptus.

Eodem anno occiſus fuit Theophilus, Romanus imperator, cui ſucceſſit uxor Theodora, eiusque filius Michaëles.

Accepto autem de morte Motaſemi nuncio turbabat Caiſitarum Damaſci inſolentia et furor, ut ipſum urbis ſuae rectorem obſiderent, omniaque deſtruerent et corrumperent. Quibus immiſſus a Vateco Raga, filius Eiubi, cum copiis pacem impoſuit. Aggreſſus enim Caiſitas tumultuantes et in Marg Rahet congregatos vicit et profligavit, mille quingentis capitibus minutos; eoque urbi Damaſcenae quietem reddidit.

Eodem obiit Beſchr, filius Hareti, vir ſanctus, vulgo Beſchr al-Hafi [ſeu nudipes] dictus.

ثم دخلت سنة ثمان وعشرين ومايتين ، فيها فتحت المسلمون عدة اماكن من جزيرة صقيلية ، وكان الامير علي صقلية محمد بن عبد الله بن الاغلب وكان مقيما في صقلية بمدينة بلرم الم يخرج منها ولكن يجهز الجيوش والسرايا فيفتح ويغنم y وكانت امارته علي صقلية تسع عشرة سنة وتوفي في سنة سبع وثلثين ومايتين في رجب علي ما سنذكره ان شاء الله *

وفيها مات ابو تمام حبيب بن اوس الطاي الشاعر *

وفيها اعطي الواثق اشناس تاجا ووشاحين *

ثم دخلت سنة تسع وعشرين ومايتين ، فيها حبس الواثق الكتّاب والزمهم اموالا z عظيمة *

وفيها توفي خلف بن هشام البزار (بالزاء المنقوطة والراء المهملة) *

ثم دخلت سنة ثلاثين ومايتين ، فيها مات عبد الله بن طاهر بنيسابور وهو امير خراسان. وعمره ثمان واربعون سنة واستعمل الواثق موضعه ابنه طاهر بن عبد الله *

وفيها خرجت المجوس في اقاصي بلد الاندلس في البحر الي بلاد المسلمين وجري بينهم وبين المسلمين بالاندلس عدة وقايع انهزم فيها المسلمون وساروا يقتلون المسلمين حتي دخلوا حاضر a اشبيلية ووافاهم عسكر عبد الرحمان الاموي صاحب الاندلس ثم اجتمعت اليه المسلمون من كل جهة وهزموا المجوس واخذوا لهم اربعة مراكب بما فيها وهربت المجوس في مراكبهم الي بلادهم *

وفيها مات اشناس التركي بعد عبد الله بن طاهر بتسعة ايام *

ثم

v) تسع وسبعين Sic ſcripſi pro سبع وتسعين, quod cod. Leid. habebat. Per-

Anno CCXXVIII [qui die 9 Octob. A. C. 842 coepit] expugnarunt Muſlemi Siciliae multa, auſpiciis Muhammedis, filii Abdallae, filii Aglabi, qui Palermo, ſede regni, quamvis non excederet ipſe, cohortium tamen et turmarum quaquaverſum emiſſarum miniſterio ſubigebat urbes, et praedam cogebat. Ille Muhammed, Siciliae dominatus annos novemdecim,* obiit anno CCXXXVII, ſeptimo menſe, ut ibi annotabimus. (165)

Eodem obiit Abu-Tamâm Habib, filius Auſi, de tribu Taï, celeber ille poëta. (166)

Eodem ornabat Vatec Aſchnaſum Tago [ſeu diademate] et gemino Veſchah [ſeu baltheo]. (167)

Anno CCXXIX [qui die 29 Sept. A. C. 843 coepit] coniecit Vatec ſcribas** in carcerem, et ingente pecunia mulctavit.

Eodem obiit Chalf, filius Heſchami, Bazâr vulgo dictus.

Anno CCXXX [qui die 17 Septembr. A. Chr. 844 coepit] obiit annos octo et quadraginta natus Niſaburae Abdalla, filius Taheri, dux Choraſanae, cuius filio Tahero, provinciam beneficiariam dabat Vatec.

Eodem anno invadebant magi [ethnici, puta Northmanni] (168) in extrema Andaluſia per mare [hoc eſt oceanum Atlanticum] ditionem Muſlemicam, variisque cladibus contundebant et minuebant fideles, et horum per ſtrages ad Sevillae moenia procedebant. Ibi autem illati in exercitum Abd-er-Rahmani, Andaluſiae domini, Ommiadae, ad quem undecunque Muſlemi confluxerant, referre pedem coguntur, et navibus ſuis, quarum quatuor Muſlemi ceperant, ſedes ſuas repetunt.

Eodem obiit Aſchnas Turca, nono poſt Abdallae obitum die.

Z 2 Anno

* Legendum: *novem*. Scilicet ab anno 228 ad 237. Res ipſa loquitur. *A.*

** Non ſatis intelligo hunc locum. *A.*

ثم دخلت سنة احدي وثلثين ومايتين ، فيها مات مخارق المغنّي ، وابو يعقوب يوسف بن يحيي البويطي الفقيه صاحب الشافعي وكان قد حبس في محنة الناس بالقران المجيد فلم يجب الي القول بانه مخلوق ، وكان البويطي من الصالحين ، وهو منسوب الي بويط قرية من قري مصر *

فيها توفي محمد بن زياد المعروف بابن الاعرابي الكوفي صاحب اللغة وكان ابوه زياد عبدا سنديا اخذ العلم عن الفضل *b* الضبي صاحب المفضليات ، ولابن الاعرابي المذكور عدة مصنفات منها كتاب النوادر وكتاب الانواء *c* وكتاب تاريخ القبايل وغير ذلك وولد في الليلة التي توفي فيها ابو حنيفة سنة خمسين ومايه ، والاعرابي منسوب الي الاعراب فيقال رجل اعرابي *d* اذا كان بدويا وان لم يكن من العرب ، ورجل عربي منسوب الي العرب وان لم يكن بدويا ، ويقال رجل اعجمي واعجم اذا كان في لسانه عجمة وان كان من العرب ، ورجل عجمي منسوب الي العجم وان كان فصيحا ، هكذا ذكره محمد بن عزيز *e* السجستاني في كتابه الذي فسّر فيه غريب القران *

ثم

Perhibent enim Elmacinus et Hamza Iſphahanenſis, Motaſemum attigiſſe annum aetatis 47 aut 48.

x) والثامن من ولد الخلفاء Cod. L. من ولد الخلفاء

y) ويغنم Cod. Leid. ويضم

z) الزمهم اموالا *adegit eos ad opes*, h. e. الزمهم ان يعطوا اموالا *adegit eos ad praeſtandas opes.* Rarior conſtructio.

a) حاضر proprie, *praeſens* urbi, *cingens* urbem, h. e. ambitus urbis. De-

Anno CCXXXI [qui die 6 Sept. A. C. 845 coepit] obiit Moharec muſicus, et Abu-Iakub Iuſef, filius Iahiae, Bovaitenſis, Fakihus celeber, diſcipulus Schafiaei; qui coniectus in carcerem ideo fuit, quod in illa famoſa recte de Corano ſententium exagitatione non poſſet eo adigi, ut ſacrum codicem creatum pronunciaret. Cognomen habet a Bovait pago quodam Aegyptiaco.*

Eodem obiit Cufenſis ille philologus, Ibn-el-Arabi nomine celeber, Muhammed, filius Zeiadi, Arabicae linguae peritiſſimus. Patrem habuerat Abdallam, ſervum Sindicum, magiſtrum vero Fadlum Dobbitam, auctorem Fadlianorum [libri ſic dicti]. Reliquit ipſe Ibn-el-Arabi complures libros, ut, librum rariorum atque ſcitorum dictorum factorumve, nec non librum de ſtellis procelloſis; item hiſtorias genealogicas Arabicarum tribuum, et alia. Natus eſt eadem nocte, qua obiit Abu-Hanifa, anno CL.**

Anno CCXXXII [qui die 27 Aug. A. C. 846 coepit] menſis ultimi die 23 obiit exactis in Chalifatu annis quinque, novem menſibus, et quod excurrit, anno aetatis trigeſimo ſecundo,

 Abu-

* Vide Abulfedae deſcr. Aegypti, ed. Michaëlis, pag. 3. *A.*

** In Arabicis hoc loco inſeritur obſervatio grammatica, quam ad marginem ablegare maluimus. "*Arabi* cum gemino Elif, uno praefixo, altero ſecundam inter et tertiam radicalem medio inſerto, id quod eſt deductum ab infinitivo quartae coniugationis verbi *Aroba* gentile, eſt omnis Baduvinus [ſeu vir campeſtris ſub tentoriis habitans et incertis ſedibus vagans], etiamſi Arabs gente non ſit. *Arabi* autem absque Elif, quod directe ab ipſa radice, aut a nomine Arabum manat gentile, Arabem gente et ſermone, quamvis procul campania et tentoriis habitet, ſignificat. Par eſt ratio in *Agam* vel *Agmi*, cum Elif praefixo, et in *Agami* absque Elif. Illa enim duo priora cum Elif dicuntur de omni, qui vitioſe loquitur, etiamſi Arabs ſit et Arabice loquatur. Poſterius autem notat Perſam, aut alium quemcunque barbarum origine, quamvis vel puriſſime diſſerat Arabice. Hauſimus hanc obſervationem e libro Muhammedis, filii Ozairi, Segeſtanenſis, quo illud, quod in Corano rarum et elegans exſtat, expoſuit."

ثم دخلت سنة اثنين وثلثين ومايتين ، ذكر موت الواثق بالله ، وتوفي الواثق بالله ابو جعفر هارون بن المعتصم بالله في هذه السنة لستّ بقين من ذي الحجة بالاستسقاء وعولج بالاقعاد في تنور مسخن ووجد عليه خفة فعاوده وشدّد سخونته وقعد فيه اكثر من اليوم الاول فحمي عليه واخرج منه في محفة فمات فيها ودفن بالهاروني *f*، ولما اشتد مرض الواثق احضر المنجمين فنظروا في مولده وقدّروا له انه يعيش خمسين سنة مستانفة *g* من ذلك اليوم فلم يعش بعد قولهم الّا عشرة ايام ، وكان ابيض مشربًا حمرة في عينه اليسري نكتة بياض وكانت خلافته خمس سنين وتسعة اشهر وكسرا وعمره اثنان وثلثون سنة وكان الواثق يبالغ في اكرام العلويين والاحسان اليهم وفرّق في الحرمين اموالا عظيمة حتي انه لم يبق في ايام الواثق بالحرمين سايل ، ولما بلغ اهل المدينة موته كانت تخرج نساء اهل المدينة الي البقيع كل ليلة ويندبن الواثق لفرط احسانه اليهم ، وسلك الواثق مذهب ابيه المعتصم وعمه المامون في امتحان الناس بالقران المجيد والزامهم القول بخلق القران وان الله لا يري في الاخرة بالابصار ✲

ذكر

Deſignat agrum urbi ſubiectum. Alias ظاهر Opponitur حاضر τῳ بادٍ, illud incolas, qui certas habent ſtationes, hoc Beduinos, Nomades, deſignans. Hinc حضر eſt *habitare, accolere.* Gorair: الحجبا غير محضور puteus non accultus, qui accolas non habet.

b) الفضل Ibn-Cotaiba habet المفضل *c*) الانواء Quid ſi forte الانوار

d) اعرابي Annotat Marzukius ad Hamaſam: جعل الناس العربي الذي له صحيح النسب في العرب وان كان ساكنا في الامصار والاعراب

Abu-Gafar Harun al-Vatec billah, filius Motaſemi; ex medicationis violentia. Nam quum ſenſiſſet ab inceſſu in furno calido (169) ſuum hydropem minui, ideoque medelam iteraret, et, quo efficacior eſſet, furnum vehementer calefieri curaſſet, diutius quoque in eo reſediſſet, quam antea fecerat, aeſtum non ferens exſpirat in ipſa lectica, in qua eum furno protractum efferebant. Sepultus eſt in urbe, quam ipſe condiderat, ſuoque de nomine appellaverat Haruniam [appendicem urbis Samirrae, a patre conditae]. Morbo invaleſcente advocaverat aſtrologos, qui, horoſcopo inſpecto, novos ipſi ex eo die ordiendos annos vitae quinquaginta ſpondebant. At ille vaticinationi decem dies non ſuperfuit. Ex rubro candidus erat, oculo ſiniſtro gerebat punctum aut cicatricem albam. Incredibili amore et reverentia proſequebatur Alidas, et maximis cumulabat beneficiis. Meccanos etiam et Medinenſes inundabat largitionibus, ut eius tempore mendicus apud eos non exſiſteret. Vnde factum, ut, Medinam delato nuncio de principis exceſſu, feminae, memores incomparabilis beneficentiae, quavis veſpera in Bakium [publicum ſepulcrum] abeuntes, patronum et dominum ſuum ibi lugerent et anxia voce cierent. In eo tamen premebat patris et patrui veſtigia, quod cives illa toties laudata quaeſtione de Corano vexabat, et invitos cogebat eum librum creatum dicere, et ſtatuere, in altera illa beata vita deum oculis non fore conſpiciendum, qualibus nunc utimur.

Huic ſuccedebat frater, Gafar, qui titulum Motavakkeli billah [ſeu confidentis deo] aſcivit. Ferebantur quidem magnates animo primum in filium defuncti, Muhammedem, et iam quoque illum tiara* et nigra tunica induerant; quia tamen imberbis iuvenis et brevis, ideoque deſpectui erat, neque tantarum rerum adminiſtrationi videbatur idoneus, alium circumſpiciebant, et poſt longas contentiones, iactatosque varios Abbaſi de gente

* *Calanſava* arabice: quae alias vilium et hominum plebeiorum geſtamen eſt.

ذكر خلافة المتوكل جعفر بن المعتصم وهو عاشرهم ، ولما مات الواثق عزم كبراء الدولة علي البيعة لمحمد بن الواثق فالبسوه قلنسوة ودراعة سودا وهو غلام امرد قصير فلم يروا ذلك مصلحة فتناظروا فيمن يولّونه وذكروا عدة من بني العباس ثم احضروا المتوكل فقام احمد بن ابي داود والبسه الطويلة وعمّمه وقبّل بين عينيه وقال السلام عليك يا امير المومنين ، فبويع بالخلافة في يوم مات الواثق فيه لستّ بقين من ذي الحجة سنة اثنين وثلثين ومايتين وكان عمر المتوكل لما بويع ستا وعشرين سنة ✡

ثم دخلت سنة ثلاث وثلثين ومايتين ، ذكر القبض علي ابن الزيات ، في هذه السنة في صفر قبض المتوكل علي محمد بن عبد الملك الزيات وحبسه واخذ جميع امواله وعذّبه بالسهر ثم حطه في تنور خشب فيه مسامير حديد اطرافها الي داخل التنور ويمتنع من يكون فيه عن الحركة ولا يقدر علي الجلوس ، فبقي كذلك محمد الزيات المذكور اياما ومات لاحدي عشرة ليلة بقيت من ربيع الاول من هذه السنة ، وكان ابن الزيات هو الذي عمل هذا التنور وعذّب فيه ابن اسباط المصري واخذ ماله ، وكان ابن الزيات صديق ابراهيم الصولي فلما ولي ابن الزيات الوزارة صادره بالف الف درهم فقال الصولي ،

وكنت انمّ اليك الزمان فاصبحت منك انم الزمانا ،
وكنت اعدّك للنايبات فها انا اطلب منك الامانا ✡

وفي هذه السنة ولّي المتوكل ابنه المنتصر الحرمين واليمن والطايف ✡

وفيها

gente viros, conſentiebant tandem in Motavakkelum. Inauguratur is itaque a ſupremo Cadio Bagdadico, Ahmede, filio Abu-Davudi, qui longum ipſi pallium induebat, et cidarin imponebat, et oſculum fronti impingebat, et ſollemni formula: "Salve, o princeps fidelium!" Chalifam ſalutabat. Inde dictum ipſi ſacramentum eodem illo die, quo deceſſor, Vatec, obiit, tertio ſcilicet et vigeſimo menſis ultimi anni CCXXXII, annum agenti vigeſimum ſextum.

Hic altero ſtatim imperii menſe, id eſt ſecundo anni CCXXXIII [Septembre fere A. C. 847] Muhammedem, filium Abd-el-Maleki, vulgo filium olearii [Ibn-az-Zaiat], qui hactenus Veziri munus geſſerat, comprehenſum in carcerem dedit (170), opibus ſpoliavit omnibus, et primum quidem vigiliis excruciavit, tum in ligneum furnum concluſit, acutis clavis ferreis undique hiſpidum, in quo neque movere ſe, neque conſidere poterat. Quibus in tormentis quum duraſſet dies aliquot, periit die 19 menſis tertii; dignus eo tormento, quod ipſe in aliorum cruciatum adinvenerat (171), et quo antea Ibn-Asbatum, virum Miſrenſem, bonis omnibus exutum, torſerat. Familiaris olim fuerat, antequam ad Veziratum aſcenderet, Ibrahimo Saulitae; quem ipſum tamen, potentiam conſecutus, mille drachmarum millibus multavit. Quod, ita ut caneret, inducebat Saulitam [clarum poëtam].

Olim apud te conquerebar de fortunae temporumque iniuriis. Nunc in [et per] te adverſam mihi fortunam experior.

Paraveram te mihi adverſus ſiniſtros caſus certum tutumque praeſidium, at nunc video quaerendam mihi adverſus te praeſidium eſſe.

Hoc anno praeficiebat Motavakkel filium ſuum, Montaſerum utrique ſacrario [ſeu territorio Meccae et Medinae], nec non Taiefae et Arabiae felici.

وفيها توفي ابو زكريا يحيي بن معين بن عون بن زياد بن بسطام المري البغدادي الحافظ المشهور صاحب الجرح والتعديل وكان اماما حافظا قيل انه من قرية بجوار الانبار *h* تسمي النقيا ، وكان الامام احمد بن حنبل شديد الصحبة له وكانا مشتركين في الاشتغال بعلوم الحديث وذكر الدارقطني يحيي بن معين المذكور في جملة من روي عن الامام الشافعي ، وولد يحيي بن معين المذكور في سنة ثمان وخمسين ومائة ، وتوفي في هذه السنة (اعني سنة ثلاث وثلثين ومائتين) في ذي القعدة وقيل في ذي الحجة رحمه الله تعالي ❁

ثم دخلت سنة اربع وثلثين ومائتين ، فيها توفي محمد بن مبشّر احد المعتزلة البغداديين ، وابو خيثمة زهير المحدث ، وعلي بن عبد الله بن جعفر المعروف بابن المديني الحافظ وهو امام ثقة ❁

ثم دخلت سنة خمس وثلثين ومائتين ، وفيها ظهر بسامرا رجل يقال له محمود بن فرج وادّعي النبوة وزعم انه ذو القرنين وتبعه سبعة وعشرون رجلا ، فاتي به وباصحابه الي المتوكل فامر اصحابه فصفعوه كل واحد عشر صفعات وضرب حتي مات من الضرب وحبس اصحابه ❁

وفيها مات الحسن بن سهل وعمره تسعون سنة وكان قد شرب دواء فافرط عليه القيام حتي مات ❁

وفيها

والاعراب الذين يكونون في البادية والاصل واحد ولكنهم ربما فرقوا بين النسبتين ارادة البيان ، قال

يسموننا الاعراب والعرب اسمنا ، واسما وهم فينا رقاب المزاود ،

"Appellant vulgo eum عربي, qui genuinus Arabs eſt etiamſi in urbi-
"bus habitet. اعراب autem Arabes appellant illos qui in Badia [vel
"Campania, in tentoriis] vivunt. Origo ambobus [hominibus nomi-
"nibus-

Eodem obiit Abu-Zacaria Iahia, filius Moaini, filii Auni, filii Zeiadi, filii Baſtami, tribu Morrita, nativitate Bagdadenſis, Imam et Hafet perceleber, unus eorum qui Hargo et Taadilo [traditionibus de vetitis et licitis (172)] ſtudent. Alii negant eum Bagdadenſem eſſe, ſed volunt ex Nakia, pago apud Anbaram, prodiiſſe. Fidus ei et frequens comes et amicus erat Imam Ahmed, filius Hanbali, iunctaque opera in ſtudium theologiae traditionariae hi ambo incumbebant. Darcatanenſis hunc Iahiam, Moaini filium, in iis numerat, qui acceptas a Shafiaeo traditiones propagarunt. Natus fuit anno CLVIII et obiit huius anni CCXXXIII menſe, aut penultimo, aut ultimo. Diverſa enim hac de re tradunt.

Anno CCXXXIV [qui die 4 Auguſt. A. C. 848 coepit] obierunt Muhammed, filius Mobaſſcheri, e numero Motazalitarum Bagdadicorum; et Abu-Gaitama Zohrus, traditionarius; et Ali, filius Abdallae, filii Gafari, Hafet ille vulgo ſub Ibn-el-Medini (173) nomine celeber, qui traditionum, quas propagavit, fidem et candorem eruditis approbavit.

Anno CCXXXV [qui die 25 Iulii A. C. 849 coepit] ſurgebat Samirrae Mahmud aliquis, Faragi filius, qui ſe prophetam, et quidem Du-l-Carnainum [Moſen] eſſe, perſuaſerat ſeptem et viginti aliis miſeris. Quos omnes Motavakkel, hos quidem ad perpetuum carcerem damnabat, ducem vero fanaticum novo ſupplicii genere tollebat, imperans illis viginti ſeptem diſcipulis, ut unus eorum quisque poſt alterum decies pugnum in magiſtri cervices infligeret. Quare verberibus contuſus exſpiravit.

Eodem obiit Haſan, filius Sahli, nonaginta natus annos, ex alvi nimio profluvio, potionem ſecuto, eius laxandae cauſſa hauſtam.

وفيها مات ابراهيم بن اسحاق الصولي صاحب الالحان والغناء ☼
وفيها مات سريج *i* بن يونس بن سريج بالسين المهملة ☼ وفيها وقيل في السنة التي تليها توفي عبد السلام بن رغبان (بالغين المنقوطة) الشاعر المشهور بديك الجن وكان يتشيع وعاش بضعا وسبعين سنة ، ومن جيد شعره *k* التي من جملتها ،

وقم انت فاحثث كاسها غير صاغر ولا تسق الا خمرها وعقارها ،
مشعشعة *l* من كف ظبي كانما تناولها من خده فادارها ☼

ثم دخلت سنة ست وثلثين ومايتين، وفيها امر المتوكل بهدم قبر الحسين بن علي بن ابي طالب وهدم ما حوله من المنازل ومنع الناس من اتيانه ، وكان المتوكل شديد البغض لعلي بن ابي طالب ولاهل بيته وكان من جملة ندمايه عبادة المخنث وكان يشدّ علي بطنه تحت ثيابه مخدة ويكشف راسه وهو اصلع ويرقص ويقول قد اقبل الاصلع البطين امير المسلمين ، (يعني عليا رضي الله عنه) والمتوكل يشرب ويضحك، وفعل ذلك يوما بحضرة المنتصر، فقال يا امير الموءمنين ان عليا ابن عمك فكل انت لحمه *m* اذا شيت ولا تدع مثل هذا الكلب واشباهه يطمع فيه ، فقال المتوكل للمغنين غنوا

"nibusque] eadem. Affectant tamen diſcrimen in appellationibus iſtis "uſurpandis, perſpicuitatis gratia. Poëta ait: [unde intelligas Baduinos aeque nomen العرب mereri atque urbanos Arabes.]

"Appellant nos الاعراب [quaſi per contemtum nomades dicant], quum
"nomen noſtrum ſit العرب Ipſi autem illi inter nos audiunt:
"cervices perarum."

[hoc eſt *ſervi, mancipia,* baiuli utrium aquariorum.] Hodie fere vide-

Eodem obiit Ibrahim, filius Ishaci, Saulita (174), muſicus [vel cantor], et Sarih, filius Iunaſi, filii Sarihi. Sunt etiam, qui ad hunc annum, ſunt alii, qui ad proxime inſequentem referunt obitum Abdallae, filii Ragbani, poëtae, nomine Dik-el-Ginni [ſeu galli daemonum] vulgo celebris. Obiit annos aliquot et ſeptuaginta natus. Inter alios eius elegantes verſus etiam hi habentur:

Surge tu et incita poculum eius [vini] ad frequentiores circulationes, intrepide, neque propina niſi vinum optimae notae et potens,

radians ut lumen, e manu hinnuli [pulchri iuvenis, pocillatoris], qui videatur illud [vinum] quaſi deprompſiſſe e gena ſua, et ſic diſtribuere ac circumferre compotoribus.

Anno CCXXXVI [qui die 14 Iulii A. C. 850 coepit] dirui iuſſit Motavakkel ſepulcrum [ſeu confeſſionem] Hoſaini (175), filii Alii, filii Abu-Talebi, ſimul cum vicinis aedibus, vetuitque locum cauſſa religionis adiri. Erat enim Alio, eiusque poſteris admodum infeſtus, eosque non ipſe tantum vexabat, verum etiam ſinebat et gaudebat ab aliis exagitari. Erat ipſi inter familiares aliquis pathicus, Abâda, qui, riſum potanti moturus, pulvinar abdomini ſubter veſtes, quo ventricoſus videretur, alligare, poſitaque tiara, quo calvities appareret, ſaltare ſolebat, ſimul hoc in Alin ſcomma iactans: En venit hic calvus ventricoſus Princeps fidelium. Faciebat idem aliquando coram Montaſero, filio principis; qui commotus indignitate rei ad patrem, O princeps, ait, Alin communi nobiscum avo prognatum ſi tu velis exagitare et mordere, ferendum id eſt. At huius canis ſimiliumque libidini non oportebat tantum virum permitti. Verum Motavakkel, parum hac motus admonitione, muſicis imperabat, ut hoc canerent: "Vir zelo ardet pro affini ſuo. Sit caput

غنوا غلم الفتي لابن عمّه راس الفتي في حرّ امّه * وكان يجالس من اشتهر ببغض عليّ مثل ابن جهم الشاعر وابي السماط من ولد مروان بن ابي حفصة من موالي بني امية وغيرهما، فغطي نعمه لعليّ علي حسناته والّا فكان من احسن الخلفاء سيرة ومنع الناس عن القول بخلق القران * وفيها توفي منصور بن المهدي ☼

ثم دخلت سنة سبع وثلثين ومايتين، فيها توفي محمد بن عبد الله صاحب صقلية وتولي موضعه علي جزيرة صقلية العباس بن الفضل بن يعقوب بن نزارة *n* وفتح فيها الفتوح الجليلة وفتح قصريانه وهي المدينة التي بها دار الملك بصقلية وكان الملك قبلها يسكن سرقوسه فلما اخذ المسلمون بعض الجزيرة انتقل الملك الي قصريانه لحصانتها، فتتحها العباس في هذه السنة يوم الخميس منتصف شوال وبني فيها مسجدا في الحال ونصب فيه منبرا وخطب وصلي فيه الجمعة *

وفيها توفي حاتم الاصمّ الزاهد المشهور البلخي، ولم يكن اصم وانما سمي به لان امراة جاءت تساله عن مسالة فخرج منها

videtur illa diſtinctio inter العرب et الاعراب obſoleviſſe. Sane in Itinerariis tantum appellantur *Alarbes*, qui vitam nomadicam agunt.

e) عزيز Cod. Leid. عزيز

f) بالهاروني ſubint. القصر Solent alias talia in feminino efferri, ſubintell. المدينة

g) مستانفة accuſativus partic. X Coniug. adverbialiter poſitus: *rem ab eius naſo inde denuo redordiendo.* Appellant autem Arabes *naſum* cuiusque rei eius *principium*, extimam oram, acumen. Scholiaſtes Divani Hudeil. ait, كل شي انفه اوله

viri in vulva matris ſuae.„* (176) Habebat etiam libenter ſecum ab odio Ali celebres, ut Ibn-Gahm,** poëtam, et Abu-Samât,*** ex poſteris Marvani, filii Abu-Haffal,**** unius de libertis Ommiadarum; ut alios praeteream. Hic viri furor in Alin ceteras eius virtutes obſcuravit; absque quo fuiſſet profecto Chalifarum, qui cum laude imperarunt, non poſtremus, cuius in reliquis bene inſtitutis etiam hoc eſt, quod porro vetuit Coranum creatum pronunciari.

Anno CCXXXVII [qui die 4 Iulii A.C. 851 coepit] obiit Muhammed, filius Abdallae, Siciliae dominus (177); cuius in locum ſucceſſit Abbas, filius Fadli, filii Iacubi, filii Nazarae;***** qui praeter alias magnas, quas ditioni ſuae adiecit, urbes expugnavit die quodam Iovis, medio menſe decimo huius anni [id eſt menſe Aprili circiter A. Chr. 852] Caſrianam [h. e. caſtellum Ennae] (178), tunc temporis regum Siculorum ſedem. Illuc enim lares illi ſuos, ut immunitum atque tutum locum, tum transtulerant, quum ſatis ſibi tuti in antiqua ſua ſede, Syracuſis, ab Arabibus non videbantur, cernentes inſulae partem non contemnendum ab iis occupatam eſſe. Statim Abbas, ut urbem ceperat, fanum in ea condidit cum ſuggeſtu, unde diebus Veneris orationem recitavit et populo preces praeivit.

Eodem obiit Hatem Aſammus (179) [ſeu ſurdus], celeber ille ſanctus Balchenſis. Agnomen Aſammi ex eo habuit, non quod auribus captus eſſet, quarum uſu gaudebat integro, ſed quod aliquando expedire iudicaverat ſurdum a ſe ſimulari, et vitii opinionem indui, quam alterius pudorem expugnari. Scilicet

* Hoc eſt, aegre fert Moſtanſer, ſui affinis Alii honorem lacerare. Male propterea pereat Moſtanſer, et omni confundatur infamia. Vid. adnot. hiſtor.

** Vid. ad ann. CCXLIX

*** Forte idem eſt hic Abu-Samât cum eo, qui paullo ante Abu-Asbat nominabatur.

**** Vid. ad ann. CLXXI.

***** Rectius forte habet codex Eſcurialenſis in Bibliotheca Caruſii, *Fazarae*.

منها صوت فتخجلت فاوهمها انه اصم وقال ارفعي صوتك ، فسرّت ظنّا منها انه لم يسمع حبقتها ، فغلب عليه هذا الاسم ۞

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين ومايتين ، فيها توفي عبد الرحمن بن الحكم بن هشام بن عبد الرحمان الداخل بن معاوية بن هشام بن عبد الملك الاموي صاحب الاندلس في ربيع الاخر وكان مولده سنة ست وسبعين ومائة وولايته احدي وثلثين سنة وثلاثة اشهر وكان اسمر طويلا عظيم اللحية يخضب بالحنا وخلف خمسة واربعين ابنا ، ولما مات ملك بعده ابنه محمد بن عبد الرحمان ۞

ثم دخلت سنة تسع وثلثين ومايتين ، فيها توفي محمود بن غيلان المروزي وهو من مشايخ البخاري ومسلم ۞

ثم دخلت سنة اربعين ومايتين ، فيها مات الامام الشافعي واسمه محمد وكنيته ابو عثمان وكان قاضي الجزيرة وروي عن ابيه وعن ابن عيينه ، وكان للشافعي ولد اخر اسمه محمد ايضا مات بمصر سنة احدي وثلثين ومايتين ۞

وفيها توفي ابو ثور ابراهيم بن خالد بن ابي اليمان الكلبي الفقيه البغدادي صاحب الامام الشافعي وناقل اقواله القديمة عنه ، وكان علي مذهب اهل الراي حتي قدم الشافعي الي العراق فاختلف *o* اليه فاتبعه ورفض مذهبه الاول ۞

ثم

h) بجوار الانبار Cod. Leid. نحو الانباري

i) سريح Cod. L. hoc loco habet شريح

k) Poſt شعره forte deeſt قصيدته

l) مشعشعة et شعشعة exponitur a ſchol. Hariri ad conſ. XXIV in fine الصافية

licet accedebat ad eum aliquando femina, neſcio qua de re conſultum. Cui differenti elabitur ſonus ex ore inferiore. Quo videns noſter eam turbatam et rubore perfuſam, ſurdum ſimulat, et altius iubet vocem attolli. Illa revera ſurdum eſſe credens, laeta domum abibat; Hatemo autem ex eo tempore ſurdi cognomen adhaeſit.

Anno CCXXXVIII [qui die 22 Iunii A. C. 852 coepit] obiit menſe quarto Abd-er-Rahman, filius Hakemi, filii Heſchami, filii Abd-er-Rahmani Advenae, filii Moaviae, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, Ommiadarum. Agebat is tum aetatis annum LXII, utpote natus anno CLXXVI, dominatus Andaluſiae fuerat per annos XXXI et tres menſes. Erat furvus, procerus, promiſſa barba, fucabat ſe henna. Reliquit quadraginta quinque filios, quorum unus fuit Muhammed eius ſucceſſor.

Anno CCXXXIX [qui die 11 Iunii A. C. 853 coepit] obiit Mahmud, filius Gailani, Marvenſis, e numero doctorum Bocharii et Muſlemi.

Anno CCXL [qui die 1 Iunii A. C. 854 coepit] obiit Imam, Cadi Gazirae [urbis], Abu-Otman Muhammed, Schafiaeus, illius celeberrimi Schafiaei filius; a quo quae proſtant traditiones, habuit eas a patre ſuo, et ab Ibn-Oiaina. Habebat fratrem pariter Muhammedem dictum, qui Miſrae obiit anno CCXXXI.

Eodem obiit Abu-Taur Ibrahim, filius Chaledi, filii Abu-l-Iamanii, tribu Calbita, dignitate fakihus, ſede Bagdadenſis, diſcipulus Schafiaei, et qui vetuſtas eius ſanctiones retulit. Primum quidem partes eorum ſequebatur, qui ſanam rationem conſulendam in caſibus dubiis cenſent; ante nempe quam audiviſſet Schafiaeum: at poſtquam hic in Iracam venit, et Abu-Taur eum frequentavit, deſeruit ſectam priorem.

ثم دخلت سنة احدي واربعين ومايتين، فيها توفي الامام احمد بن حنبل بن هلال بن اسد بن ادريس ينسب الي معد بن عدنان، وكان وفاته في ربيع الاول، وروي عنه مسلم والبخاري وابو داود وابراهيم الحربي وكان مجتهدا ورعا زاهدا صدوقا، قال الشافعي خرجت من بغداد وما خلفت بها احدا اتقي ولا اورع ولا افقه من احمد بن حنبل ❊

ثم دخلت سنة اثنين واربعين ومايتين، فيها مات ابو العباس محمد بن ابراهيم بن الاغلب امير افريقية وولي بعده ابنه ابو ابراهيم احمد بن محمد المذكور ❊

وفيها توفي القاضي يحيي بن اكثم بن محمد بن قطن من ولد اكثم بن صيفي التميمي حكم العرب، وكان يحيي المذكور عالما بالفقه بصيرا بالاحكام وهو من اصحاب الشافعي وكان اماما في عدة فنون وكان دميم الخلق، وابن اكثم المذكور هو الذي ردّ المامون عن القول بتحليل المتعة فقال ابن اكثم لبعض الفضلاء الذين كانوا يعاشرون المامون ومنهم ابو العينا بكّروا غدا اليه فان وجدتم للقول وجها فقولوا والّا فاسكتوا الي

الصافية الخالصة *liquidum, clarum et meracum vinum,* Sed procul dubio fallitur. Notat potius *vinum aqua dilutum,* ut in illo Marzukii ad Hamaſam: مشعشعة كان الحص فيها اذا ما الماء خالطها سخينا "vinum limpidum, quod ſi aqua ſubit calida, videatur croco tinctum fuiſſe." Vbi adſcriptum: شعشعت الشراب اي مزجته Ita عسل مشعشع بالماء *mel aqua dilutum,* in Hamaſa minore. Haririus conſ. XIII habet شيخ متشعشع de *ſene decrepito,* quaſi qui ſe tenuem, gracilem facit et ſimulat.

Anno CCXLI [qui die 21 Maii A. C. 855 coepit] idque tertio menſe obiit celeber antiſtes, Imam Ahmed, filius Hanbali, filii Helali, filii Aſadi, filii Edriſi, et ſic porro usque ad Maaddum, filium Adnani, de quo nominari ſolet Maaddita. Traditiones ab eo perhibitas porro propagarunt eius diſcipuli, Bocharius, Muſlem, Abu-Davud, et Ibrahim Haretita. Noſter Imam colebat deum omni corporis animique contentione, caſtigator ſui vigil et ſeverus, humanarum rerum contemptor, veracitatis ſtudioſiſſimus. Schafiaeus quidem, at quantus vir, hoc de illo perhibuit praeclarum teſtimonium: excedentem Bagdado ſe ibi non reliquiſſe hominem, qui maiore, quam Hanbali filius ſollicitudine revereatur numen, aut maiore animo huius vitae commoda aſpernetur, aut ſacras conſtitutiones penitius calleat. (180)

Anno CCXLII [qui die 9 Maii A. Chr. 856 coepit] obiit Africae princeps, Muhammed Abu-l-Abbas, filius Ibrahimi, filii Aglabi, et habuit ſucceſſorem filium, Abu-Ibrahim Ahmedum.

Eodem obiit Iahia, filius Actami, filii Muhammedis, filii Catani, ex poſteris Actami, filii Saifii, Tamimitae, iudicis illius Arabum celeberrimi. Noſter Iahia peritus ſacri iuris erat, admodum perſpicax in decidendo, diſcipulus inter multos alios Schafiaei, princeps in variis ſcientiae generibus, adſpectu quidem turpis, carus tamen principibus. In Mamunum valuit tantum, ut eum averteret a conſilio licitum pronunciandi Motaam [id eſt, morem illum, quo uxores ad paucorum pluriumve dierum vel menſium uſum aere pacto conducuntur]. (181) Scilicet incidebat aliquando princeps eam in controverſiam, aſſidentibus Iahia et aliis quibusdam doctis viris, et in iis Abu-l-Ainao. Quibuscum ita Iahia comparat, ut, altero die ſi principem absque ſe convenirent; neque ſatis efficax in promtu haberent argumentum, quod ipſos litemque expediret principisque libidi-

الي ان ادخل ، قال ابو العينا فدخلنا علي المامون وهو يستاك ويقول وهو مغتاظ متعتان كانتا في عهد رسول الله وعلي عهد ابي بكر وانا انهي عنهما ، ومن انت يا جعل حتي تنهي عما فعله رسول الله ، فاوجم اوليك حتي دخل يحيي ابن اكثم فقال له المامون اراك متغيرا ، قال يحيي هو غمّ حدث p من النداء بتحليل الزنا يا امير المومنين ، فقال المامون الزناء ، قال نعم ، قال ومن اين قلت هذا ، قال من كتاب الله وحديث رسوله ، قال الله تعالي قد افلح المومنون الي قوله والذين هم لفروجهم حافظون الا علي ازواجهم وما ملكت ايمانهم فانهم غير ملومين ، فمن ابتغي وراء ذلك فهم العادون ، يا امير المومنين زوجة المتعة ملك يمين ، قال لا ، قال فهي الزوجة التي ترث وتورث ، قال لا ، قال q وهذا الزهري روي عن عبد الله الحسن ابني محمد ابن الحنفية عن ابيهما عن علي بن ابي طالب قال امرني رسول الله ان انادي بالنهي في المتعة وتحريمها بعد ان كان امر

m) كل انت لحمه *mande tu carnem eius*, h. e. *lacera convitiis eius bonam famam.* Caro Arabibus ſymbolum eſt famae. Nam ut odor a carne, ita fama emanat ab homine. Hinc coni. IV الحم apud Golium: *obiecit hoſti dilaniandum alterius honorem.* Integra elocutio eſt الحمه عرضه *cibavit ipſum honore ſuo, ut carne.* Harir. conſ. XXXI. Sumta eſt a لُحمة, quae vox eſcam notat, qua in fovea ſuſpenſa intus allicitur fera.

n) Codex Eſcurialenſis apud Caruſium vehementer diſcrepat, et rectius habet فرارة

o) فاختلف ſcripſi pro فاخلف, niſi forte ſit اخلف اليه *tranſiit ad ipſum.*

nem retunderet, eo quidem loco ſilentio transmiſſo adventum ſuum praeſtolarentur. Vt ergo mane ad principem accedebamus (verba ſunt Abu-l-Ainai), deprehendimus eum dentifricio ſibi os purgantem, et in haec erumpentem verba, ſtomachabundum: Duo contigerunt exempla talis temporarii matrimonii aetate tam prophetae, quam Abu-Becri, quae tamen neuter prohibuit. Quisnam ergo tu es, o ſcarabaee [de ſterquilinio nate] ut vetes id, quod propheta fecit. Devorarunt quidem taciti obiurgationem adſtantes, ſed dolore compuncti, donec intraret Iahia, filius Actami, cui Mamun: videris mihi, ait, vultu et habitu deterior et ſolito diſſimilis. Afflixit nempe meum corpus, reſpondebat Iahia, moeror ex eo conceptus, quod adulterii licentiam palam et in foris audio proclamari. Itane vero? Adulterium appellas, repetebat princeps admirabundus. Imo vero adulterium inquam. At unde hoc habes? Habeo, reſpondebat Iahia, e libro dei et eius legati traditione. Sic enim primum quidem legitur in ſacro codice: "Sane felices ſunt fide-"les" usque ad verba: "et qui pudenda ſua cuſtodiunt ab aliis "praeter uxores ſuas et ancillas; his enim uti culpa vacat. At ſi "quid ulterius cupiant, iuſti terminos excedunt." O princeps fidelium, talis coniux temporaria et uſurpaticia, eſtne mancipium? Negabat princeps eſſe. At eſt forte uxor, quae et mariti haereditatem adire, et ſuam viciſſim transmittere marito queat? Negabat et hoc Mamun. Vides itaque, domine, continuabat Iahia, vetitum in ſacro codice tale matrimonium eſſe. Iam tibi idem e traditionibus quoque demonſtratum dabo. Hic, quem noſti, Zohrita tradidit ex ore Abdallae, et Haſani, filiorum Muhammedis, filii Hanafitidis; habuerant autem illi ſententiam hanc a ſuo patre, Muhammede, qui acceperat eam ab Alio, ſuo patre, dicente hunc in modum: Mandavit mihi (Alio) propheta, ut publico praeconio vetem et exſecrabile pronunciem coniugium temporarium, eoque facto revocem illam eius ipſius

 prio-

امر بها ، فقال المامون امحفوظ هذا عن الزهري ، قال نعم رواه عنه جماعة منهم مالك رضي الله عنه ، فقال المامون استغفر الله فبادروا بتحريم المتعة والنهي عنها * ولم يكن في يحيي بن اكثم ما يعاب به سوي ما يتهم به من *r* محبّة الصبيان ، وقد قيل فيه بسبب ذلك عدّة اشعار منها ،

وكنّا نرجي ان نري *s* العدل ظاهرا ، فاعقبنا بعد الرجاء قنوط ،
متي تصلح الدنيا ويصلح اهلها وقاضي قضاة المسلمين يلوط *

ولاحمد بن نعيم في ذلك ،

انطقني الدهر بعد اخراسي لنايبات اطلن وسواسي ،
لا افلحت امة وترضي لها بطول نكس *t* وطول انغاس *v* ،
ترضي بيحيي يكون سايسها وليس يحيي لها بسوّاس ،
قاض يري الحد في الزناء ولا يري علي من يلوط من باس ،
يحكم للامرد الغرير *x* علي مثل جرير ومثل عباس ،

فالحمد

p) عمّ حدث pro عمّا , h. e. عن ما Codex L. male habet غم لنا حدث Poteſt et eſſe غما لنا حدث

q) Hoc قال de meo addidi. *r*) به pariter addidi.

s) نري Cod. Leid. نري ان Emendavi ex Ibn-Schehna.

t) نكس *infelicitas.* Proprie, *retro in caput praeceps prolapſus.* Ita نكس de *fluvio* dicitur, qui obiecto obice eo redire, unde venerat, cogitur, et velut in caput ſuum praecipitatur. Meidan. Item de *ſagitta* inverſa, cuius imum (vel pars alata) ſummum (vel cuſpis) factum eſt. Item de *homine imbelli* et obtuſo. Ex iſta notione recidendi, nata eſt altera: recruduit vulnus vel morbus. Harir. conſeſſ. XL. et Divan Hudeilitarum.

v) انغاس Non dubito, legendum eſſe انعاس

priorem tempore ſanctionem, qua illud permiſerat, approbaverat, iuſſerat. Interrogabat Mamun, ſitne haec Zohritae traditio genuina, fidelibus in libris depoſita, et ſinceris ab Hafetis propagata. Doctor affirmabat: multos enim eam a Zohrita retuliſſe, in quibus etiam ſummum illum Imamum, Malecum, filium Anaſi, eſſe. Deprecor itaque praeproperi iudicii veniam a deo, aiebat Mamun. Vos autem quantocius illicitum proclamate coniugium temporarium, idque vetate. Hactenus Abu-l-Aina. Dignum autem reprehenſione in Actamida erat ardor in pueros, quo eum flagraſſe ſuſpicio et rumor fuit; eoque tendunt iacta in eum carmina, quorum en unum ſpecimen, et item alterum, afferam. Et primum quidem hoc neſcio cuius:

Spe nos olim lactabamus, fore, ut videremus iuſtitiam victricem et ſcelere potiorem: at ſpem noſtram excepit deſperatio.

Qui et quando tandem probus erit orbis terrarum cum ſuis incolis, quum ſupremus fidelium iudex Sodomita ſit?

Alterum accipe hoc ab Ahmede, filio Noaimi:

Tempus, quod hactenus mihi os clauſerat, nunc proloqui me cogit ob calamitates, quae diu me multumque mecum muſſitare et iurgari et aeſtuare faciunt.

Male pereat gens, longamque ſuam infelicitatem longaque ſuſpiria aequo et lubente ferat animo,

gens, quae non dedignatur Iahiam rectorem pati, quamvis Iahia vir ille non ſit, qui gentem hanc regere, qua par eſt, ſciat,

iudex, qui adulterium ſaevis punit flagellis; at Sodomitam peccare aut deprehenſionem mereri non putat,

ſecundum iuvenes imberbes litem dat, damnat vel ſanctiſſimos, Gorairo quamvis et Abbaſo ſimiles.*

O mi-

* Senſus: Iahiam pulchris iuvenibus connivere et gratiam facere. Subobſcura ſunt arabica. *A.*

فالحمد لله كيف قد ذهب العدل وقلّ الوفاء في الناس ،
اميرنا يرتشي *y* وحاكمنا يلوط والراس شرّ ما *z* راي ،
لا احسب الجور ينقضي وعلي الامة والٍ من ال عباس ✲

واكتم بالتاء المثناة من فوقها والثا المثلثة كلاهما لغتان وهو الرجل العظيم البطن والشبعان ايضا ۞

ثم دخلت سنة ثلاث واربعين ومايتين ، فيها سار المتوكل الي دمشق في ذي القعدة ✲

وفيها مات ابراهيم بن العباس بن محمد بن صول الصولي ✲

وفيها توفي الحرث بن اسد المحاسبي *a* الزاهد وكان قد جهزه احمد بن حنبل لاجل علم الكلام فاختفي لتعصّب *b* العامّة لاحمد ولم يصلي عليه غير اربعة انفس ۞

ثم دخلت سنة اربع واربعين ومايتين ، فيها وصل المتوكل الي دمشق ودخلها في صفر فعزم علي المقام بها ونقل دواوين الملك اليها ، فقال يزيد بن محمد المهلبي ،

اظنّ الشام يشمت بالعراق ان عزم الامام علي انطلاق ،
فان يدع *c* العراق وساكنيه فقد تبلي المليحة بالطلاق ✲

ثم

x) العذير Prava, an ſana ſit lectio, non dixerim, neque ſi ſane ſit, quid notet, an *circumciſum*, ut معذور, an *maxillarum*, ut العذار Coniicio الغرير legendum, iuvenem *inexpertem* vel, *nitidum*, *candidum.*

y) يرتشي proprie, *ſinit ſibi funem alligari.* Reus, qui iudicem donis corrumpit et in partes ſuas trahit, dicitur رشاه *funem ipſi alligare.* Iudex corruptus ارتشي *ſinere ſibi funem alligari.* Pulcra et facilis ſimi-

O miſericors deus, quam diſparuit iuſtitia, quam rara eſt in terris fides!

Legatus noſter accipit munera, et Cadi noſter eſt paederaſtes, et caput noſtrum [id eſt Chalifa] eſt peſſimum caput.

Non puto deſituram tyrannidem, quamdiu gens Muſlemica parebit viro Abbaſidae.*

Anno CCXLIII [qui coepit A. C. 857 die 29 April.] Damaſcum movebat Motavakkel, menſe anni undecimo [ſedem regiam illuc Bagdado translaturus].

Eodem obiit Ibrahim Saulita, filius Abbaſi, filii Sauli, ex avo ſic cognominatus; item Haret, filius Aſadi, Mohaſebicus (182), vir religioſus; qui, quod Ahmed, filius Hanbali, eum ſchola eiecerat, ut dialecticum, latuit diu, plebem veritus, Hanbalidae faventem; unde factum, ut mortuo et humando preces non fecerint niſi quatuor funeris comites. (183)

Anno CCXLIV [qui coepit die 18 April. A. C. 858] accedebat Motavakkel, idque ſecundo menſe, ad Damaſcum, ea mente, ut regiam ſedem et aerarium, et tribunalia iuri dicundo ceterarumque cauſſarum, eo transferret. Qua occaſione Iazid, filius Muhammedis, Mohallebita, verſuum hoc ſubiectum par edebat:

Coniicio, Syriam calamitati, quae Iracam nunc affligit, illaetaturam eſſe, Imamo [ſ. principe] ea excedere tendente.

Atqui ſi deſerat Iracam et eius incolas [nihil propterea de pretio praeclariſque provinciae dotibus decedit]. Saepe fit, ut pulcherrima uxor libellum repudii ferat.

Verum

* Adduntur hoc loco in Arabicis: »Notamus adhuc exemplaria in ſcriptione vocis *Actam* diſcrepare. Quidam enim exarant tertiam litteram *t* duobus; alii tribus punctis; quod poſterius *Actſam* foret efferendum. Ambiguum, quae ſcriptio rectior. Vna enim dialectus illo, altera hoc modo pronunciat. Significat autem vox ventricoſum et obeſum.«

ثم استوبي المتوكل بمشق واستثقل ماءها فرجع الي سامرا وكان مقامه بدمشق شهر وايام *

وفيها غضب المتوكل علي بختيشوع الطبيب وقبض ماله ونفاه الي البحرين * وفيها قتل المتوكل ابا يوسف يعقوب المعروف بابن السكيت صاحب كتاب اصلاح المنطق في اللغة وغيره وكان اماما في اللغة والادب، قتله المتوكل لانه قال له ايّما احبّ اليك ابناي المعتز والمويّد ام الحسن والحسين فغطي *d* ابن السكيت عن ابنيه وذكر عن الحسن والحسين ماهما اهله، فامر مماليكه فداسوا بطنه فحمل الي داره ومات بعد غد ذلك اليوم، وقيل ان المتوكل لما سال ابن السكيت عن ولديه وعن الحسن والحسين قال له ابن السكيت والله ان قنبر خادم عليّ خير منك ومن ولديك، فقال المتوكل سلّوا لسانه من قفاه، ففعلوا به ذلك فمات

ſimilitudo. Nam ut ille, qui alterum funi innexum tenet, regere eum et trahere poteſt quocunque vult, ita corruptor iudicis poteſt iudicem donis corruptum trahere in ſuas partes. Alias رشا tantum de fune dicitur, qui ſitulae alligatur et cuius ope aqua hauritur. Haririus conſ. XXXIX فناسمناهم لنتخذهم اسلما للارتقاء وارشية للاستقاء "exploravimus eos, quo uteremur iis ut ſcalis ad adſcendendum et ut funibus ad hauriendam aquam" h.e. exploravimus eos, num apti noſtris intentionibus eſſent. Et Meidanius habet proverbium: ليس الدلو الا بالرشا "nihili eſt ſitula, niſi cum fune."

z) Aut abundat ما, aut poſitum pro من: abundare paſſim obſervant ſcholiaſtae arabici.

a) المحاسبي Temere codex Leid. المحاسني Nomen ei inditum, quia كان يحاسب نفسه rigidum examen dictorum factorumque ſolebat ſecum inſtituere. Pro ſeq. جهره ſine dubio leg. جهّره

Verum paullo poſt deprehendens Motavakkel Damaſci coelum inſalubre, et eius aquas uſibus ſuis non ſufficientes,* deſerebat et hanc urbem, in qua plus unum menſem et aliquot dies non egit.

Eodem anno relegabat Motavakkkel ſuum medicum, Bachtiſchuam, in Bahreinam, opibus ſpoliatum.** Idem occidebat eodem illum Ibn-es-Sekkiti nomine celebrem grammaticum, Abu-Iuſefum Iacobum, filium Ishaki, auctorem libri inſcripti, correctio ſermonis, et aliorum; virum in philologia et politioribus quibusque artibus excellentem. Quo ipſum induxit quaeſtio, qua grammaticum aliquando tentabat, quisnam penes eum maiore in pretio eſſet, filiine ſui [Motavakkeli], nimirum Motazzus et Muiadus; an filii Alii, Haſan, et Hoſain. Ad hanc quaeſtionem grammaticus mentione filiorum principis transmiſſa, tantummodo Haſani et Hoſaini laudes meritas celebrabat. Quo princeps adeo fuit in furorem adactus, hoſtis Alidarum iuratus, ut ipſi mancipia immitteret ſua, qui, ſic iuſſi, miſero ventrem pedibus ita conculcabant, [quaſi pannum, aut linum ſubacturi] ut lectica domum referendus eſſet, ubi altero mane animum reddidit. Alii ad hunc modum narrant. Ad quaeſtionem de praeſtantia filiorum principis et Alidarum, aiunt Ibn-es-Sekkitum reſpondiſſe hunc in modum: Cambar, Alii famulus, et te praeſtat, o Motavakkel, et ambobus tuis filiis. Quo audito aiunt iuſſu principis linguam ipſi extractam ex imis faucibus*** et exciſam fuiſſe; quo factum ut miſer inter carnificis

Cc 2 manus

* Quia nimirum per Trigridem, et Euphratem, immanes fluvios, per canales, qui ambos iungunt, liburnicis vectari conſueverat.

** Simulque vehemens perſecutio deſaeviit In eccleſiam Bagdadenſem, de qua vide Renaudot hiſt. Patr. Alexandr. pag. 279. et 300. *A.*

*** Alias enim, in ludibrium potius quam in poenam, extremus tantum apex linguae ſolet exſcindi.

فمات من ساعته في رجب من السنة المذكورة وكان عمره ثمانيا وخمسين سنة ، والسكيت بكسر السين المهملة وتشديد الكاف فعيل اسم لكثير السكوت والصمت ۞

ثم دخلت سنة خمس واربعين ومايتين، فيها توفي ذو النون *e* المصري في ذي القعدة ، وابو علي الحسين *f* بن علي المعروف بالكرابيسي صاحب الشافعي ۞

ثم دخلت سنة ست واربعين ومايتين ، فيها تحوّل المتوكل الي الجعفري وقد ابتدي بعمارته سنة خمس واربعين ومايتين وانفق عليه اموالا تجلّ عن الحصر وكان يقال لموضعه الماحوزة *g* ۞

وفيها توفي دعبل بن علي الخزاعي الشاعر وكان مولده سنة ثمان واربعين ومائة وكان يتشيّع ۞

ثم دخلت سنة سبع واربعين ومايتين، ذكر مقتل المتوكل، في هذه السنة قتل المتوكل جماعة بالليل بالسيوف وقت خلوته باتفاق من ابنه المنتصر وبغا الصغير الشرابيّ وقتل في مجلس شرابه وقتل معه وزيره الفتح بن خاقان ، وكان قتله ليلة الاربعا لاربع خلون من شوال وكانت خلافته اربع عشر سنة وعشرة اشهر وثلاثة ايام وعمره نحو اربعين سنة وكان اسمر خفيف العارضين ۞ ذكر بيعة المنتصر وهو حادي عشرهم ، لما اصبح نهار الاربعا صبيحة الليلة التي قتل فيها المتوكل حضر الناس والقواد والعساكر الي الجعفري فخرج احمد بن الخصيب الي الناس وقرا عليهم كتابا من المنتصر ان

b) لتعصب ad *partialitatem*, proprie, *ſui adſtrictionem ad ipſum.* In utramque partem accipitur. تعصب له ſeſe adſtringit ipſi, favet ipſi: ſed

manus exſpiraret. Vtcunque contigerit, periit ſeptimo menſe huius anni, annos natus octo et quinquaginta. Vox Sekkit, quod liceat nobis in tranſitu monere, hominem indicat admodum taciturnum.

Anno CCXLV [qui die 7 April. A. C. 859 coepit] obiit Du-Nuni, Miſrenſis (184); item Abu-Ali Hoſan, filius Alii, vulgo Carabiſenſis cognominatus, diſcipulus Schafiaei.

Anno CCXLVI [qui die 27 Martii A. C. 860 coepit] transferebat Motavakkel ſedes e Samirra in adiectum ei palatium Gafaricum, quod iam ſuperiore anno condere coeperat, impendio incredibili et cenſum paene omnem excellente. Solum, quod palatium illud occupavit, antea vocabatur Mahuza. (185)

Eodem obiit Dabal (186) Chozaita, filius Ali, celeber poëta, annos natus duo de centum, anno fugae CXLVIII in lucem editus. Adhaerebat Schiitis.

Anno CCXLVII [qui die Martii 16. A. C. 861 coepit] idque menſis decimi nocte quinta, quae tum Mercurii diem praecedebat, occiſus fuit Motavakkel gladiis quorundam (187), quum ſolus ageret, in eo accubito, in quo compotare cum amicis ſolebat; in id conſpirantibus, eius filio, Montaſero, et Boga minore Scharabico [ſeu pincerna]. Cadebat cum principe Vezirus eius, Fatah, filius Chacani (188), in quem parricidii infamiam filius transferebat. Quum enim aurora inſecuta purpurati, duces copiarum, militesque, et quibus opus erat, pro more curiam, aut palatium Gafaricum, adirent, egreſſus ad illos Ahmed, filius Chaſibi [novus Vezirus], recitabat Montaſeri litteras, in quibus, Chalifam, Motavakkelum, a Fataho, Chacanida, peremtum fuiſſe fingebat; ideoque ſe, patris ultorem, a percuſſore meritas poenas pari ſupplicio repetiiſſe. Hac audita oratione protinus itum fuit in ſacramentum Montaſero dicendum. De cuius patre quod dicamus id ſupereſt, furvum

 fuiſſe,

ان الفتح بن خاقان قتل المتوكل فقتلته به ، فبايع الناس المنتصر صبيحة الليلة التي قتل فيها المتوكل *

وفي هذه السنة توفي العباس صاحب صقلية فولّي الناس عليهم ابنه عبد الله بن عباس ، ثم ورد من افريقية خفاجة بن سفيان اميرا علي صقلية فغزي وفتح في جزيرة صقلية ، ثم اغتاله رجل من عسكره فقتله فهرب القاتل الي المشركين ، فلما قتل خفاجة استعمل الناس ابنه محمد بن خفاجة ثم اقرّه علي ولايته محمد بن احمد بن الاغلب صاحب القيروان وبقي محمد بن خفاجة اميرا علي صقلية الي سنة سبع خمسين ومايتين فقتله خدمه الخصيان فهربوا فادركهم الناس وقتلوهم علي ما سنذكر ان شاء الله *

وفي هذه السنة توفي ابو عثمان بكر بن محمد المازني النحوي الامام في العربية *

ثم دخلت سنة ثمان واربعين ومايتين ، ذكر موت المنتصر ، وفيها توفي المنتصر بالله محمد بن جعفر المتوكل يوم الاحد بسامرا لخمس خلون من ربيع الاول بالذبحة وكانت مدة علته ثلاثة ايام وعمره خمس وعشرون سنة وستة اشهر وكانت خلافته ستة اشهر ويومين ، وكان اعين اقني قصيرا مهيبا عظيم اللحية *h* راجح العقل كثير الانصاف وامر الناس بزيارة قبر الحسين بن علي بن ابي طالب وامن *i* العلويين وكانوا خايفين ايام ابيه *

ذكر

ſed تعصب عليه ſeſe adſtringit contra ipſum, eius partibus adverſatur. Hinc أيام العصبية dicuntur *dies partialitatis*, vel totum illud tempus, quo res Muſlemorum factionibus Alii et Moaviae, Mochtari, Zobairidae rel. lacerabatur.

c) يبدع Cod. L. et Ibn-Schehna تدع

fuiſſe, rara barba; cecidiſſe tum, quum annum aetate ageret fere quadrageſimum: regnaverat annos quatuordecim, menſes decem et tres dies.

Eodem obiit Abbas, dominus Siciliae, cui caſtra filium, Abdallam, ſufficiebant interea dum intelligeretur, quem virum Africae dominus inſulae miſſurus eſſet rectorem. Adveniebat aliquanto poſt ex Africa Chafaga, Sofiani filius; quem multis rei Chriſtianae illatis damnis, multisque partis victoriis inſignem militum ſuorum aliquis nec opinantem ſuſtulit. Sicarius a peracta caede ad infideles perfugit. Filium huic quoque ſufficiebant Siculi Muſlemi, Muhammedem, quod eorum iudicium deinceps Africae dominus, Muhammed, filius Ahmedis, Aglabides ratum habuit. Praefuit ille Muhammed, Chafagae filius, Siciliae usque ad ann. CCLVII; ad quem dicemus eum inſidiis quorundam ſuorum ſpadonum periiſſe; qui tamen, e fuga retracti, capite poenas luerunt.

Eodem obiit Abu-Otman Becrus, filius Muhammedis, Mazenita (180), grammaticus, princeps in Arabiſmi peritia.

Anno CCXLVIII [qui die 6 Martii A. Chr. 862 coepit] obiit Samirrae die ſexto tertii menſis, ex angina, tertio morbi die, anno aetatis vigeſimo quinto, et ſexto praeterea menſe, geſto per ſex menſes et duo dies Chalifatu, Montaſer billah Muhammed, filius Gafari Motavakkeli, vir magnis et nigris oculis, aquilino naſo, brevi ſtatura, vultu maieſtatis pleno, bene barbatus, ingenio pollens et prudentia, rigidus aequi et iuſti cuſtos. Sepulcrum Hoſaini, quod pater disiecerat,* permiſit religioſis ut rurſus adirent, Alii item confeſſionem. Alidas quoque, qui, tempeſtate patris exagitati dira inſectatione expaverant, bono animo iubebat eſſe.

Huic

* Vid. ad ann. CCXXXVI, ſupra pag. 189. *A.*

ذكر خلافة المستعين احمد بن محمد المعتصم وهو ثاني عشرهم، لما توفي المنتصر اتفق كبار الدولة مثل بغا الكبير وبغا الصغير واتامش الاتراك ومحمد *k* بن الخصيب علي تولية المستعين وكرهوا ان يغيموا بعض اولاد المتوكل لكونهم قتلوا المتوكل، فبايعوا المستعين ليلة الاثنين لستّ خلون من ربيع الاخر وهو بن ثمان وعشرين سنة ويكني ابا العباس ❊

وفيها ورد علي المستعين الخبر بوفاة طاهر بن عبد الله بن طاهر امير خراسان في رجب، فعقد المستعين لولده محمد بن طاهر علي خراسان ❊

وفيها مات بغا الكبير وجعل المستعين ابنه موسي بن بغا مكانه ❊

وفيها شغب اهل حمص علي كيدر عاملهم فاخرجوه عنهم ❊

وفي هذه السنة تحرّك يعقوب بن ليث الصفار من سجستان نحو هراة ❊

وفيها توفي محمد بن العلا الهمذاني وكان من مشايخ البخاري ومسلم ❊

ثم دخلت سنة تسع واربعين ومايتين، فيها كان بين المسلمين والروم وقعة بمرج الاسقف قتل فيها مقدّم العسكر وهو عمر بن عبد الله الاقطع وكان من شجعان المسلمين وانهزمت المسلمون وقتل منهم جماعة، وخرجت الروم فاغاروا الي الثغور الجزرية ❊

وفيها

d) فغطي Cod. فغظ Rara elocutio غطي علي عن pro غطي علي *velum inſtravit ſuper eos.* Hoc loco quoque ſubintell. لسانه aut كلامه aut حديثه, *occultavit linguam, narrationem, ſermonem ſuum ab iſtis,* non memoravit eos. Vel عينيه *occultavit oculum ab iſtis,* non reſpexit eos.

Huic ſuffectus fuit duodecimus Abbaſicae gentis Chalifa, Abu-l-Abbas Ahmed Moſtain Billah (190) [ſeu qui divinum auxilium implorat], filius Muhammedis Motaſemi; Boga utroque, tam maiore, quam minore, et Atamiſcho, et Ahmede filio Chaſibi, hoc Arabe, iſtis Turcis, id urgentibus maxime, et caventibus ſedulo, ne e filiis Motavakkeli, quem occiderant, ſibi dominum et paternae caedis ultorem imponerent. Nocte igitur, quae diem Lunae, ſeptimum quarti menſis praecedebat, ſacramentum dicebant Moſtaino, annum aetatis vigeſimum et octavum agenti.

Hic porro eodem anno Choraſanam fiduciariam dabat provinciam Muhammedi, filio Taheri [ſecundi], filii Abdallae, filii Taheri [primi], audito, eius patrem, Taherum, provinciae principem, eius anni ſeptimo menſe obiiſſe. (191)

Eodem obiit Boga maior, cuius in locum filius, Muſa, ex voluntate principis ſubibat.

Eodem eiiciebant ex urbe ſua tumultuantes Emeſſeni praefectum ſuum, Caidarum.

Eodem movebat e Segeſtana verſus Haratam [celeber ille] Iacob, filius Leiti, Soffar [vulgo dictus, id eſt faber aerarius, ab opificio, quod initio rerum ſuarum exercuerat].

Eodem obiit Muhammed, filius Olae, Hamadanenſis, unus doctorum Bocharii et Muſlemi.

Anno CCXLIX [qui die 23 Febr. A. C. 863 coepit] contigit praelium Marg-al-Aſcafi (192) [ſic dictum a loco, in quo commiſſum fuit: ſignificat autem ea appellatio campum epiſcopi], quo a Graeſis fuſi, partim et caeſi fuerunt Muſlemi, et ipſe dux, Omar, filius Abdallae, Acta, vir fortiſſimus, cecidit. Haec victoria viam aperuit Romanis, qua ſuas excurſiones ad ipſos usque limites Meſopotamiae proferrent. (193)

وفيها شغبت الجند الشاكرية والعامّة ببغداد علي الاتراك بسبب استيلايهم علي امور المسلمين يقتلون من شاوا من الخلفاء ويستخلفون من احبّوا من غير ديانة ولانظر للمسلمين، ثم وقعت في سامرا وقعة بين العامة وفتحوا السجون واطلقوا من فيها، ثم ركبت الاتراك وقتلوا من العامة جماعة وسكنت الفتنة *

وفيها ثارت الموالي باتامش *l* فقتلته ونهبوا من داره اموالا جمّة لان المستعين قد اطلق يد اتامش ويد والدته (اعني والدة المستعين) ويد شاهك الخادم في بيوت الاموال فكانوا ياخذون الاموال من دون غيرهم، فقتل اتامش بسبب استيلايه علي الاموال *

وفيها توفي علي بن الجهم الشاعر * وفيها توفي ابو ابراهيم احمد بن محمد بن ابراهيم بن الاغلب صاحب افريقية ولما مات تولّي موضعه اخوه زيادة الله بن محمد وكنية زيادة الله المذكور ابو محمد *

ثم دخلت سنة خمسين ومايتين، وفيها ظهر يحيي بن عمر بن يحيي بن حسين بن زيد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب (ويكني ابا الحسين) بالكوفة وكثر جمعه واستولي علي الكوفة، ثم جهّز اليه محمد بن عبد الله بن طاهر جيشا، فخرج اليهم يحيي بجمعه، فقتل يحيي وانهزم اصحابه وقتل منهم جماعة وحمل راسه الي المستعين *

ثم في هذه السنة ظهر الحسن *m* بن زيد بن محمد بن اسماعيل بن زيد بن الحسن بن الحسن بن علي بن ابي طالب بطبرستان وكثر جمعه *

وفيها

l) ذي النون pro codicis Leid. ذنون

Eodem inſurgebant in Turcas Schakeritae milites et plebs, aegre ferentes eorum in Muſlemos impotentiam et licentiam, e ſua libidine occidentium et creantium Chalifas, nullo pietatis officiive ſui reſpectu, nullo iuſtitiae, aut quid Muſlemis expediret. Samirrae quoque plebs correptis armis, effractis carceribus in libertatem nexos dabat. Vbi autem Turcae immiſſis in plebem equis ſtragem edebant non contemnendam, illico deferbuit aeſtus.

Eodem inſurgebant liberti in Atamiſchum, peremtoque diripiebant domum; unde ſi opes egeſſerunt ingentes, mirandum id non eſt. Fecerat enim Moſtain, cum matri ſuae, tum duobus hiſce Turcis, Atamiſcho puta, de quo dicere coepimus, et Schaheco, eunucho, aerarii expilandi et differendi liberam poteſtatem. Quo factum, ut hi ſoli, abactis aliis, imperii reditus abſumerent. Sed exitioſa erat Atamiſcho cupiditas.

Eodem obiit Ali, filius Gami, poëta (194); item Abu-Ibrahim Ahmed, filius Muhammedis, filii Ibrahimi, filii Aglabi, dominus Africae; cuius in locum ſucceſſit frater, Zeiadatalla Abu-Muhammed, filius Muhammedis.

Anno CCLI [qui die 12 Febr. A. C. 864 coepit] prodibat Cufae obſequium detrectans et Chalifatum affectans, Abu-l-Hoſain Iahia, filius Omari, filii Hoſaini, filii Zaidi, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, et ingentibus auctus copiis et urbis dominus, contendebat adverſus exercitum, quem Irakae praefectus, Muhammed, filius Abdallae, filii Taheri [primi] ipſi obiecerat. At ſiniſtro ſucceſſu. Nam ipſe quidem in praelio cadebat, et amputatum caput ad Moſtainum mittabatur, factio autem caeſa et diſſipata fuit.

Sed in Tabareſtana quoque caput efferebat, magnasque vires contrahebat, peremti illius affinis Haſan, filius Zaidi, filii Muhammedis, filii Iſmaëlis, filii Zeidi, filii Haſani, filii Alii, filii Abu-Talebi. (195)

وفيها وثب اهل حمص علي عاملهم وهو الفضل بن قارن اخو مازيار فقتلوه ، فارسل المستعين اليهم موسي بن بغا الكبير فحاربهم *n* بين حمص والرستن وهزمهم وافتتح حمص فقتل من اهلها مقتلة عظيمة واحرقها ❊

وفيها توفي زيادة الله بن محمد بن ابراهيم بن الاغلب صاحب افريقية وكانت ولايته سنة وستة اشهر ، وملك بعده ابن اخيه ابو عبد الله محمد بن احمد بن محمد المذكور ❊

وفيها مات الخليع *o* الشاعر واسمه الحسين بن الضحاك واشعاره واخباره مشهورة وكان مولده سنة اثنتين وستين ومائة ❊

ثم دخلت سنة احدي وخمسين ومائتين ، فيها اتفقا بغا الصغير ووصيف وقتلا باغر التركيّ ، فشغبت الترك وحصروا المستعين وبغا الصغير ووصيفا في القصر في سامرا ، فهرب المستعين وبغا الصغير ووصيف في حراقة وانحدروا *p* الي بغداد واستقرّ بها المستعين ❊

ذكر البيعة للمعتزّ بالله ، في هذه السنة بعد مسير المستعين الي بغداد كما ذكرنا خافوه الاتراك فاخرجوا المعتز بالله بن المتوكل (وكان في الحبس) وبايعوه واستولي علي الاموال التي كانت في سامرا للمستعين ولامّه ونفّق في الجند ثم عقد المعتز لاخيه ابي احمد طلحة بن المتوكل وهو الموفق

لسبع

f) Cum Sebekaeo et Hagi Chalifa ſcripſi ابو علي الحسين pro ابو الحسن quod erat in cod. Leid.

g) الماحورة Vox ſuſpecta. Quid ſi legas الماجورة aut الماخورة

h) عظيم اللحية pro inſolente عظيم اللحم quod habet cod. Leid.

i) وامن Cod. L. وامر

Eodem anno trucidabant ſaevientes Emeſſeni praefectum ſuum, Fadlum, filium Careni, fratrem Maziari. Sed graves inſolentiae dabant poenas Muſae, Bogae maioris filio, quem ipſis Moſtainus immittebat. Hic enim praelio inter Hems et Raſtanam* commiſſo contundebat inquietos Syros; dein ipſam urbem flammis permittebat, poſt editam in cives ſtragem horribilem.

Eodem obiit Zeiadatalla [eius nominis ſecundus], filius Muhammedis, filii Ibrahimi, filii Aglabi, dominus Africae, poſt exactos in principatu octodecim menſes, cui nepos ex fratre ſucceſſit, Abu-Abdalla Muhammed [ſecundus], filius Ahmedis, filius Muhammedis [primi], quem modo dicebamus Ibrahimi filium, et nepotem Aglabi eſſe.

Eodem obiit Chalius poëta, vero nomine Hoſain, filius Dahâki, cuius ut opera poëtica, ſic res geſtae ſatis inclaruerunt: natus fuerat anno CLXII.

Anno CCLI [qui die Februarii 1. A. C. 865 coepit] inſurgebant Turcae, irritati caede gentilis, Bageri, quem Boga minor et Vaſif conſentientes ſuſtulerant; ambosque facinoris auctores, et ipſum Moſtainum, in auguſto palatio Samirrae obſidebant. Evadebant tamen hi tres Bagdadum liburnica per Tigridem ſubvecti, ubi deinceps haeſit Moſtain, at poteſtate privatus.

Nam Turcae eo abſente, ne quid ab ipſo porro timerent, extrahebant e carcere Motazzum, filium Motavakkeli, dominumque ſalutabant. Hic opus ex inſperato nactus, quas Moſtain eiusque mater Samirrae habebant, animos Turcarum ſibi largitionibus conciliat, tum ſupremum militiae magiſtrum nuncupat fratrem, Abu-Ahmedem Talham, vulgo a Movaffeki nomine

 notum;

* De hoc loco vide Abulfedae tabulam Syriae, ex edit. Io. Bernh. Köhler, Lipſ. 1766 pag. 22. *A.*

لسبع بقين من المحرم وجهزه مع خمسين الفا من الترك الي حرب المستعين فتحصن المستعين ببغداد وجري بين الفريقين قتال كثير، ثم اتفق كبراء الدولة ببغداد علي خلع المستعين والزموه بذلك ✡

وفيها مات سري *q* السقطي الزاهد ✡

ثم دخلت سنة اثنتين وخمسين ومايتين، ذكر خلع المستعين وولاية المعتز وهو ثالث عشرهم، ولما جري من امر المعتز والمستعين ما ذكرناه خلع المستعين احمد بن محمد المعتصم نفسه من الخلافة وبايع المعتز بالله بن المتوكل بن المعتصم وخطب للمعتز ببغداد يوم الجمعة رابع المحرم من هذه السنة واخذت له البيعة علي جميع من ببغداد، ثم نقل المستعين من الرصافة الي قصر الحسن بن سهل بعياله واهله واخذ منه البردة والقضيب والخاتم، وطلب المستعين ان يكون مقامه بمكة فمنع من التوجه الي مكة فاختار المقام بالبصرة فوكل به جماعة وانحدر الي واسط، ثم امر المعتز بقتل المستعين وكتب الي احمد بن طولون بقتل المستعين فامتنع احمد بن طولون عن قتله وسار احمد بن طولون بالمستعين الي القاطول وسلمه الي الحاجب سعيد بن صالح، فضربه سعيد حتي مات فحمل راسه الي المعتز فامر بدفنه، وكانت مدة خلافة المستعين الي ان خلع ثلث سنين وتسعة اشهر وكسرا وكان عمره اربعا وثلثين *r* سنة ✡

وفي هذه السنة عقد لعيسي بن الشيخ علي الرملة وانفذ له نايبا عليها يسمي ابا المعتز، وهذا عيسي

بن

k) محمد Superius احمد, quae lectio confirmatur ab Elmacino p. 155. وزراوه الخصيب واحمد ولده بعده. Sic enim ibi legendum.

l) باتامش Alias اتامش vel اتامس

notum; quod factum die XXIII menſis primi huius anni; eumque porro cum Turcarum quinquaginta millibus Moſtaino Bagdadoque immittit, cuius ille ſe moenibus tutabatur. Poſt atroces utrinque clades, aſſenſerunt tandem obſeſſi proceres eo, ut Moſtainum imperio exuerent. Cuius etiam rei neceſſitas ipſi admota fuit.

Eodem obiit Serri Sacatenſis, vir ſanctus.*

Anno CCLII [qui die 21 Ianuarii A. Chr. 866 coepit] ineunte, menſis primi quarto die, ſemet abdicabat imperio Ahmed Moſtain, filius Muhammedis Motaſemi, et ſacramentum dicebat Motazzo, filio Motavakkeli, filii Motaſemi; et tum primum, dies Veneris erat, pro concione renuntiatus hic fuit Chalifa. His peractis translatus fuit Moſtain cum tota familia e Ruſafa in palatium Haſâni, filii Sahli, redditis baculo et tunica et annulo ſignatorio Muhammedis, regni pignoribus. Meccam ſecedendi ibique habitandi facultatem quum obtinere non poſſet, eligebat Baſram, in qua aetatem tranſigeret. Quod ipſi conceſſum quidem, ſed in ſpeciem, fuit, ut eventu conſtitit. Nam una cum additis cuſtodibus per Tigridem Vaſetum delatum perimi iubebat Motazzus; cura exſequendi mandati Ahmedi, filio Tuluni, iniuncta; qui, ingratum ipſe detrectans officium, eum Catulum** abducit, et Hagebo [hoc eſt accubitori vel cubiculario] Saïdo, filio Salehi, tradit, a quo verberibus ad necem caeſus fuit. Amputatum caput ad Motazzum remiſſum, a quo humatum eſt. Tenuit itaque Chalifatus Moſtaini tres annos et novem menſes et quod excurrit, fine in illo die facto, quo ſe imperio abdicabat. Vixit annos triginta quatuor.

Hoc anno dabat Motazzus Ramlam Iſae, filio Schaichi, filii Solaiki, in fiduciam; et hic mittebat porro aliquem Abu-Motazzum, qui, per ſuam abſentiam ibi res curaret. Oriundus erat hic

* Vid. infra ad finem anni CCXCVII. *A.*

** *Cadeſiam* nominat Elmacinus pag. 158.

بن الشيخ شيباني وهو عيسي بن الشيخ بن السليك من ولد جسّاس بن مرة بن نهل بن شيبان، فلما كان من فتنة الاتراك بالعراق ما كان تغلّب ابن الشيخ المذكور علي دمشق واعمالها وقطع ما كان يحمل من الشام الي الخليفة واستبدّ بالاموال ☼

وفيها توفي محمد بن بشار، ومحمد بن المثنّي الزمن ء البصريان وهما من مشايخ البخاري ومسلم في الصحيح ☼

ثم دخلت سنة ثلاث وخمسين ومايتين، فيها شغبت الجند بسبب طلب رزق اربعة اشهر فلم يجبهم وصيف الي ذلك فوثبوا علي وصيف وقتلوه فجعل المعتز كل ما كان الي وصيف الي بغا الشرابيّ ☼

وفيها مات محمد بن عبد الله بن طاهر بن الحسين ☼

وفيها ملك يعقوب الصفار هراة وبوشنج وعظم امره وهابه امير خراسان وغيره ☼

ثم دخلت سنة اربع وخمسين ومايتين، وفيها قتل بغا الشرابي الصغير تحت الليل، وكان بغا قد خرج من بين اصحابه وجنده ومعه خادمان له وقصد الركوب في زورق، فاعلم الموكّلون بالجسر المعتز بخبره فامرهم بقتله فقتلوه وحملوا راسه الي المعتز ☼

وفيها في جمادي الاخرة توفي عليّ الزكيّ ويقال له علي الهادي وعلي النقيّ وهو احد الايمة الاثني عشر عند

m) الحسن Cod. L. الحسين Conf. ad A. CCLVII.

n) فجارديهم pro cod. L. فجاردون

o) الخليع notat flagitioſum et improbum hominem. Marzukius ita deſcribit ad Hamaſam, الخلعاء الذين تبرّاء عشايرهم منهم واسلموا لجرايرهم

hic Iſa e gente celebris illius tyrannicidae Arabici, Gaſſaſi,* filii Morrae, filii Dohli, filii Schaibani, adeoque tribu erat Schaibanita. Is uſus occaſione, dum Turcae turbant et miſcent Iracam, qua de re mox pluribus dicemus, occupabat Damaſcum, agrumque circa, negabatque et ſui iuris faciebat reditus Chalifae inde debitos.

Eodem obiit Muhammed, filius Baſchari, et Muhammed, filius Motanni, Zamani, uterque Baſrenſis et ex illorum numero, quos Bocharius pariter atque Muſlem in ſuis corporibus traditionum doctores ſuos laudant.

Anno CCLIII [qui die 10 Ianuarii A. C. 867 coepit] tumultuabantur milites, et debita ſibi quatuor menſium ſtipendia flagitabant, eaque negantem Vaſifum, facto impetu, trucidabant. Cuius morte vacuefacta munia tribuebat Motaz Bogae Scharabico, quae tamen ille diu non geſſit, ut ſtatim dicemus.

Eodem obiit Muhammed, filius Abdallae, filii Taheri [primi], filii Hoſaini.

Eodem potitus eſt Haraa et Buſchanga Iacob, cognomine Soffar [ſeu faber aerarius], crevitque viribus adeo, ut Choraſanae principi et aliarum terrarum dominis formidandus eſſet.

Anno CCLIV [qui die 31 Decembr. A. Chr. 867 coepit] occiſus eſt Boga Scharabicus, aut minor alias dictus, ſub noctem, fugam clam militibus et amicis in lintre (196) per Tigridem moliens, gemino tantum famulo ſtipatus. At pontis cuſtodiae, attento, Motazzum de ipſius molitione referunt; qui occidi eum, et caput ad ſe afferri iubet. Quod factum.

Eiusdem anni ſexto menſe obiit Ali ez-Zaki [ſeu Ali purus], ſic vulgo appellatus, aut aliis titulis Hadi [dirigens in veram viam], et Taki [ſeu dei reverens], unus illorum duodecim, quos

* Vid. Pocockii ſpecimen hiſt. Ar. pag. 81.

عند الامامية وهو علي التركي بن محمد الجواد المتقدم ذكره في سنة عشرين ومايتين ، وكان علي المذكور قد سعي به الي المتوكل ان عنده كتبا وسلاحا ، فارسل المتوكل جماعة من الاتراك وهجموا عليه ليلا علي غفلة فوجدوه في بيته مغلق وعليه مدرعة من شعر وهو مستقبل القبلة يترنم بايات من القران في الوعد والوعيد ليس بينه وبين الارض بساط الا الرمل والحصا ، فحمل علي هيته الي المتوكل والمتوكل يستعمل الشراب وفي يده الكاس ، فلما راه المتوكل اعظمه واجلسه الي جانبه وناوله الكاس *s* فقال يا امير المومنين ما خامر لحمي *v* ودمي قط فاعفني منه *x* ، فاعفاه فقال انشدني شعرا ، فقال اني لقليل الرواية للشعر ، فقال المتوكل لابدّ من ذلك ، فانشده ،

باتوا علي قلل الاجبال تحرسهم غلب الرجال *y* ، فما اغنتهم القلل ،
واستنزلوا بعد عز عن معاقلهم *z* فاودعوا حفرا يا بيس ما نزلوا ،
ناداهم صارخ من بعد ما قبروا اين الاسرّة والتيجان والحلل ،
اين الوجوه التي كانت منعمة من دونها تضرب *a* الاستار والكلل *b* ،

فافصح

الخليع Aliter Tebrizius ad v. 50. Moallakae Amralkaiſi: الخليع المقامر وقيل هو الذي قد خلع عذاره فلا يبالي ما ارتكب "Vox الخليع eſt aleator, aut ut alii volunt, homo qui genam ſuam capiſtro exuit, neque curat, quid tandem facinorum perpetret." Integra elocutio خليع العنان *exutus fraeni*, vel خليع الرسن *exutus habenae*, h. e. homo flagitioſus. لجرايرهم

p) انحدروا Iuvat hic obſervationem geographicam e ſcholiaſte Gorairi adſcribere: قال ابو صخر من اخذ نحو الغور فقد اصعد ومن اخذ الي السفل مضر فقد انحدر وسفلي مضر مما يلي البصرة عمرو بن تميم ومما يلي البحرين سعد وعلياها كنانة قريش

"Ait

quos Schiitae admittunt, Imamorum, filius eius Muhammedis Gavadi [ſeu generoſi], cuius elogium habes ad a. CCXX. Perſuaſerant aliqui Motavakkelo [diro illi Alidarum hoſti] apud hunc Alin copiam ſcriptorum (197) et armorum latere. Miſſus ergo Turcarum manipulus eum noctu derepente opprimit. At longe alium reperibant, quam pro exſpectatione; in occluſa et probe obſerata domo, cilicio indutus, converſo ad Cabam vultu, verſus Corani cantillabat inſigniores et efficaciores, quibus aut probis laeta, aut improbis triſtia praedicuntur; in nudo ſolo, in dura glarea et arena, nulla ſtorea interpoſita. In eo habitu rapitur ad Motavakkelum, qui eo ipſo tempore compotationi vacans calicem manu tenebat. Ille Alidam, ſimul ac conſpexit, magnis honorum ſignificationibus exceptum apud ſe conſidere, et bibere iubet, poculum porrigens. Verum veniam ſibi fieri rogabat vir ſanctimoniae ſtudioſus: vinum carnem venasque ſuas nunquam ſubiiſſe. Quam excuſationem admittebat quidem princeps, recitari tamen ab Alida ſibi volebat, ut potanti, canticum aliquod, aut aliud quid generis poëtici. Deprecari etiam hoc Alida, eo, quod parum ſtuduerit carminibus ediſcendis. Tandem tamen principe urgente, et miſſionem omnino non dante, recitabat verſiculos, quos hic retuli:

Haeſerunt [illi beati et potentes] in verticibus montium [in molibus palatiorum coelum ferientibus] inter excubitores, robuſtos et obſtipa cervice homines. Sed hilum non profuerunt ipſis ſui montes.

Detracti ſunt e caſtellis, quibus antea feroces pollebant, et depoſiti in fovea, at o quam foeda et incolis ingrata!

Quos ſi quis forſitan humatos hoc fere modo allocutus fuerit: Vbinam ſunt veſtra ſolia, et infulae, et trabeae?

Vbinam ſunt facies illae delicatulae, quibus olim praetendi vela et conopea ſolebant?

فاقصح القبر عنهم حين سايلهم تلك الوجوه عليها الدود يقتتل ،
قد طال ما اكلوا دهرا وما شربوا فاصبحوا بعد طول الاكل قد اكلوا *
فبكي المتوكل وامر برفع الشراب فقال يا ابا الحسن اعليك دين
قال نعم اربعة الاف دينار، فدفعها اليه وردّه الي منزله مكرما ،
وكانت ولادة علي المذكور في رجب سنة اربع عشر ومايتين وقيل
ثلث عشر وتوفي لخمس بقين من جمادي الاخرة من هذه السنة
(اعني سنة اربع وخمسين ومايتين) بسامرا، ويقال لعلي المذكور
العسكري لسكناه بسرّ من راي لان سر من راي يقال لها العسكر
لسكني العسكر بها ، وعلي المذكور عاشر الايمة الاثني عشر وهو والد
الحسن العسكري والحسن العسكري هو حادي عشر الايمة الاثني
عشر وهو الحسن بن علي الزكي المذكور بن محمد الجواد بن
علي الرضا بن موسي الكاظم بن جعفر الصادق بن محمد الباقر
بن علي زين العابدين بن الحسين بن علي بن ابي طالب ،
وكانت ولادة الحسن العسكري المذكور في سنة ثلاثين ومايتين
وتوفي في سنة ستين ومايتين في ربيع الاول وقيل في جمادي الاولي
بسر من راي ودفن الي جانب ابيه علي الزكي المذكور، والحسن
العسكري المذكور هو والد محمد المنتظر صاحب السرداب
ومحمد

"Ait Abu-Sachr: qui tendit verſus Gaur [videtur Meſopotamia tractus olim ita dictus fuiſſe] is اصعد *aſcendit*, qui autem verſus infima Modar tendit, is انحدر *deſcendit*. Sunt autem infima Modar ibi, ubi habitant gens Amrui fil. Tamimi apud Baſram, et gens Saadı apud Bahrein, et in editis Kenanae Coraiſchitica tribus."

q) سري Ibn-Cotaiba سدي

r) وثلثين Sic et Hamza Iſpah. Sed codex L. et Ibn-Schehna وعشرين

Reſponderit interroganti ipſorum nomine ſepulcrum profecto non obſcure: En illae facies, quas quaeris, ſuper quibus, velut in palaeſtra, vermes volutantur et luctantur:

olim diu multumque ligurrierunt; iam tandem aliquando magnae iſtae maxillae invicem devorantur.

Haec audiens Motavakkel, lacrimis inundatus tolli compotationem iubet, Alidam vero locaſſetne nomen interrogat, et affirmanti, quater mille numos aureos ſtatim in manus dat; tantum ille alieni aeris ediderat; domumque multo cum honore remittit. Natus erat ſeptimo menſe anni duodecimi, aut decimi tertii huius ſaeculi; menſe autem ſexto anni, in quo nunc ſumus CCLIV obiit apud Sarramarraam [vel Samirram]. Alio quoque agnomine citatur Aſcarita, a ſede ſua. Habitabat enim in Sarramarraa, quae urbs alias etiam Aſcar [ſeu caſtra, vel ſtativa] appellatur ex eo, quod exercitus ibi ſolebat tendere. Imamorum, qui proprie ſic dicuntur, eſt numero decimus, pater Haſani Aſcaritae undecimi, cuius maiores una ſerie recitare iuvat. Haſan Aſcarita erat filius Alii Zaki [ſeu puri], de quo ſermo nunc nobis eſt, filii Muhammedis Gavadi [ſeu generoſi], filii Alii Ridda [ſeu placentis], filii Muſae Catemi [ſeu iram retinentis], filii Gafari Sadeki [ſeu veracis], filii Muhammedis Bakeri [ſeu abundantis], filii Alii Zain-el-Abedin [ſeu decoris religioſorum], filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi. (Natus erat Haſan Aſcarita anno ducenteſimo decimo tertio, obiit autem anno ducenteſimo ſexageſimo, menſe tertio, vel ſecundum alios, quinto, in oppido Sarramarraa, ubi ad latus patris Ali Zaki ſepultus fuit.*) Filius huius Haſani, isque duodecimus et ultimus Imamorum, eſt Muhammed Montatar [ſeu exſpectatus], ille, cui nota iſta, quae de Serdab (197) [ſeu crypta] feruntur,

* Omiſſa erant haec verba in interpretatione Reiskiana. *A.*

ومحمد المنتظر المذكور هو ثاني عشر الايمة الاثني عشر علي راي
الامامية ويقال له القايم والمهدي والحجّة وولد المنتظر المذكور
في سنة خمس وخمسين ومايتين، والشيعة يقولون دخل السرداب في
دار ابيه بسر من راي وامه تنظر اليه فلم يعد يخرج اليها، وكان
حينيذ عمره تسع سنين وذلك في سنة خمس وستين وفيه خلاف ❊

وفيها توفي احمد بن الرشيد وهو عم الواثق ❊

وفيها ولي احمد بن طولون علي مصر ❊

ثم دخلت سنة خمس وخمسين ومايتين، فيها استولي يعقوب
بن الليث الصفار علي كرمان ثم استولي بالسيف علي فارس ودخل
يعقوب الصفار علي شيراز ونادي بالامان وكتب الي الخليفة بطاعته
واهدي له هدية جليلة منها عشرة بزاة بيض ومانة من المسك ❊

ذكر خلع المعتز وموته، وفي هذه السنة في يوم الاربعا لثلاث
بقين من رجب خلع المعتز بن جعفر المتوكل بن محمد المعتصم
بن

s) الزمن forte الزمني

t) ناوله الكاس *porrexit ipſi poculum*, eſt idem, atque نال اليه الكاس *apprehendit eique dedit poculum.* Videtur in نال ſignificatio primaria eſſe, *extenſo bracchio apprehendere*, deinde *dare.*

v) خامر لحمي Elegans elocutio. خامر idem eſt atque خمر اليه *clam ſubrepſit ad eum*, immiſcuit ſe carni et ſanguini ibique alterationem fermenteſcentem excitavit. Dicitur de *vino*, ut ab Haririo conſ. XXIII البيت لا خامرتني الخمر ما علقت روحي بجسمي والفاظي بافصاحي، "iuro numquam ſubrepturum eſſe vinum in ſuccum et ſanguinem meum, quamdiu adhaeſerit ſpiritus corpori, et eloquentia ſermonibus meis." Item de *morbo latente*, ut apud Gorairum: ما في فوادك من داء يخامره الاّ التي لو راءها راهب سجد، "non eſt in

contigerunt, item aliis cognominibus Caiem [ſeu ſtans*] dictus, et Mahdi [ſeu director**], et Hogga [ſeu demonſtratio, argumentum]*** natus a. CCLV. Ad illam, quam diximus, cryptam quae ſpectant, haec breviter accipe. Illi, qui, quod Alii partes ſectantur, Schiitae [vel ſectatores] audiunt, Muhammedem illum narrant, puerum novennem, in domo paterna Samirrae, matre ſpectante, in cryptam ingreſſum, rurſus non exiiſſe, anno CCLXVI. Sunt tamen qui diverſa tradunt.

Eodem obiit Ahmed, filius Raſchidi, patruus Vateki, Chalifae.

Eodem (198) praefectus eſt Aegypto Ahmed, filius Tuluni.

Anno CCLV [qui die 19 Dec. A. C. 868 coepit] occupavit Iacub, filius Laiti, Soffar [ſeu faber aerarius], Kermanam, et Perſidem deinceps, armis; cuius urbem principem, Schirazam, ingreſſus, iuſſit per praeconem omnes ſecuros et quietos eſſe. Et quamvis Chalifae has terras eriperet, eius tamen clientem profitebatur, eique tam litteris, quam muneribus, quae ſplendiſſima mittebat, teſtabatur obſequium. In quibus muneribus decem candidi falcones erant, et centum globi (199) muſci integri.

Eodem anno, idque die 28 ſeptimi menſis, feria quarta, exutus Chalifatu fuit, et paullo poſt vitae finem invenit Motaz, filius Gafari Motavakkeli, filii Muhammedis Motaſemi, filii Haruni Raſchidi; cui quod fuerit nomen, et quod praenomen,

* H. e. *ſtans in cauſa dei*, procurans converſionem populorum ad fidem divinam, Deo maxime placentem: القايم بامر الله Idem cognomen fuit vigeſimo ſexto Abbaſidarum Chalifae, de quo infra ſuo loco. *A.*

** H. e. qui dirigit et manu ducit alios ad fidem amplectendam. *A.*

*** H. e. convicturus gentes a Muhammedana fide alienas et aſſerturus ſuae fidei veritatem. *A.*

بن هارون الرشيد واختلف في اسم المعتز وقيل محمد وقيل الزبير
ويكنى ابا عبد الله وقيل كنيته غير ذلك، ومولده بسر من راي في
ربيع الاخر سنة اثنين وثلثين ومايتين، وامه ام ولد تدعى قبيحة،
ولليلتين من شعبان ظهر موته وكان سبب ذلك ان الاتراك طلبوا
ارزاقهم فلم يكن عند المعتز مال يعطيهم فنزلوا معه الي خمسين
الف دينار، فارسل المعتز وسال امه قبيحة في ذلك وقالت ما عندي
شي، فاتفق الاتراك والمغاربة والفراغنة علي خلع المعتز، فصاروا
الي بابه فقالوا اخرج الينا، فقال قد شربت امس دواء وقد افرط
في العمل فان كان لابدّ من الاجتماع فليدخل بعضكم اليّ، فدخل
اليه جماعة منهم فجرّوا المعتز برجله الي باب الحجرة وضربوه
بالدبابيس وخرقوا قميصه واقاموه في الشمس فكان يرفع رجلا ويضع
اخري لشد *d* الحر وبقي بعضهم يلطمه وهو يتّقي بيده وادخلوه
حجرة واحضروا ابن ابي الشوارب القاضي وجماعة فاشهدوهم علي
خلعه ثم سلّموا المعتز الي من يعذّبه ومنعوه الطعام والشراب ثلاثة
ايام ثم ادخلوه سردابا وجصصوه عليه فمات، ودفنوه بسامرا مع
المنتصر، وكانت خلافته من لدن بويع بسامرا الي ان خلع
اربع

in pectore tuo morbus, qui latens ipſum perfermentet, niſi (amor) puellae illius, quam ſi conſpiceret vel monachus, adoraret Deum (eius pulchritudine captus)."

x) اعفني منه pr. fac me liberum ab ea re, veniam rei concede.

y) غلب الرجال *viri indomitis cervicibus.* Plural. ab اغلب In ſpecie de leone dicitur, ut a Gorairo: قد جربت عركي في كل معترك غلب الاسود، فما بال الضغابيس، "experti ſunt meam luctam duri-cervices leonem. Quid ergo putes paſſuros illos parvos cucumeres?"

nomen, certo non conſtat. Muhammedem hi, illi Zobairum nominant; praenomen autem Abu-Abdalla fuiſſe aiunt, alii aliud. Natus Samirrae fuerat menſe quarto anni CCXXXII patre, quo diximus, matre concubina, quae per iocum Cabiha [ſeu turpis] vocabatur. Turcae, ſtipendia flagitantes, hanc ipſi converſionem rerum et mortem conciebant, quae paullo poſt, ſecundo menſis octavi die, vulgata fuit. Turcae igitur a Motazo ſtipendia flagitantes inopem et ſolvendo imparem reperibant. Quapropter cum illo paciſcentes ad aureorum quinquaginta millia deſcendebant. Quae quum a matre ſua requireret Motaz, neque impetraret, nihil omnino in facultatibus habere aſſeverante, conſpirant Turcae cum Mogareba [ſeu occidentalibus aut Africanis (200)], et cum Faraonibus (201) in conſilium Motazum dignitate privandi. Congregati ergo ad palatii fores evocant principem ad colloquium; qui eius rei veniam ſibi fieri per miniſtrum rogabat. Proximo ante die potionem hauſiſſe; inde exſpectatione vehementius alvum fuiſſe concitam. Quod ſi tamen colloquium pertinaciter poſtulent, et deſiſtere nolint, conceſſurum paucis quibusdam de reliqua turba delegatis introitum. Tum ingreſſi aliquot correptum pedibus ad conclavis usque valvas pertrahunt, et tudibus probe permulcant [erant enim Maglabitae] et ſpoliatum laceris veſtibus in ſole collocant, prae cuius acerrimo aeſtu pedes alternis attollebat et demittebat. Adſtantium aliquis miſero colaphos continuo ingerebat, quos ille obiectis manibus avertere ſtudebat. Ex his ludibrii exordiis raptus in triclinium, quo convocati coierant Cadi Bagdadicus, Ibn-Abu-Schavareb, et alii, teſtes agendorum futuri, cogitur imperium eiurare. Quo facto traditus tortori fuit, totoque triduo cibo potuque prohibitus, ad extremum raptus in cryptam recenti tectorio incruſtatam, ſuffocatus peſtilente vapore, tandem ſepultus fuit Samirrae apud Montaſerum. Chalifatum tenuit quatuor annos et ſeptem menſes, minus ſeptem dies, ex

 quo

اربع سنين وسبعة اشهر الآ سبعة ايام ، وكان عمره اربعا وعشرين سنة وثلاثة وعشرين يوما ، وكان ابيض اسود الشعر ☼

ذكر خلافة المهتدي وهو رابع عشرهم ، وفي يوم الاربعا لثلاث بقين من رجب من هذه السنة بويع لمحمد بن الواثق بالخلافة ولقّب المهتدي بالله وكنيته ابو عبد الله وامه رومية اسمها قرب ☼

وفيها في رمضان ظهرت قبيحة ام المعتز وكانت قد اختفت لما قتل ابنها ، وكان لقبيحة اموال عظيمة ببغداد وكان لها مطمون تحت الارض الف الف دينار ووجد لها في سفط قدر مكوك زمرد وفي سفط اخر قدر مكوك لولو وفي سفط مقدار كيلجة ياقوت احمر لا يوجد مثله ونبش ذلك كله وحمل الي صالح بن وصيف فقال صالح قبّح الله قبيحة عرّضت ابنها للقتل لاجل خمسين الف دينار وعندها هذه الاموال كلها ، وكان المتوكل قد سمّاها قبيحة لحسنها وجمالها كما يسمي الاسود كافور ، ثم سارت الي مكة وكانت تدعو بصوت عالٍ علي صالح بن وصيف وتقول هتك ستري وقتل ولدي واخذ مالي وعزّبني عن بلدي وركب الفاحشة منّي ☼ ذكر

z) معاقلهم (ab عقل continere, coërcere, captivum facere) notat *arces eorum.* Patet haec vocis notio ex Ibn-Doreido: عقل الوعل في الجبل اذا صار في ذروته حيث يامن والموضع المعقل et Tebrizio ad Abulolam: المعقل الموئل علي راس الجبل "arces in ſummis montium cacuminibus.

a) تضرب rarior elocutio, *caedere* (vela) pro *tendere*, *praetendere*.

b) الكلل plural. a ſingul. كلّة *canopeum.* Scholiaſtes ad Moallacat الكلة الستر الرقيق

quo die Samirrae inauguratus eſt, ad illum, quo dignitate excidit. Vixerat annos viginti quatuor cum diebus tribus et viginti. Cutis illi candida, nigra coma.

Huic ſuffectus fuit, et eodem vigeſimo ſeptimo die ſeptimi menſis anni huius, titulo Mohtadi billah adſcito, Chalifa ſalutatus Abu-Abdalla, filius Vateki, e Romana [vel Graeca] femina, cui nomen erat Carb. [Nomen illud Mohtadi billah ſignificat eum, qui ſe ſtudet patiturque a deo in rectam viam duci.]

Menſe deinceps nono rurſus in conſpectum venit Cabiha, mater Motazi, quae a caede filii inde delituerat. Ingentes illa, quas poſſidebat, opes, mille numorum aureorum millia, Bagdadi humo ſollicite defoderat. Eruta quoque fuerunt per illas turbas et eius abſentiam et Saleho, Vaſifi filio, tradita, fiſcella, ſmaragdorum tantum fere continens, quantum aequat menſuram Macuc dictam, et alia fiſcella, paris molis, margaritis referta; nec non alia minor, ferme Cailagam aequans rubinorum, quibus pares qui vidiſſet, nemo fuit. Ad talium tantarumque rerum conſpectum ſtupefactus Saleh: male perdat deus Cabiham, ait, quae, tantarum dives opum, paſſa tamen fuit, pro vilibus aureorum quinquaginta millibus filium infami ſupplicio tolli. (Sordidum profecto prodebat animum hoc facinore, et nomine ſuo dignum Cabiha.) Ferunt a Motavakkelo κατ᾽ αντιφρασιν ita dictam ob eximiam eius formam et nitorem, quemadmodum Nigrita ille, Achſchidi mancipium, Aegypti ad poſtremum dominus, Cafur [id eſt camphora, quae candida eſt] appellatus fuit. Tempore poſt Cabiha Meccam abibat, ibique palam diris inſectabatur Salehum criminationibus et convitiis. Illum laceraſſe ſibi velum,* illum ſibi occidiſſe filium, illum diripuiſſe ſuas opes, illum e ſolo ſuo ſe eieciſſe, illum perpetraſſe in ſe inhoneſta et nefanda.

Ff 2 Hoc

* Mulieres nobiles vel caſu fortuito, etiamſi tectas, videre, capitale eſt: multo magis, velum violenter attollere et invitas intueri. *A.*

ذكر ظهور صاحب الزنج ، في هذه السنة كان اول خروج صاحب الزنج وهو علي بن محمد بن عبد الرحيم ونسبه في عبد القيس فجمع اليه الزنج الذين كانوا يسكنون السباخ في جهة البصرة وادّعي انه علي بن محمد بن احمد بن عيسي بن زيد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب ولما صار له جمع عبر دجلة ونزل *f* الديناري ، وكان صاحب الزنج المذكور قبل ذلك متّصلا بحاشية المنتصر في سامرا يمدحهم ويستمنحهم بشعره ثم انه شخص من سامرا سنة تسع واربعين ومايتين الي البحرين فادعي نسبه في العلويين كما ذكر واقام في الاحسا *g* ثم صار الي البصرة في سنة اربع وخمسين ومايتين وخرج في هذه السنة (اعني سنة خمس وخمسين ومايتين) واستفحل امره وبثّ اصحابه يمينا وشمالا للاغارة في النهب *h* *

وفي هذه السنة توفي خفاجة بن سفيان امير صقلية وولي بعده ابنه محمد *

وفيها توفي محمد بن كرام صاحب المقالة في التشبيه وكان موته بالشام وهو من سجستان * وفيها توفي عبد الله بن عبد الرحمان الدارمي صاحب المسند توفي في ذي الحجة وعمره خمس وسبعون سنة *

وفيها

c) يقتتل Verbum قتل hoc loco eſt *fricare*, *luctare*, ut alibi. Inde قتيل *tritus*, *ſubactus*, *ſanguine volutatus* apud Gorairum.

d) شد vox rarior, pro شدة

e) ركب الفاحشة مني *nefanda et indigna mecum egit, nulla habita ratione*

Hoc anno primum exſtitit celeber Saheb-ez-Zeng* [ſeu dux Zengorum, vel Aethiopum]. (202). Erat hic turbatur Ali filius Muhammedis, filii Abd-er-Rahimi, reapſe ex Abdelkais [tribu] oriundus, quamvis Alin ſe iactaret, filium Muhammedis, filii Ahmedis, filii Iſae, filii Zaidi, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi. Contracto is per impoſturas ingenti numero Zengorum, qui Sabâch [hoc eſt ſalſuginoſas arenas, tractum ſic dictum] apud Baſram incolebant, Tigride transmiſſo invaſit Dinarium. Adhaeſerat olim Montaſeri in urbe Samirra comitatui, carminibusque in laudes purpuratorum factitandis quaeſtum fecerat, et munera fuerat aucupatus. Anno CCXLIX ſeceſſerat in Bahreinam provinciam, ibique ſe, quod modo diximus, Alidam ferre coeperat. In his haeſerat Ahſaae [urbs eſt Bahrainae] usque ad annum CCLIV, quo ad Baſram evaſit, et hoc anno CCLV demum aperte ab obſequio Chalifae defecit, et opibus invaleſcens indies turbas dabat non contemnendas, ſollicitudinemque iniiciebat Bagdadicis haud levem, et late ſparſis manipulis per omnem illum agrum arma, et rapinas circumferebat.

Eodem ſucceſſit in Siciliae principatum Muhammed, Chafagae filius, Sofiani nepos, defuncto patri.

Eodem obiit in Syria Muhammed, filius Kerami (203), Segeſtanenſis origine, auctor illius ſectae, quae deum hominibus comparat,** [illosque Corani locos, ubi deo actiones aut membra hominum tribui videntur, ad litteram accipiendas cenſet]; ut etiam menſe ultimo Abdalla, filius Abd-er-Rahmani, Daranita (204), auctor Maſnadi [ſeu corporis traditionum], anno aetatis LXXV.

 Eodem

* In editione Erpeniana Elmacini perperam ſcribitur ريح *Rih* pro *Zeng:* alii efferunt nomen رنج *Reng* vel *Raneg.*

** Vid. ad ann. DXCV.

وفيها توفي ابو عثمان عمرو بن بحر الجاحظ صاحب التصانيف المشهورة وكان كثير الهزل نادر النادرة خالط الخلفاء ونادمهم اخذ العلم عن النظام المتكلم وكان الجاحظ قد تعلق باسباب ابن الزيات فلما قتل ابن الزيات قيد الجاحظ وسجن ثم اطلق وقال الجاحظ ذكرت للمتوكل لتعليم ولده ، فلما مثلت بين يديه بساءرا استبشع منظري فامر لي بعشرة الاف درهم وصرفني ، وصنف الجاحظ كتبا كثيرة منها كتاب البيان والتبيين جمع فيه من المنثور والمنظوم وكتاب الحيوان وكتاب الغلمان وكتابا في الفرق الاسلامية ، وكان جاحظ العينين كاسمه ، قال المبرد دخلت علي الجاحظ في مرضه وقلت كيف انت ، فقال كيف يكون من نصفه مفلوج *i* لو نشر ما احسّ به ونصفه الاخر منغرس لو طار به الذباب آلمه وقد جاوز التسعين ثم انشد ،

انرجو

ratione mei ſuive. Dicunt enim Arabes ركب امرا *inequitavit rei*, pro, ſe praecipitem in eam dedit, aggreſſus eam fuit ſervide, et absque deliberatione. Ita in excerptis Hamaſae Schultenſianis pag. 580. ويركب حد السيف من أن تضيمه "ruet potius "praeceps in aciem gladii [ad verbum, equitabit ſuper aciem], quam ut "ſinat ſe a te opprimi." Et apud Meidanium يركبنا بالظلم والحمق "equitat nos cum iniquitate et ſtoliditate" h. e. inique et ſtolide nos tractat, nullius rei habita ratione.

f) نزل Forte نازل aut poſt نزل excidit عنه

g) الاحساء Cod. L. الاجا

Eodem obiit Abu-Omran Amru, filius Bahri, vulgo dictus Gahet (205) [ſeu cui grandes oculi protuberant], auctor librorum, neque paucorum, neque ignobilium. Erat iocoſus et facetus homo, ideoque a memoriae ſuae Chalifis adamatus et in ſodalitium adſcitus. Theologiam acceperat ab illo celebri Natâmo Motacallemo (206) [vulgo ſic dicto, quoniam theologiam ſcholaſticam et metaphyſicam primus excoluit praecipue et aliis commendavit]. Implicitus quoque fuerat rebus Ibn-ez-Zaiati; unde factum, ut hoc peremto, qua ratione ad ann. CCXXXIII diximus, ipſe in carcerem daretur, unde tamen poſtmodum evaſit. Ipſe narravit, olim aliquando ſe laudatum fuiſſe Motavakkelo, magiſtrum liberis ſuis circumſpicienti. Verum adeo ſe Chalifae ob vultus deformitatem diſplicuiſſe, ut decem drachmarum millibus donatum remitteret. Inter libros, quos reliquit numero plures, ſunt: liber luculentae atque diſtinctae doctrinae, in quo eleganter utroque ſermone dicta, tam ſoluto, quam ligato, collegit. Item hiſtoria animalium,* et commentatio de ſervis, tandem liber de ſectis Muſlemicis. Nomen, quo vulgo cluet, Gahet, temere et absque cauſſa non impoſitum, quod interdum contingit, ſed revera ipſi oculi extra orbitam in vultum eminebant. Nonaginta ſuperavit annos, ſed ſenectutem egit morbis et doloribus exercitam. Narrat enim Mobarred, inviſenti ſibi ad decumbentem ex ultimo morbo, et interroganti quomodo valeret, reſpondiſſe Gahetum, ita ſe valere quomodo par eſſet hominem nonagenario maiorem, cuius altera media pars, etiamſi ſerra laceretur, tamen non ſit ſenſura, quippe reſoluta, altera tam ſentiat acute, doloribus articularibus tenſa, ut vel muſca prope praetervolans ipſam ſollicitare poſſe videatur. Tum recitaſſe hoc neſcio cuius verſuum par:

Sperasne

* Exſtat hic liber in Bibliothecae Hamburgenſis ea parte, quae olim Wolfiana et Hinckelmanniana erat. *A.*

اترجو ان تكون وانت شيخ كما قد كنت ايام الشباب ،
لقد كذبتك نفسك ، ليس ثوب دريس كالجديد من
الثياب ٭

وقد روي ان موته كان بوقوع مجلدات عليه وكان من عادته ان يصفّها قايمة كالحايط محيطة به وهو جالس عليها وكان عليلا فسقطت عليه وقتلته في محرم هذه السنة ٭

ثم دخلت سنة ست وخمسين ومايتين ، فيها جمع موسي بن بغا اصحابه لقتل صالح بن وصيف فهرب صالح واختفي ثم ظفر به موسي فقتله ٭

ذكر خلع المهتدي وموته ، وفيها في منتصف رجب خلع محمد المهتدي بن هارون الواثق بن المعتصم وتوفي لاثني عشرة ليلة بقيت منه وكان سببه انه قصد قتل موسي بن بغا وكان موسي المذكور معسكرا قبالة بعض الخوارج وكتب بذلك الي بايكيال (وكان من مقدّمي الترك) ان يقتل موسي بن بغا ويصير موضعه ، فاطلع بايكيال موسي علي ذلك ، فاتّفقا علي قتل المهتدي وساروا الي سامرا ودخل بايكيال الي المهتدي فحبسه المهتدي وقتله وركب لقتال

h) للاغاره في الذهب Rariſſima elocutio integra. Solet enim alias tantum اغار *ſe profunde penetravit*, dici.

i) مفلوج *hemiplecticus* فالج *paralyſis unius lateris* a فلج *dividendo.*

Speraſne talem te fore, iam ſenem, qualis eras iuvenis?

Falſa nempe tibi pollicetur animus tuus. Toga detrita non eſt ut toga recens.

Alii eum dicunt librorum ruina oppreſſum. In more namque habuiſſe, ut libros pro ſedili ſibi ſubſterneret, et circum ſe, quaſi murum, exſtrueret. Hos collapſos ſenem aegrum oppreſſiſſe, diſcutere et amoliri tantum onus haud valentem. Id accidiſſe primo huius anni menſe.

Anno CCLVI [qui die 9 Dec. A. C. 869 coepit] congregabat Muſa, filius Bogae, ſuos milites, ad caedem Vaſifi, filii Salehi, perpetrandam. Neque ſane ille fuga et latebris potuit fatalem hoſtem eludere, quin retractus, et in medium adductus inimicitias capite lueret.

Eiusdem anni ſeptimo, eoque medio, menſe ſumma fuit exutus rerum poteſtate Muhammed Mohtadi, filius Haruni Vateki, filii Motaſemi, quo facto, tertio die poſt, is erat decimus octavus eiusdem ſeptimi menſis, vita exceſſit. Res ita geſta. Deſtinaverat Mohtadi modo dictum Muſam, Bugae filium, neci; ad quam perpetrandam ſtuduerat aliquem nobilem Turcam, Baikial,* per litteras allicere, in iisdem caſtris alios inter tribunos cum Muſa agentem, tunc bellum adverſus aliquem rebellem gerente, propoſita in praemium facinoris ſucceſſione in provinciam ſublati. At Baikial Muſae litteras monſtrabat, unde, quo in ſe animo princeps eſſet, intelligeret. Ex eo conſpirant ambo in eius excidium, rectaque Samirram tendunt. Ibi contingebat id quidem principi ſecundum, ut primi ad ſe venientis proditoris fraudem eluſam in ipſius auctoris caput verteret: Baikialum enim comprehenſum in carcere capite plecti curabat: at aeque facile non erat alterum hoſtem, Muſam, tollere, eiusque

* Erpenius et Herbelotus, *Bankial.* A.

لقتال موسي ، ففارقت الاتراك الذين كانوا مع المهتدي عسكر المهتدي وصاروا مع اصحابهم الاتراك مع موسي ، فضعف المهتدي وهرب ودخل بعض الدور فامسك وداسوا خصيتيه وصفعوه فمات ودفن بمقبرة المنتصر ، وكانت خلافة المهتدي احد عشر شهرا ونصفا وكان عمره ثمانيا وثلثين سنة ، وكان المهتدي اسمر عظيم البطن قصيرا طويل اللحية ومولده بالقاطول وكان ورعا كثير العبادة قصد ان يكون في بني العباس مثل عمر بن عبد العزيز في بني امية *

ذكر خلافة المعتمد علي الله وهو خامس عشرهم ، لما خلع المهتدي وقتل اخرج كبراء الدولة ابا العباس احمد بن المتوكل من الحبس وبايعه الناس بالخلافة ولقب المعتمد علي الله واستوزر عبيد الله بن يحيي بن خاقان *

وفيها ملك صاحب الزنج الابلة *k* عنوة وقتل من اهلها خلقا كثيرا واحرقها ، وكانت مبنية بالساج *l* فاسرعت النار فيها ، ثم استولي علي عبادان بالامان ثم استولي علي الاهواز بالسيف *

وفيها عزل عيسي بن الشيخ عن الشام وكان قد استولي عليه وقطع الحمل عن بغداد كما ذكرنا ، فعقد لعيسي علي ارمينية وولي اماجور الشام فسار واستولي عليه

k) الابلة Cod. Leid. habet الايلة

l) بالساج Sic ſcripſi pro بالسباح , quod erat in codice Leidenſe.

eiusque rei in molimine ipſe periit. Dum enim ad eum opprimendum conſcenſo equo ruit, proditur et deſeritur a Turcis, quos ſecum habebat, ad ceteros gentiles ſub Muſa merentes transeuntibus. Impar itaque ſuſtinendo adverſario fugam capeſſit, et in aliquam domum ſe abdit. At extractus inde malam mortem et infamem ſubiit. Nam cervices ipſi perpetuis ictibus contundebant, teſticulosque pedibus conculcabant; unde periit annos triginta et octo natus. Fuit itaque Chalifatus eius undecim tantummodo menſium cum dimidio. Humatus fuit apud Montaſerum. Furvus erat, ventricoſus, pumilus, prolixa barba; lucem primam viderat Catulae. Mores ipſi erant ſobrii et ſancti, ſtudebatque inter Abbaſidas talem ſe praeſtare principem, qualis fuerat Omar, filius Abd-el-Azizi, ſuos inter Ommiades.

Hoc itaque primum adminiſtratione rerum, tum vita quoque, exuto, protrahebant magnates e carcere Abu-l-Abbaſum Ahmedem, filium Motavakkeli, et Chalifam, ſuae gentis decimum quintum, ſalutabant, ſub titulo, quem ipſi tribuebant, Motamed-ala-llâh [hoc eſt, eius, cuius ſpes et fiducia deo innititur]. Novus hic princeps Vezirum, hoc eſt, principem conſiliorum et gerendarum rerum adminiſtrum, nuncupabat Obaidallam, filium Iahiae, filii Chacani.

Eodem ſui iuris faciebat Nigritarum dux Obollam urbem, magnaque in incolas edita ſtrage, ignem ſtructuris iniiciebat. Vnde cita deſolatio. Lignea enim erant aedificia pleraque omnia, ex illa platani ſpecie conſtructa, quae Sag appellatur. Vrbs vicina Abadan deditione in eius poteſtatem venit, ſed Ahvaz vi expugnata.

Eodem amotus eſt a Syriae praefectura Iſa, filius Schaichi, qui, ut diximus [ad annum CCLI], eam occupaverat, tributumque, e provincia Bagdadum mitti ſolitum debitumque, negaverat. Succeſſor ei datus Amagur; Iſa Armeniam curare iuſſus.

عليه بعد ان جري بينه وبين اصحاب عيسي قتال شديد انتصر فيه اماجور واستقرّ اميرا بالشام *

وفيها توفي الامام محمد بن اسماعيل البخاري الجعفي صاحب المسند الصحيح الذي هو الدرجة العالية في الصحيح المتفق علي تفضيله والاخذ منه والعمل به، ورحل في طلب الحديث الي الامصار، وكان مولده سنة اربع وتسعين ومائة لثلاث عشر من شوال، قال البخاري الهمت *m* حفظ الحديث وانا ابن عشر سنين في الكتّاب، فلما بلغت ثماني عشرة سنة صنّفت قضايا الصحابة والتابعين واقوالهم وصنفت كتاب التاريخ ان ذاك عند قبر رسول الله، قال واخرجت *n* الصحيح من زها ستماية الف حديث وما ادخلت فيه الّا ما صحّ، وورد مرة الي بغداد فعمد اهل الحديث الي ماية حديث فقلّبوا متونها واسانيدها ووضعوا عشرة انفس فاورد واحد بعد اخر الاحاديث المذكورة والبخاري يقول في كل حديث منها لا اعرفه، فلما

m) اُلْهِمْتُ *inſpiratum mihi fuit*, pr. *factus ſum deglutire*, et quidem rapide. Vid. cl. Schultenſii adnotat. philolog. ad Proverb. pag. 191.

n) واخرجت Cod. Leid. وخرجت

Aegre tamen Iſa praedam mittente, coaluit acre praclium, in quo Amaguri milites ſuperiores facti Syriae poſſeſſionem imperatori ſuo aſſerebant.

Hoc anno vivis exceſſit Imam Muhammed, filius Iſmaëlis, vulgo Bocharici nomine, de patria aſcito, celebratus, gente tamen genuinus Arabs, a Iemanica tribu Gaafaa oriundus; auctor celebris illius corporis traditionum, quarum fides dubio vacat [Maſnad es-Sahih] libri, quem ſui generis principatum tenere nemo eſt qui inficietur, e quo, ceu ſaluberrimo fonte, ſecuri doctores hauriunt, et ſecundum cuius dictata ſibi pronunciandum iudices, ſuosque mores ad unum omnes componendos cenſent. Natus fuerat a. CXCIV die menſis decimi, decimo tertio, ſtudioque in traditionum ſcientia proficiendi maximas quasque atque celeberrimas urbes [vel academias] adierat. Non ſine fructu, neque numine. Decem annorum adhuc puer (ſunt ipſius Bocharici verba), ſcholae premens adhucdum ſubſellia, ſenſi meo in pectore traditionum amorem, divinitus proculdubio iniectum. Annos octodecim natus compoſui iam cauſſarum deciſiones et effata illuſtriora theologorum utriusque claſſis, tam eorum, qui Sahabah [ſeu ſodalitium Prophetae], quam qui Tabáun [ſ. ſecundani] appellantur. Eodem quoque tempore concinnavi apud ſepulcrum prophetae [Medinae] meum chronicon. Meum Sahih compilavi et excerpſi e plus ſexcentis millibus traditionum, ideoque contextum illum Sahihum [ſ. ſanum] appellavi, quoniam in eo traditioni nulli locum feci, cuius fides probe explorata non ſit. Hactenus ille. Quam vero ſua in ſcientia verſatus fuerit, hinc pateat. Venerat aliquando etiam Bagdadum. Vbi qui erant traditionarii, dexteritatem viri tentandi ergo, decem ſubornant ſtudioſos, quorum unicuique negotii datum erat id, ut decem delectas traditiones, ſed perverſo verborum ordine, et perverſis quoque nominibus auctorum, et initiis atque finibus transpoſitis, coram Bocharico recitaret. Recitabant

فلما فرغوا قال اما الحديث الاول فهو كذا وردّه الي حقيقته واما الثاني فهو كذا حتي ذكرها عن اخرها علي حقيقتها ٭ ووقع بين البخاري واميرِ بخارا اسمه خالد وحشة فدسّ خالد من قال ان البخاري يقول بخلق الافعال للعباد وبخلق القران ، فتبرّا البخاري من ذلك وانكره وعظّم فارتحل ونزل عند بعض اقاربه بقرية من قري سمرقند علي فرسخين منها اسمها خرشنك o فمات بها ليلة عيد الفطر من هذه السنة ٭

ثم دخلت سنة سبع وخمسين ومايتين ، فيها اخذ الزنج البصرة وقتلوا فيها كل من وجدوه وخرّبوها ٭

وفيها ملك يعقوب الصفّار بلخ ثم سار الي كابول فاستولي عليها وارسل هدية الي الخليفة وفيها اصنام تلك البلاد ٭

وفيها قصد الحسن بن زيد العلوي صاحب طبرستان جرجان فملكها ٭

وفيها

o) خرشنك Raudh habet حرتنك

ſuum quisque penſum, noſter autem ad quamcunque traditionem ita recitatam, proteſtabatur, eam inauditam ſibi et ignotam eſſe. Fine tandem recitationum facto, redordiebatur invicem filum Bocharicus, et, prima quidem, aiebat, traditio ſic habet, ſimulque recitabat eam iis verbis, quibus concepta in libris iacet: ſecunda vero ſic habet, et hunc in modum atque ordinem pergebat porro, donec omnes illas centum traditiones e memoriae penu ſuis quasque verbis et veris auctorum nominibus atque ſucceſſionibus reddidiſſet. Interceſſerunt tandem eum inter et Chaledum, Bocharae praefectum, ſimultates; a quo, ut aegrè illi faceret, ſubornati quidam, ſpargebant, Bocharicum cum illis impiis facere, qui ſtatuunt, quidquid homines utramque in partem agant, id omnè a deo dudum creatum eſſe, et fatali cuique neceſſitate attributum, neque ab arbitrio proficiſci: item, Coranum quoque creatum eſſe. Purgabat ſe quidem Bocharicus de foeda criminatione, qua ſe adſpergi ferebat aegerrime, damnabatque nefandas opiniones; quo tamen invidiae cederet, excedebat Bochara ad affinem aliquem ſuum in pagum quendam agri Samarcandenſis, duabus ab urbe paraſangis, Charſchac dictum, ubi etiam obiit hoc anno, nocte quae feſtum diem, quo menſtruum ieiunium finitur, ſeu Calendas decimi menſis, antecedit.

Anno CCLVII [qui die 28 Novembr. A. Chr. 870 iniit] coeperunt et devaſtarunt Nigritae Baſram, incolis occiſis ad unum omnibus.

Eodem occupabat Iacob Soffar Balcham, et inde porro Cabulam, et alia inter ſpolia, obſequii documenta, mittebat Chalifae ſimulacra numinum, quae Indi divinis honoribus proſequi conſueverant.

Eodem ſuſcipiebat Alida, Tabareſtanae dominus, Haſan, filius Zaidi, expeditionem adverſus Georgianam, eamque ſubigebat.

Eodem

وفيها قتل خفاجة امير صقلية خدمه كما تقدّم ذكره في سنة سبع واربعين ومايتين واستعمل محمد بن احمد الاغلبي صاحب افريقية علي صقلية احمد بن يعقوب *

وفيها توفي العباس بن الفرج الرياشي اللغوي *

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين ومايتين فيها ارسل المعتمد اخاه الموفّق ابا احمد الي قتال الزنج *

ثم دخلت سنة تسع وخمسين ومايتين، وفيها استولي يعقوب الصفار علي نيسابور وملكها *

وفيها توفي محمد بن موسي بن شاكر احد الاخوة الثلثة الذين ينسب اليهم حيل بني موسي المشهورين واسم اخوته احمد والحسين، وكان لهم همم عالية في تحصيل العلوم القديمة وكان الغالب عليهم الهندسة والحيل والموسيقي، ولما بلغ المامون من كتب الاوايل ان دور الارض اربعة وعشرون الف ميل اراد تحقيق ذلك، فامر بني موسي المذكورين بتحرير ذلك، فسالوا عن الاراضي المتساوية فاخبروا بصحراة سنجار ووطاة الكوفة فارسل المامون معهم جماعة يثق الي اقوالهم وساروا الي صحراة سنجار وحققوا ارتفاع القطب الشمالي وضربوا هناك وتدا وربطوا فيه حبلا طويلا ومشوا الي الجهة الشمالية علي

Eodem occiderunt Siciliae dominum, Muhammedem, filium Chafagae, herum, ſervi eius, quod iam ad an. CCXLVII diximus. Cuius in locum Muhammed, filius Ahmedis, Aglabita, Libyae dominus, Ahmedem, filium Iacobi, ſufficiebat.

Eodem obiit Abu-l-Abbas, filius Faragi, grammaticus, Raiaſchii nomine celeber.

Anno CCLVIII [qui die 17 Nov. A. C. 871 coepit] mittebat Motamed fratrem ſuum, Abu-Ahmedem Movaffecum, ad bellum cum Zingis gerendum.

Anno CCLIX [qui die 6 Nov. A. C. 872 coepit] potiebatur Iacob Soffar urbe Niſabur. (207)

Eodem obiit Muhammed, filius Muſae, filii Schakeri (208), unus trium illorum fratrum, de quibus artes et inventiones mechanicae filiorum Muſae in famam et proverbium iverunt: duo reliqui Ahmed et Hoſain audiebant. Tres hi fratres magno cum ſtudio et ingenti animo veterum philoſophorum ſcientias excolebant, in primis geometriam, mechanicam et muſicam. His viris olim uſus fuit Mamun ad explorandum terrae verum ambitum: didicerat enim ex antiquorum ſapientium libris ambitum terrae viginti quatuor millia milliarium efficere. Cuius rei quo certior fieret, dabat his Muſae filiis in mandatis, ut, quanta poſſent, maxima cura et diligentia in eius rei veritatem inquirerent. Hi terras ſibi dari poſcunt in vaſtam porrectas planitiem, adeoque aptiſſimas obſervationibus inſtituendis; auditoque, deſertum Sengarenſe, item humilius apud Cufam ſolum huic rei peroportunum eſſe, proficiſcuntur in planitiem Sengarenſem, cum additis a Mamuno fidis inſpectoribus et adminiſtris, qui obſervationes ſumma cum circumſpectione et fide peragi curarent, et peractas fuiſſe principi fidem facerent. Ibi diligenter quaeſita inventaque poli elevatione ad palum ibidem defixum alligant funem longiſſimum, et verſus ſeptentrionem primum,

علي الاستواء من غير انحراف حيث الامكان وبقي كلما فرغ حبل نصبوا في الارض وتدا وربطوا فيه حبلا اخر كفعلهم الاول حتي انتهوا كذلك الي موضع قد زاد فيه ارتفاع القطب الشمالي المذكور درجة محققة ومسحوا ذلك القدر فكان ستة وستين ميلا وثلثي ميل، ثم وقفوا *p* عند موقفهم الاول فربطوا في الوتد حبلا ومشوا الي جهة الجنوب من غير انحراف وفعلوا ما شرحناه حتي انتهوا الي موضع قد انحط فيه ارتفاع القطب الشمالي درجة ومسحوا ذلك القدر فكان ستة وستين ميلا وثلثي ميل ثم عادوا الي المامون واخبروه بذلك، فاراد المامون تحقيق ذلك في موضع اخر فسيرهم الي ارض الكوفة، فساروا اليها وفعلوا كما فعلوه في ارض سنجار فتوفق الحسابان وعادوا الي المامون فتحقق صحة ذلك وصحة ما نقل من كتب الاوايل لمطابقة ما اعتبره، ثم ضربوا اميال المذكورة في ثلثماية وستين وهي درجة الفلك وكان الحاصل اربعة وعشرين الف ميل وهو دور الارض، اقول كذا نقله ابن خلكان وغيره من المورخين ان الذي وجد في ايام المامون لحصة الدرجة ستة وستون ميلا وثلثا ميل وهو غير صحيح، فان ذلك هو حصة الدرجة علي راي القدماء واما في ايام المامون فانه وجد حصة الدرجة ستة وخمسين ميلا وقد تحقق ذلك في علم الهيئة ❁

ثم

p) ثم وقفوا Niſi hanc formulam referas ad Orientalium Laconiſmos, malim ثم رجعوا حتي وقفوا

linea, quantum ſoli permittebat indoles, rectiſſima minimumque aberrante procedunt. Funis ubi deſineret, ibi alium alii palo humi pariter depacto alligabant, donec, id iterum iterumque repetendo, pervenirent ad locum, ubi elevatio poli ſeptentrionalis uno exacte gradu increverat. Id remenſi ſpatium deprehenderunt, ſexaginta ſex milliaria, cum duobus milliaris trientibus conficere. Reverſi ad locum, unde in ſeptentrionem procedere coeperant, directe verſus auſtrum procedebant, primo palo funem, et ita porro alios aliis alligantes, iisdem prorſus modis, atque inſtitutis, quibus antea, verſus boream procedentes, uſi fuerant; donec tandem ad locum devenirent, in quo elevationem poli ſeptentrionalis uno gradu humiliorem eſſe obſervabant. Id rurſus emenſi ſpatium rurſus invenerunt ſexaginta ſex milliarium eſſe, cum gemino triente milliaris. Quibus peractis reduces Mamuno rationem ſibi obſervatorum reddunt: qui rei, quam certiſſime fieri poſſet, explorandae ergo, Cufam eos mittit, ubi iteratis iisdem rationibus, quas in agro Sengarenſi inſtituerant, quum eandem ibi pariter, atque illic, ſummam calculi darent, ad Mamunum renunciarunt; qui ſic relationis, et huius, et ex antiquis libris hauſtae veritatem planiſſime perſpexit, ambabus obſervationibus cum vetuſtis, tum ſuis, exacte inter ſe congruentibus. Multiplicabant deinde ſexaginta ſex, et quod excedit, cum 360, quot ſunt gradus orbis coeleſtis, unde confecta viginta quatuor milliarium millia. Haec ita hactenus retuli ex Ibn-Chalicani et aliorum hiſtoricorum fide; quos tamen dubio vacat in eo falli, quod exiſtimant, Mamuni tempeſtate inventum fuiſſe, ſex et ſexaginta milliaria cum gemino triente unicuique gradui competere. Tandundem enim numerarunt veteres in gradum: at Mamuni tempore obſervatum fuit, gradus ſingulos non habere niſi quinquagena et ſena milliaria. Id quod demonſtratum eſt in Aſtronomicis.

ثم دخلت سنة ستين ومايتين ، فيها قتلت العرب منجور والي حمص واستعمل عليها بكتمر *

وفيها توفي مالك بن طوق التغلبي بالرحبة وهو الذي بناها والذي اليه تنسب فيقال رحبة مالك *

وفيها توفي الحسن بن علي بن محمد بن علي بن موسي بن جعفر بن محمد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب وهو المعروف بالعسكري وهو احد الايمة الاثني عشر علي مذهب الامامية والد محمد المنتظر من سرداب سر من راي علي زعمهم، وكان مولده سنة اثنين وثلثين ومايتين حسبما تقدم ذكره في سنة اربع وخمسين ومايتين *

وفيها توفي الحسن بن الصباح الزعفراني الفقيه وهو من اصحاب الشافعي البغداديين *

وفيها توفي حنين بن اسحق الطبيب العبادي وهو الذي نقل كتب الحكماء اليونانيين الي العربية وكان عالما بها وهو الذي عرّب كتاب اقليدس وكتاب بطلميوس المجسطي واصلحهما ونقّحهما ، والعبادي بكسر العين المهملة وفتح الباء الموحدة من تحتها هذه النسبة الي عباد الحيرة وهم عدة بطون من قبايل شتي نزلوا الحيرة وكانوا نصاري ينسب اليهم خلق كثير منهم عدي بن زيد العبادي *

ثم دخلت سنة احدي وستين ومايتين ، ذكر ولاية نصر بن احمد الساماني ما وراء النهر وابتداء امرهم ، في هذه السنة استعمل نصر بن احمد بن اسد بن سامان خذاه بن جثمان بن طغاث بن نوشرد بن بهرام جوبين ، (وهو بهرام جوبين الذي ذكر في اخبار كسري برويز) ، وكان لاسد بن سامان اربعة اولاد وهم نوح واحمد ويحيي والياس

وكانوا

Anno CCLX [qui die 26 Octobr. A. C. 873 coepit] occiderunt Arabes praefectum Emeſſae, Mangurum, cui ſuffectus eſt Bectimur.

Eodem obiit Malec, filius Tauki, Taglabita, in urbe Rahaba, quae ex ipſo, conditore, Rahaba Maleki ſolet appellari.

Eodem obiit Haſan Aſcarita, vulgo ſic dictus, filius Alii, filii Muhammedis, filii Alii, filii Muſae, filii Gafari, filii Muhammedis, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi, undecimus Imamorum, quos Imamitae ſanciunt, et pater illius Muhammedis, quem e crypta Samirrenſe* reducem opperiuntur. Natus hic fuerat anno CCXXXII, ut ad a. CCLIV iam notavimus.

Eodem obiit Haſan, filius Sabahi, Zafaranenſis (209) fakihus, e numero diſcipulorum Schafiaei Bagdadenſium.

Eodem obiit Honan, filius Ishaki, Ebadita, celeber medicus, qui complures veterum ſapientium libros e Graeca lingua in Arabicam, quam bene callebat, tranſtulit, erroribus et vitiis repurgavit, et ſuo nitori reſtituit, quales ſunt Euclidis elementa, et Almageſti [vel ἡ μεγίστη] Ptolemaei. (210) Ebadita vero appellatur ab Ebadis Hirae, quomodo appellati fuerunt miſcellanei illi Arabes Chriſtiani (211), qui Hirae conſederunt, unde non pauci clari homines cum genere nomen traxerunt, in quibus eſt Adi, filius Zaidi, Ebadita [celeber et vetuſtus poëta].

Ad annum CCLXI [qui die 15 Octobr. A. C. 874 coepit] nobis referenda videntur initia regni Samanidarum, quod in Choraſana duo fere ſaecula obtinuit. Hoc enim anno praefectus ampliſſimae provinciae nuncupabatur Naſr, filius Ahmedis, filii Aſadi, filii Saman Chodah, filii Gatmani, filii Togati, filii Nuſchardi, filii Baharam Gubin, illius, cuius in hiſtoria Coſrois Barvizi fit mentio [in quem inſurrexit et tyrannidem arripuit]. Avo Naſri noſtri, Aſado puta Samanidae, quatuor erant filii, Nuh [ſeu Noach]; Ahmed; Iahia [ſ. Ioannes]; et Ilias [vel Elias].

* Vid. ſupra pag. 221.

وكانوا في خراسان حين تولّي عليها المامون بن الرشيد ، فاكرم المامون اولاد اسد q بن سامان الاربعة المذكورين وقدّمهم واستعملهم ، ولما رجع المامون من خراسان الي العراق استخلف علي خراسان غسان بن عباد ، فولّي غسان المذكور احمد بن اسد فرغانة في سنة اربع ومايتين ويحيي بن اسد الشاش مع اسرشنة وولي الياس بن اسد هراة وولي نوح بن اسد سمرقند ، ولما تولي طاهر بن الحسين علي خراسان اقرّهم علي هذه الاعمال حسبما كان قد ولّاهم غسان بن عباد عليه ، ثم مات نوح بن اسد ومات بعده الياس بهراة فاستقرّ علي عمله ابنه محمد بن الياس ، وكان لاحمد بن اسد سبعة بنين وهم نصر ويعقوب ويحيي واسد واسماعيل واسحق وحميد ، ثم مات احمد بن اسد فاستخلف ابنه نصرا علي اعماله وكان اسماعيل يخدم اخاه نصرا فولّاه نصر بخارا في هذه السنة (اعني سنة احدي وستين ومايتين) ، ثم بعد ذلك سعت السعاة بين نصر واخيه اسماعيل فافسدوا ما بينهما حتي اقتتلا سنة خمس وسبعين ومايتين ، فظفر اسماعيل باخيه نصر فلما حمل اليه ترجّل اسماعيل وقبّل يده وردّه الي موضعه واستمرّ اسماعيل ببخارا ، وكان اسماعيل رجلا خيرا يحبّ اهل العلم ويكرمهم فلذلك دام ملكه وملك اولاده وطالت ايامهم علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفي هذه السنة عصي اهل برقة علي احمد بن طولون فجهّز اليهم جيشا فحاصروا برقة وفتحوها وقبضوا علي جماعة من روسايهم *

وفيها

q) اولاد اسد Sic ſcribendum putavi, pro اولاد احمد بن اسد quod eſt in codice Leid.

Illi tum verſabantur in Choraſana, quum Mamun eam provinciam, patris, Haruni Raſchidi, nomine gubernaret: qui magno eos in honore habebat, maximisque dignitatibus admovebat. Quum deinceps Mamuno, Chalifatum adepto, Choraſana Bagdadum eſſet excedendum, praefectum ibi ſuo loco relinquebat Gaſſanum, filii Abbadi, qui anno CCIV praecipuas quasdam ſui iuris praefecturas ita diſtribuebat hos inter fratres, Aſadi filios, ut Ahmedi Farganam, Iahiae Schaſchum et Oſruſchnam, Iliaſo Haratam, et Nuho Samarcandam regendas mandaret. Gaſſani apud Choraſanicos ſucceſſor, Taher, Hoſaini filius, eos in ſua quemque ſparta confirmabat. Interiecto tempore poſt fratres vita deceſſerunt, unus poſt alterum; primus Nuh, tum Ilias Haratae, qua in praefectura patrem filius Muhammed excepit. At neque horum fratrum, neque tertii, Iahiae, ſoboles inclaruit, gentem certe Ahmedis non aequavit, cui ſeptem erant filii: Naſr, quem initio huius articuli nominabamus, et Iacub, et Iahia, et Aſad, et Iſmaël, et Ishac, et Homaid. Quos inter quem primo loco poſuimus, Naſrum, ut is poſt patris fata paterna in munia ſucceſſit, fratrem, quem merentem ſtipendia ſua et ſibi obnoxium habebat, Iſmaëlem, Bocharae praeficiebat hoc anno CCLXI. Inde autem corruptis fratrum voluntatibus, fraude delatorum, bellum exarſit a. CCLXXV, quo victor Iſmaël Naſrum captivum accepit. Tantum tamen aberat Iſmaël ab inſolentia, ut adducto coram fratri, omiſſo equo, pedes occurreret, manumque oſcularetur, priſtinaeque eum dignitati ſedique redderet, ipſe porro ſe, ut antea, Bocharae contineret. Erat quippe hic Iſmaël imperator optimus, vir probus, litteratorum impenſe amans. Ideoque deus eius et ſobolis regnum, quod ex huius operis proceſſu conſtabit, diutiſſime extraxit.

Hoc anno deficiebant Barkitae ab obſequio Ahmedis, filii Tuluni; ſed redacti ſunt in ordinem. Miſſae enim ab eo copiae Barcam admota corona expugnavere, principesque ſeditioſorum comprehenſos caſtigarunt.

Eiusdem

وفيها توفي محمد بن احمد بن محمد بن ابراهيم بن الاغلب صاحب افريقية في جمادي الاولي وكانت ولايته عشر سنين وخمسة اشهر ونصفا، وتولي بعده اخوه ابراهيم بن احمد بن محمد، ثم سار ابراهيم الي صقلية وفتح الفتوح العظيمة وجاهد في سبيل الله *r* حق جهاده وتوفي ابراهيم في الذرب *s* ليلة السبت لاحدي عشر بقيت من ذي القعدة سنة سبع *t* وثمانين ومايتين بصقلية رحمه الله وجعل في تابوت وحمل الي افريقية ودفن بالقيروان وكانت ولايته خمسا وعشرين سنة وكان له فطنة عظيمة، وتصدّق بجميع ماله *

وفي هذه السنة توفي الحسن بن عبد الملك بن ابي الشوارب قاضي القضاة وهو من ولد عتاب بن اسيد الذي ولّاه النبي مكة، (اسيد بفتح الهمزة وكسر السين المهملة وسكون اليا المثناة من تحتها ثم دال مهملة) *

وفيها توفي ابو يزيد البسطامي الزاهد واسمه طيفور بن عيسي بن سروشان *v* وكان سروشان مجوسيا فاسلم *

وفيها توفي ابو الحسن مسلم بن الحجاج النيسابوري صاحب المسند الصحيح رحل الي الامصار لسماع الحديث، قال مسلم صنّفت هذا *x* المسند الصحيح من ثلثماية الف حديث مسموعة، فلما قدم البخاري الي نيسابور لازمه مسلم ولما وقعت للبخاري مسيّلة خلق اللفظ انقطع الناس عنه الّا مسلما وقال مسلم للبخاري دعني اقبّل رجليك يا استاذ الاستاذين وسيّد المحدّثين وطبيب الحديث *

ثم

r) في سبيل الله Media vox deerat in cod. L.

s) في الذرب Cod. Leid. habebat بالذرب

Eiusdem anni menſe quinto deceſſit Muhammed [ſecundus], filius Ahmedis, filii Muhammedis [primi], filii Ibrahimi, filii Aglabi, dominus Africae, poſtquam ſuis rebus per decem annos, et quinque cum dimidio menſes praefuiſſet, habuitque fratrem Ibrahimum [ſecundum] ſucceſſorem, qui deinde facto in Siciliam traiectu tot inſignes extorſit Chriſtianis urbes et victorias (212), fortiter, et ut par eſt pro ampliandis Iſlamiſmi pomoeriis pugnans, donec tandem iſta in inſula abreptus eſt inteſtinorum proluvio (213) nocte ante diem Sabbati XIX menſis undecimi anni CCLXXXVII (214) poſt imperium XXV annorum. Arcae incluſus in Africam translatus eſt, et Cyrenis humatus. Celebratur eius prudentia, et munificentia pariter: omnes enim ſuas facultates in pios uſus erogavit.

Eodem obiit Haſan, filius Abd-el-Maleki, f. Abu-Schavarebi, ſupremus Cadi Bagdadi, oriundus de gente Attabi, filii Aſidi, illius, quem Muhammed expugnatae a ſuis copiis Meccae praefectum relinquebat, quum in eo eſſet, ut Medinam reverteretur.

Eodem obiit vulgo ſic dictus Abu-Iazid Baſtamenſis (215), vir ſanctus: verum eius nomen erat Taifur, filius Iſae, filii Sarubiiani; qui Sarubiian religione olim magus, dein Iſlamiſmum profeſſus fuerat.

Eodem obiit Abu-l-Haſan Muſlem, filius Hegagi, Niſaburenſis, auctor Maſnad es-Sahih [ſeu corporis traditionum genuinarum], quod, ut ipſe profitetur, e tercentum millibus traditionum, quas ipſe paſſim audiverat, compilavit: varias enim urbes nobilioris huius ſcientiae ſtudio adierat. Ex quo Niſaburam venit Bocharicus, adhaeſit ei ſemper Muſlem, ne vel tum quidem abſtitit, quum omnes ob quaeſtionem de creatione verbi [dei ſcil. aut Corani] ipſum deſererent. Quid quod eo procedebat cultus et venerationis, ut ipſi diceret: O doctor doctorum, o princeps traditionariorum, o medice ſcientiae traditionariae, permitte mihi ut pedes tuos oſculer.

 Anno

ثم دخلت سنة اثنين وستين ومايتين، فيها ارسل الخبيث صاحب الزنج جيشا الي جهة بطايح واسط فقتلوا وسبوا واحرقوا ✻

وفيها مات عمر بن شيبة *y* ✻

ثم دخلت سنة ثلاث وستين ومايتين، وفيها استولي يعقوب الصفار علي الاهواز ✻

ثم دخلت سنة اربع وستين ومايتين، فيها مات اماجور مقطع دمشق وسار احمد بن طولون *z* من مصر الي دمشق ثم الي حمص ثم الي حماة ثم الي حلب فملكها جميعا، ثم سار احمد بن طولون الي انطاكية ودعي سيما الطويل امير انطاكية الي الدخول في طاعته فابي فقاتله احمد وملك انطاكية عنوة وقاتل سيما قتالا شديدا حتي قتل، ثم رحل احمد الي طرسوس وعزم علي المقام بها للجهاد، فغلي بها السعر وقلّ القوت فرجع الي الشام ✻

وفيها خرج بالصين خارجيّ مجهول النسب والاسم وعظم جمعه وقصد مدينة خانقو من الصين وحصرها وهي حصينة ولها نهر عظيم وبها عالم كثير من المسلمين والنصاري واليهود والمجوس وغيرهم من اهل الصين ففتحها عنوة وقتل من اهلها ما لا يحصي واستولي علي شي كثير من بلاد الصين، ثم عدم الخارجي المذكور في حرب ملك

t) سبع Sic leg. pro تسع quod habet cod. L. Conf. adnot. hiſt. ad h. l.

v) سرويبان Poſterior hoc erat in codice L. سرويبا: conformavi priori lectioni, quae tamen an praeferenda ſit huic, neſcio.

x) هذا Cod. L. هذه *y*) شيبة Cod. L. شبة

z) طولون Hoc loco erat in cod. L. طالون Varie ſcriptum reperitur hoc nomen: طولون plerumque, aliquando طيلون, rariſſime طالون

Anno CCLXII [qui die 5 Octobr. A. C. 875 coepit] mittebat ſcelus illud,* Nigritarum dux, exercitum in Bataieh [hoc eſt paludes, tractum ſic dictum] Vaſeti, qui ibi caedibus, rapinis et igne graſſatus fuit.

Eodem obiit Omar (216), filius Schaibae [traditionarius].

Anno CCLXIII [qui die 23 Sept. A. C. 876 iniit] occupavit Iacob Soffar Ahvazam.

Anno CCLXIV [qui die 12 Sept. A. C. 877 coepit] obiit Amagur, cui Damaſcum attributam a Chalifa fuiſſe ſupra diximus. Hanc e continente invadebat advolans ex Aegypto Tulunides Ahmed, poſt eam rapiebat Emeſſam, tum Hamatam, denique Halebum; quibus omnibus ſubactis, quae ſola ſupererat Syriae urbs, Antiochiam adoritur, eiusque principem, qui tum erat Sima, vulgo Tavil [ſeu procerus] dictus, ad deditionem invitat, et recuſantem impugnat acerrime, urbem tandem armis expugnat. Quo in conflictu Sima ſtrenue pugnans cadit. Inde procedebat Tulunides Tarſum usque, ubi oppugnare et vexare Chriſtianos decreverat, ſed annonae caritate et inopia vexatus ipſe retro pedem in Syriam referebat.

Eodem res novas molitus eſt apud Sinenſes rebellis aliquis, cuius aeque originem atque nomen ignoramus. Qui contractis magnis copiis aggrediebatur et obſidebat et expugnabat tandem infeſto marte magnam Sinarum urbem Chancu dictum, egregie communitam, et ingenti fluvio rigatam, magnaque refertam hominum multitudine, Muſlemorum, Iudaeorum, Magorum, et Sinenſium: in quos victor ſtragem edidit, quantam haud facile dixeris. Victricia porro arma per Sinarum terras longe lateque circumferebat, at tandem in praelio quodam cum rege Sinarum

 com-

* الخبيث *ſcelus illud.* Non الحبيب *Habib*, ut exſtat in Elmacini editione Erpeniana, unde quoque Herbelotus hunc Habibum in Lexicon ſuum intulit.

ملك الصين وانهزمت اصحابه فلم يجتمع بعد ذلك *

وفيها فرغ ابراهيم بن احمد بن محمد الاغلبي صاحب افريقية من بناء مدينة رقادة وانتقل اليها وسكنها ، وكان قد ابتدي في بنايها سنة ثلاث وستين ومايتين *

وفيها ماتت قبيحة ام المعتز * وفيها مات ابو ابراهيم المزني صاحب الشافعي * وفيها توفي بمصر يونس بن عبد الاعلي بن موسي احد اصحاب الشافعي وكان مولده سنة تسعين ومايه وكان يروي يونس المذكور للشافعي ،

ما حكّ جلدك مثل ظفرك *a* ، فتولّ انت جميع امرك ،
واذا قصدت لحاجة فاقصد المعترف بقدرك *

وقال سمعت الشافعي يقول رضاء الناس غاية لاتدرك فانظر ما فيه صلاح نفسك في امر دينك ودنياك فالزمه * وعبد الرحمان مؤلّف تاريخ مصر المشهور هو ولد ولد يونس المذكور وهو عبد الرحمان بن احمد بن يونس بن عبد الاعلي المذكور *

ثم دخلت سنة خمس وستين ومايتين، فيها افتتح *b* الزنج النعمانية وسبوا واحرقوا ثم ساروا الي جرجرايا ودخل اهل السواد بغداد *

ذكر موت يعقوب الصفار، وفي هذه السنة مات يعقوب بن ليث الصفار تاسع عشر شوال بجندي سابور من كور الاهواز وكانت علته القولنج فوصف *c* له الحكماء الحقنة فلم يحتقن *d*،

وكان

a) ما حك جلدك مثل يضرب في ترك الاتكال علي الناس "eſt "proverbium, quod uſurpatur quando monere volumus, res noſtras "aliorum curae non committendas, ſed a nobis ipſis peragendas eſſe."

Verba

commiſſo diſparebat, ut, quid factum ipſi fuerit, non conſtet. Diſſipabat ille caſus eius factionem, ut poſtea rurſus non coiverit. (217)

Hoc anno imponebat Libyae dominus Ibrahim, filius Ahmedis, filii Muhammedis, Aglabita, coronidem urbi Raccadae, quam condere iam anno CCLXII coeperat, eoque ſedem ſuam [e Cyrenis] transtulit. (218)

Eodem obiit mater Motazzi, Cabiha; et Abu-Ibrahim Mazanita, diſcipulus Schafiaei; et alius eiusdem Schafiaei diſcipulus, Miſrae, Iunas, filius Abd-el-Ala, filii Muſae, natus anno CXC. Huic Ionae in acceptis referimus verſiculos Schafiaei, mox ſubiiciendos, quos ille ex ore magiſtri referebat:

Non ſcalpit pellem tuam unguis alterius aeque bene, atque tuus: ergo quidquid opus habes, ipſe perage.

Et ſi quem neceſſe tibi omnino eſt adire, negotii aut egeſtatis cauſſa, illum adi, qui ſtatuere tibi tuum pretium norit et velit.

Idem Iunas aiebat ab eodem magiſtro ſententiam hanc audiviſſe. "Hominibus placere, eſt meta, quam aſſequi homini nato datum non eſt. Tu ergo ipſe diſpice, quid tibi congruat et proſit, ſive in religione tua, ſive in rebus, quae victum et vitam civilem ſpectant: quidquid autem tibi rationibus probe ſubductis probatum fuerit, id mordicus tene." Celeberrimus ille Tarichi [ſeu hiſtoriarum] Aegypti auctor Abd-er-Rahman eſt huius Ionae, e filio Ahmede nepos.

Anno CCLXV [qui die 2 Sept. A. C. 878 coepit] expugnabant Zengi Nomaniam, eaque expilata et exuſta vertebantur ad Gargaraiam, quo territi Savadae Irakenſis incolae Bagdadum confugiebant.

Eodem obiit Iacob Soffar, filius Laiti, decimo nono die menſis decimi, Gondiſaburae, in Ahvaza, e torminibus, ſpreto medicorum conſilio, qui clyſtere purgare ventrem ſuaſerant.

وكان المعتمد قد انفذ اليه رسولا وكتابا يستميله ويعقوب مريض ، فاحضر الرسول وجعل عنده سيفا ورغيفا من الخشكار وبصلا وقال للرسول قل للخليفة ان مت فقد استراح مني وان عوفيت فليس بيني وبينه الا هذا السيف وان كسرني وافقرني عدت الي اكل هذا الخبز والبصل ، وكان يعقوب قد افتتح الرخج وقتل ملكها واسلم اهلها علي يده ، وكان ملك الرخج يجلس علي سرير ذهب ويدّعي الالهية ، وكان يعقوب حازما عاقلا وكان يعمل الصفر في مبداء امره فقيل له الصفار لذلك وصحب في حداثته رجلا من اهل سجستان كان مشهورا بالتطوّع في قتال الخوارج يقال له صالح بن النضر الكناني ، ثم هلك صالح المذكور فتولي مكانه درهم بن الحسين فصار يعقوب مع درهم كما كان مع صالح ، وكان درهم غير ضابط لامور العسكر ، فلما

Verba ſunt Scholiaſtae Haririi ad conſ. xxxiv, qui dein ipſum diſtichon Schafiaei adducit. Locus autem Haririi, ad quem ea affert, hic eſt: فلما رايت النخاسين ناسين او متناسين علمت ان ليس كل من خلق يفري وانه ليس يحك جلدي مثل ظفري ، ورفضت مذهب التفويض وبرزت الي السوق بالصفر والبيض "quum viderem mancipiorum mangones meam ipſis datam "commiſſionem obliviſci, aut ſaltim oblivionem eius ſimulare: intelli-"gebam non omnem, qui lineas ducit, [ut ſartor creta lineas in panno "ducit ad deſignandos forficis ductus] etiam ſecare; et cutim meam "non melius quam ab ungue meo ſcalpi poſſe. Ideoque repudiabam "ſectam Repoſitionis in alium [locus hic ex hiſtoria theologiae Muham-"medanae debet explicari;] et prodibam in forum [mancipiorum] cum "rubris et albis [nempe *ſpeciebus;* cum auro et argento]."

b) افتتح deerat in cod. Leid.

rant. Eodem ipſo tempore miſerat Motamed cum legato litteras, quibus ipſum delinitum blandis verbis ſibique conciliatum, et ab Iraca, quam adorturum minabatur, averſum ibat. Sed magnum procul dubio malum manebat Chalifam, ſi vir ille diutius ſuperfuiſſet. Nam, ut legato teſtatam animi ſui conſtantiam faceret, advocabat eum iam aeger, et monſtrabat, quae coram exponi iuſſerat, gladium, et atrum panem hordeaceum furfuribus nondum purgatum, et cepas, mandabatque haec ſuo nomine ad herum eius, Chalifam, renuncianda. Si mori quidem ſibi contingat e praeſente morbo, futurum, ut eo ſui otium Chalifae fiat, metusque eximatur. Quod ſi vero cum bona valetudine in gratiam redeat, nullum fore arbitrum, qui cauſſas ſibi communes dirimat, praeter eum, quem monſtrabat, gladium. Aliter, quam bello, decerni non poſſe; cuius fortunam ſi tam habeat adverſam, ut victus a Chalifa fortunis omnibus excidat, decreviſſe ad priſtinam frugalitatem, ad panem illum atrum et cepas, redire. Excelſi erat animi vir et Iſlamiſmo auſpicatum nomen. Vrbem enim Segeſtanicam Rochagi quum cepiſſet, cogebat incolas fidem Muſlemicam profiteri, occiſo eius principe, qui eo proceſſerat arrogantiae, ut in aureo ſolio reſidens deum ſe iactaret. Prudens etiam et ſollers erat Iacob, quamvis ignobili uſus naſcendi ſorte. Nam initio rerum ſuarum artem fabrilem aerariam exercuerat, unde quoque nomen Soffari [hoc eſt fabri aerarii] adeptus eſt. Militiae tyrocinium et fortunae, quae poſtmodum ipſi tam luculenta affulſit, fundamenta ponebat ſub aliquo Saleho, filio Nadri, Arabe quidem Kenanita, natalibus autem ſedeque Segeſtanico homine, qui a voluntaria adverſus Charegitas militia, eoque, quod volentes omnes in laborum et diſcriminum ſocietatem venire, ad eandem militiam invitabat, inclaruit. Saleho vivis exemto tranſibat Iacob in ſucceſſoris familiam, Derhami, filii Hoſaini. (219) Quia vero Derham iſte rebus gerendis ſe parem non monſtrabat,

homo,

فلما راي درهم ضعفه وعجزه اجتمعوا علي يعقوب الصفار المذكور وملّكوه امرهم، فلما تبيّن ذلك لدرهم لم ينازعه وسلّم الامر اليه، فاستبدّ يعقوب بالامور وقويت شوكته واستولي علي البلاد كما تقدّم ذكره في مواضعه من السنين، ولما مات يعقوب قام بالامر بعده اخوه عمرو بن الليث وكتب الي الخليفة بطاعته فولّاه الموفّق خراسان واصفهان وسجستان والسند وكرمان وسيّر اليه الخلع مع الولاية ✻

وفيها توفي ابراهيم بن هاني بن اسحاق النيسابري وكان من الابدال ✻

ثم دخلت سنة ست وستين ومايتين، فيها قتل اهل حمص عاملهم عيسي الكرخي ✻

وفيها كان الناس في البلاد التي تحت حكم الخليفة في شدّة عظيمة بسبب تغلّب الغواة والاجناد علي الامور لقلّة خوفهم وامنهم من الانكار علي ما يفعلونه لاشتغال الموفق بقتال صاحب الزنج ولعجز الخليفة المعتمد واشتغاله بغير تدبير المملكة ✻

ثم دخلت سنة سبع وستين ومايتين، وفيها كانت بين الموفق اخي الخليفة وبين الخبيث صاحب الزنج حروب كثيرة يطول شرحها وكشف الزنج عن الاهواز واستولي عليها، ثم سار الموفق الي مدينة صاحب الزنج وكان قد حصّنها الي غاية ما يكون وسماها المختارة، فحصرها

c) وصف Verbum in ea re proprium. In genere eſt *commendare*, *ſuadere*, *imperare aliquid*, praeſertim aegro medicinam. Hinc وصيف *famulus*, pr. imperatus, vel cui aliquid imperatur.

d) يحتقن *paſſus fuit ſibi clyſterem iniici.* Videtúr verbi حقن notio eſſe *iniicere in utrem*, aut, *quod iam intus eſt*, *continere.* Hinc notio: alicuius ſanguini parcere.

homo, qui adminiſtrare et tueri parta, et copiis imperare neque noſſet, neque curaret: conveniebant caſtra Iacobum, eique communi conſenſu ſuum imperium deferebant. Neque Derham Iacobo ſummam auctoritatem cedere ceſſabat, probe ſuae inertiae ſibi conſcius. Opibus itaque Iacobus invaleſcens indies ſubigebat provectiore tempore provincias illas, quas ſuis quasque locis et annis iam ſupra nominavimus. Rebus humanis tandem exemto ſuccedebat frater, Amru, filius Laiti, qui, quam primum ad imperium accedebat, obſequium per litteras Chalifae deferebat, comitatisque praemium praefecturas Choraſanae, Isfahanae, Segeſtanae, Sendiae et Kermanae ferebat a Movaffeco, [Chalifae fratre et per orientem legato,] qui, mandatae codicillos auctoritatis et Chalaas (220) [ſ. chlamydes, quales novi patricii honoris ergo, teſtandique obſequii, induunt,] ei mittebbat.

Eodem obiit Ibrahim, filius Hanii, filii Ishaki, Niſaburenſis, unus eorum, quos Abdâl (221) [hoc eſt, religioſos et fervidos dei cultores] appellant.

Anno CCLXVI [qui die 22 Auguſti A. C. 879 coepit] occidebant Emeſſeni praefectum ſuum, Iſam Carchenſem.

Eodem anno magnis in anguſtiis erant incolae ditionis Chalifae, propterea quod duces militesque impotenter omnia et per petulantiam agerent, neminem reverentes, et poenarum ſecuri, utpote Movaffeco domandis Zengis intento, et Chalifa gerendi imperii curam rebus aliis omnibus poſthabente.

Anno CCLXVII [qui die 11 Aug. A.C. 880 coepit] multa commiſſa praelia inter Movaffecum, Chalifae fratrem, et Chabitum [ſeu ſceleſtum illum turbatorem], ducem Zengorum [vel Nigritarum], quae ſigillatim percenſere quia nimium foret, id unum commemorabimus, Movaffecum Ahvaza Nigritam prorſus exuiſſe, et urbem eius obſediſſe, quam munimentis, quantum humana valet induſtria, validiſſimis ſepſerat, et Mochtaram [ſeu electam, optatam] nominarat. Sed illa quoque brevi

فحصرها الموفق، فخرج اكثر اهلها اليه بالامان وضعف الباقون عن حفظها فسلّموها بالامان *

وفيها ولي صقلية الحسن بن العباس فبثّ السرايا الي كل ناحية *

ثم دخلت سنة ثمان وستين ومايتين، فيها خالف لولو غلام احمد بن طولون علي مولاه احمد بن طولون وكان في يد لولو حلب وحمص وقنسرين وديار مضر من الجزيرة وكاتب الموفق في المصير اليه ثم سار اليه * وفي هذه السنة امر المعتمد بلعن احمد بن طولون علي المنابر لكونه قطع خطبة الموفق واسقط اسمه من الطرز، وانما امر المعتمد بذلك مكرها لان هواه كان مع ابن طولون ولم يكن للمعتمد من الامر شي بل الامر لاخيه الموفق، وكان المعتمد قد قصد اللحوق بابن طولون بمصر لينجده علي اخيه الموفق وسار عن بغداد لما كان اخوه مشتغلا في قتال الزنج، فامسك اسحاق بن كنداج عامل الموصل القواد الذين كانوا صحبة المعتمد وارسلهم الي بغداد وتقدم الي المعتمد بالعود، فلم يمكنه مخالفته بعد امساك قواده فرجع الي سامرا،

ثم دخلت سنة سبعين ومايتين، فيها قتل صاحب الزنج لعنه الله بعد قتل وغرق غالب اصحابه وقطع راسه

e) بالتطوّع ad verbum: *ſpontaneitate* in oppugnandis Charegitis. Hinc المتطوعة appellantur ſpontanei milites, qui non mercede, ſed ſpe praedae ſerviunt. صلوة المصلي قاعدا في ثوابها بنصف صلوة القايم المتطوع، ait Abulola. "Preces eius qui deum orat ſedens "ferunt

potiebatur Movaffecus et absque magno labore iacturaque. Plurimis enim ex urbe in eius caſtra veniae pacto egreſſis fiebat, ut reliqui, tuendae urbi iam impares, etiam in deditionem venirent.

Hoc (222) etiam capeſſebat Siciliae imperium Haſanus, Abbaſi filius, turmisque quaquaverſum in Chriſtianos dimiſſis praedas agebat.

Anno CCLXIX [qui die 20 Iulii A. C. 882 coepit] exuebat Lulu, mancipium Ahmedis, filii Tuluni, obſequium heri, cuius loco atque nomine Halebum, Kinneſrinam, Emeſſam, Syriae provincias, et in Meſopotamia Deiar-Modar, tenebat; ſuaque ſtudia, heri inimico, Movaffeco per litteras primum addicebat, tum, impetrata venia, ipſe illum adibat. Tulunides quippe vetuerat Movaffeki nomen precibus et orationi ſacrae adiici, edictis item ſignisque militaribus intexi* (223): quod ob facinus eum e fanorum ſuggeſtibus diris devoveri iubebat Motamed Chalifa, non profecto ſponte ſua, neque ex animi ſententia et ſerio, ſed coactus fratris, Movaffeki, potentia, qui, praeter principis nomen, auctoritatem reliquam omnem arripuerat. Nam ipſe quidem Chalifa maximopere favebat Tulunidae, et, pertaeſus fraterni iugi, moliebatur ad eum Miſram aufugere, et Movaffeco ipſum opponere, eaque mente iam exceſſerat Bagdado, dum Movaffecus abeſt bello cum Zingis diſtrictus. Verum Ishac, filius Kendagi, praefectus Mauſelae, quos Motamed adſcitos itineri comites praemiſerat, purpuratos attinebat, et Bagdadum retro pellebat. Ipſi autem Chalifae imperabat per legatum cum minis ut eo rediret, unde veniſſet. Quibus ille iuſſis quum adverſari nequiret, interceptis magnatibus ſuis, redibat Samirram.

Anno CCLXX [qui die Iulii 10. A.C. 883 coepit] occiſus tandem fuit Nigritarum dux (224), quem ſceleſtum hominem deus aeternis meritisque poenis exagitet, ſuorum plurimis ferro-

* Vide ſupra pag. 97 infra, et 129 ſupra. al. *A.*

راسه وطيف به علي رمح وكثر ضجيج الناس بالتحميد ورجع الموفق الي موضعه والراس بين يديه واتاه من الزنج عالم كثير يطلبون الامان فامنهم ، ثم بعث براس الخبيث الي بغداد ، وكان خروج صاحب الزنج يوم الاربعا لاربع بقين من رمضان سنة خمس وخمسين ومايتين وقتل يوم السبت لليلتين خلتا من صفر سنة سبعين ومايتين ، فكانت ايامه اربع عشره سنة واربع اشهر وستة ايام *

وفيها توفي الحسن بن زيد العلوي صاحب طبرستان في رجب وكان ولايته تسع عشرة سنة وثمانية اشهر وكسرا وولي مكانه اخوه محمد بن زيد *

ذكر وفاة احمد بن طولون صاحب مصر والشام بعد مسيره الي طرسوس ورجوعه منها ولما وصل انطاكية قدم له لبن جاموس فاكثر منه فاصابه تخمة *f* واتصلت حتي صار منها ذرب حتي مات ، وكانت امارته نحو ست وعشرين سنة وكان حازما عاقلا وهو الذي بني قلعة يافا ولم يكن لها قبل ذلك قلعة وبني بين مصر والقاهرة الجامع المعروف به وهو جامع عظيم مشهور هناك ، وولي بعده ابنه خمارويه *

وفيها توفي محمد بن اسحاق بن جعفر الصاغاني ، وداود بن علي الاصفهاني امام اصحاب الظاهر ، وكان مولده سنة اثنين ومايتين وكان اماما مجتهدا ورعا زاهدا وسمّي هو واصحابه باهل الظاهر لاخذهم ظاهر الاثار *g* والاخبار واعراضهم عن التاويل ، وكان

"ferunt dimidium praemii precum eius, qui deum orat ſtans pedibus, "etiamſi (ad id obligatus non ſit, ſed) ſponte faciat."

que undisque abſumtis. Avulſum corpori caput in haſta circumlatum fuit: ad cuius conſpectum ingentes ſublati ab exſultantibus Muſlemis clamores, quibus deo gratum animum ob exciſum teterrimum hoſtem teſtabantur. In hac pompa, praeeunte impuro capite, redibat Movaffecus ad praetorium, quo Zengi reſipiſcentes, et veniam delictorum ſpirituumque petentes, confluunt. Recepti ſunt a victore in gratiam. Inde Bagdadum mittitur infame caput. Coeperat illa Nigritarum fax et tuba ſeditionem anno CCLV die Mercurii, 27 noni menſis, periit die Sabbati, tertio ſecundi menſis anni huius CCLXX adeoque annos quatuordecim, quatuor menſes et ſex dies obtinuit.

Septimo eiusdem menſe obiit Tabareſtanae dominus, Haſan, filius Zaidi, Alida, novendecim annis et octo menſibus, et quod dierum excurrit, in imperio actis. Frater illi ſucceſſit, Muhammed. (225)

Eodem pariter finiit Ahmed, filius Tuluni (226), Aegypti Syriaeque dominus. Tarſo enim quum rediiſſet Antiochiam, lactis bubali multum avidus ingurgitabat (227), unde cruditas; quae pertinacius inhaereſcens in fluxum alvi abiit, qui eum abstulit, poſtquam viginti ſex ferme annos imperaſſet. Erat vir fortis, et prudens. Arcem Ioppae condidit, quae antea ibi nulla erat; item ingens illud et in Aegypto celebre, Miſram inter et Caheram poſitum, et ex auctore vulgo appellatum, Tulunidae fanum. (228) Succedebat ipſi filius, Chamaruieh.

Eodem obiit Muhammed, filius Ishaki, filii Gafari, Saganita; item Davud, filius Alii, Iſpahanenſis (229), Imamus ſectae Taheri, natus anno CCII, vir, qui nervos omnes in cultum dei ſacramque doctrinam intendit, anxie religioſus, voluptatum oſor. Nominatur autem ipſe cum ſuis aſſeclis gens Taheri [vel Taheritae], quia ſacris in hiſtoriis et traditionibus ſectantur Taher, [hoc eſt diſertum exſtantemque vocabulorum ſenſum] Tavil autem [hoc eſt interpretationem ampliorem et figuratam] non ad-

وكان داود لا يري القياس في الشريعة ثم اضطرّ اليه فسمّاه دليلا وله احكام خالف فيها الايمة الاربعة منها انه قال الشرب خاصّة في انية الذهب والفضة حرام ويجوز الاكل والتوضي وغيرهما من الانتفاعات بها لان النبي انما قال الذي يشرب في انية الذهب والفضة انما يجرجر في بطنه نار جهنم ، وله مثل ذلك كثير ☼

ثم دخلت سنة احدي وسبعين ومايتين ، فيها جرت وقعة بين ابن الموفق وهو المعتضد وبين خمارويه بن احمد بن طولون صاحب مصر ، اخرها ان المعتضد انهزم هو واصحابه ، وكانت الوقعة بين دمشق والرملة ، وانهزم خمارويه الي حدود مصر وثبت عسكره ولم يعلموا بهزيمته وانهزم المعتضد ولم يعلم بهزيمة خمارويه ☼

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين ومايتين وسنة ثلاث وسبعين ومايتين ، فيها توفي محمد بن عبد الرحمان بن الحكم بن هشام الاموي صاحب الاندلس سلخ صفر وكان عمره نحو خمس وستين سنة وكانت ولايته اربعا وثلثين سنة

f) تتخمة pro وخمة Sed ut تقي pro اتقي, تهم pro اتهم, تتخذ pro اتتخذ, تكّل pro اتّكل: ita quoque تتخم pro اتتخم dicunt, et inde تتخمة Obſervatio eſt Meidanii.

g) الآثار pro الاثان, quod eſt in cod. Leid. الآثار ſunt in genere dicta et facta, et monumenta veterum, velut ipſorum veſtigia. Sed in ſpecie ſic dicuntur dicta et facta Muhammedis.

mittunt. [Quod allato deinceps exemplo declarabimus.] Idem ille David repudiabat Keias [ſeu analogiam; id eſt, in cauſa dubia, cuius mentio et deciſio ſacris in libris non habetur, iudicium neque ferebat, neque probabat e ſimilis cauſae et iam deciſae comparatione formatum] et quamvis ab ipſo rerum uſu et indole cogeretur deinceps ſimilitudinis rationem habere, nihilominus tamen appellabat eum ferendae ſententiae modum ignobilem. In multis quoque diverſiſſima cenſebat placitis quatuor illorum antiſtitum, quos ſequi promiſcue licet. Exemplo ſit eius ſcitum, ex aureis et argenteis vaſis bibere non licere; at licere tamen ex iisdem comedere, et in ſacris inde lavari, quod Vodu appellant, et alium quemcunque uſum fructum percipere; quia nimirum propheta dixerit: "Qui bibet [non, qui comedet cet.] ex auro et argento, in eius ventre bulliet ignis gehennae, velut aqua cum murmure per guttur defluens." Alia eiusmodi plura de illo tradita proſtant.

Anno CCLXXI [qui die 28 Iunii A. C. 884 coepit] acri praelio concurrerunt filius Movaffeki, qui deinceps Chalifatum cum titulo Motaded tenuit, et Chamaruieh, filius Ahmedis Tulunidae, Miſrae dominus [quorum amborum patribus male conveniſſe ſupra diximus]. Editum id fuit inter Damaſcum et Ramlam, eumque exitum habuit profecto mirabilem, ut Chamaruieh, fuſum ſe perditaque omnia exiſtimans, ad Aegypti uſque confinia ſe reciperet, copiae tamen eius, quibus trepidatio et fuga imperatoris latebat, perſiſterent, et Bagdadicos profligarent, qui pariter ignorantes hoſtium ducem fugiſſe, fuga ſe ſalvabant. (230)

Anno CCLXXIII [qui die 7 Iunii A. C. 886 coepit] ſub exitum ſecundi menſis, obiit Muhammed, filius Abd-er-Rahmani [ſecundi], filii Hakemi [ſecundi], filii Heſchami [ſecundi], filii Abd-er-Rahmani [primi], de gente Ommiadae, princeps Andaluſiae, anno aetatis quinto ferme et ſexageſimo, poſtquam

سنة واحد عشر شهرا ، لانه تولي في سنة ثمان وثلثين ومايتين ، وخلف ثلثة وثلثين ذكرا ، ولما مات ولي بعده ابنه المنذر بن محمد وبويع له بعد موت ابيه بثلثة ليال *

وفيها مات ابو داود سليمان بن الاشعث السجستاني صاحب كتاب السنن * وفيها توفي خالد بن احمد السدوسي وكان امير خراسان وقصد الحج فقبض عليه المعتمد وحبسه فمات في الحبس في هذه السنة وهو الذي اخرج البخاري صاحب الصحيح من بخارا فدعي عليه البخاري فادركته الدعوة *

وفيها توفي الحافظ محمد بن يزيد بن ماجة القزويني المشهور مصنف كتاب السنن في الحديث عارفا بعلومه وجميع ما يتعلق *h* ، رحل الي العراق والشام ومصر والري لطلب الحديث وله تفسير القران العظيم وتاريخ احسن فيه وكتابه في الحديث احد الكتب الستة الصحاح ، وكانت ولادته سنة تسع ومايتين *

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وخمس وسبعين ومايتين ، فيها قبض الموفق علي ابنه المعتضد واستمرّ في الحبس حتي خرج في مرض الموفق الذي مات فيه *

وفيها توفي ابو سعيد الحسين بن الحسن بن عبد الله السكّري النحوي اللغوي المشهور صاحب التصانيف *

ثم دخلت سنة ست وسبعين ومايتين ، فيها مات عبد الملك بن محمد الرقاشي * وفيها توفي عبد الله بن مسلم بن قتيبة صاحب كتاب ادب الكاتب *

ثم

h) يتعلق Hic deeſt aut به , ſi nempe redeat ad الحديث , aut بها , ſi ad علومه

quam regnaſſet annos quatuor et triginta cum undecim menſibus. Anno enim CCXXXVIII coeperat. Reliquit tres et triginta filios, e quibus ſucceſſit Mondar, inauguratus die a morte patris tertio.

Eodem obiit Abu-David Solaiman, Ibn-Aſchati, Segeſtanenſis, auctor libri legum traditionalium; item Chaled, filius Ahmedis, Saduſita, Choraſanae praefectus, in carcere. Tendens enim ille Meccam, religione ibi defungendi ergo, comprehenſus a Motamedo, et in carcerem coniectus fuit, in quo ſupremum quoque diem hoc anno clauſit. Erat autem is effectus precum et dirarum, quibus Bocharicus, homo ſanctiſſimus, hunc Chaledum onerabat tum, quum ab eo Bochara, [quod ſupra notavimus ad an. CCLVII] exigeretur.

Eodem obiit Hafet [ſeu ſervator] Muhammed, filius Iazidi, filii Magae, Cazvinenſis, auctor libri celebris ſanctionum traditionalium, qui unus eſt e ſex illis Sahih [ſeu genuinis et fidis traditionum corporibus]: in ea enim, quantumvis pateat ampliſſime, ſcientia regnabat, cuius penitus imbibendae ſtudio celeberrimas Irakae, Aegypti, Syriae et Raiae ſcholas adierat. In vulgus quoque notus eſt eius in Coranum commentarius, et elegans Chronicon. Natus fuerat anno CCIX.

Anno CCLXXV [qui die 15 Maii A. C. 888 coepit] comprehenſum carceri dabat Movaffecus filium, Motaded, unde citius non evaſit, quam patre morbum noviſſimum tolerante.

Eodem obiit Abu-Said, Hoſain, filius Haſani, filii Abdallae, Succarius (231), grammaticus et philologus ſcriptis celeber.

Anno CCLXXVI [qui die 5 Maii A.C. 889 coepit] obierunt Abd-al-Malec, filius Muhammedis, Racaſchita, et Abdalla, filius Muſlemi, filii Cotaibae (232), auctor libri celebris, cui titulus: inſtitutio ſcribae vel ſecretarii principis. (233)

ثم دخلت سنة سبع وسبعين ومايتين، ذكر وفاة الموفق بالله،
فيها توفي ابو احمد طلحة الموفق بالله بن جعفر المتوكل وكان
قد حصل في رجله داء الفيل وطال به وضجر فقال يوما قد اشتمل
ديواني علي ماية الف مرتزق ما فيهم اسوا حالا مني، ومات الموفق
يوم الاربعا لثمان بقين من صفر هذه السنة، وكان الموفق قد بويع
له بولاية العهد بعد المفوض ابن المعتمد، فلما مات اجتمع القواد
وبايعوا ابنه ابا العباس المعتضد بن الموفق بولاية العهد بعد
المفوض واجتمع عليه اصحاب ابيه وتولي ما كان ابوه يتولاه ✠

ذكر ابتداء امر القرامطة، في هذه السنة تحرك بسواد الكوفة
قوم يعرفون بالقرامطة، وكان الشخص الذي دعاهم الي مذهبه
ودينه *i* قد مرض بقرية من سواد الكوفة فحمله رجل من القرية
يقال له كرميته (لحمرة عينيه وهو بالنبطية اسم لحمرة العينين)،
فلما تعافي شيخ القرامطة المذكور تسمي *k* باسم ذلك الرجل ثم
خفف *l* فقالوا قرمط، ودعي قوما من اهل السواد والبادية ممن ليس
لهم عقل ولا دين الي دينه، فاجابوا اليه، وكان ما دعاهم اليه انه
جاء بكتاب، فيه، باسم الله الرحمن الرحيم، يقول الفرج بن عثمان
وهو

i) مذهبه ودينه *ſecta et religio.* Poſterius genus eſt, prius ſpecies. Iſlamiſmus eſt دين *religio:* Schafiaei, Maleki al. opiniones ſunt مذاهب *ſectae.* Clare patet e verbis Noſtri ad a. 309 ديني الاسلام ومذهبي السنة "religio mea eſt Iſlamiſmus, et ſecta Sunnitica." Excludit ergo Abulfeda Carmatitas ab Iſlamiſmo.

k) تسمي Cod. L. سمي

l) خفف Echellenſis in ſupplemento ad chronicon orientale docet, quid ſit

Anno CCLXXVII* [qui die 24 April. A. C. 890 coepit] obiit Abu-Ahmed Talha Movaffec-billah, filius Gafari Motavakkeli, die Mercurii, vigeſimo primo ſecundi menſis; ex elephantiaſi, quae pedem eius, lento cruciatu, depaſcebatur; quapropter ille taedio victus, auditus eſt aliquando in hanc vocem erupiſſe: "Inter centum millia, quos mei codicilli ſtipendia merentes numerant, aeque miſerabilis et infelix, atque ego ſum, nullus eſt." Deſtinatus fuerat hic Movaffec poſt Moſavvedum, filium Motamedi, ſucceſſor in Chalifatum; quod ſuccedendi ius ab eius exitu ſtatim coëuntes duces militares, et ad eorum exemplum deinceps defuncti propria turba, a patre in filium, Abu-l-Abbaſum Motadedum, transferebant, una cum copiis et provinciis, quibus pater praefuerat.

Hoc anno primum prodierunt Carmatitae in Savad [vel Sueta] Cufae. Quorum nominis origo haec eſt. Primus auctor ſectae, correptus morbo in Savada Cufica in cura et hoſpitio viri alicuius erat, cui ab oculorum rubore nomen Carminat adhaeſerat. Ita enim appellant Nabataei hanc affectionem. Sanitati reſtitutus impoſtor, quo gratum animum hoſpiti et benefactori teſtaretur, volebat inpoſterum ab illius nomine Carminat appellari. Id nomen deinceps uſu detritum et correptum atque emollitum in Carmat evaſit. Fanaticus igitur ille, quotquot poterat, Savaditas et Beduinos [vel nomades] arabes ad novam ſuam fidem magno numero compellebat: qua in re multum ipſi laborandum haud erat ad homines, quibus nihilo plus religionis, quam ſanae mentis erat. Adigebat autem ſuos in verba libri iurare, quem divinitus ad ſe demiſſum iactabat, in quo inter alia ſcripta haec habebantur. "In nomine clementiſſimi et miſericordiae facillimi dei. Dicit Farag, filius Otmani, oriundus

 e pago

* Elmacinus pag. 173 habet annum CCLXXVIII. In noſtro forte, ut alibi, verba quaedam exciderunt, quae hoc modo reſtituantur: ثم دخلت سنة سبع وسبعين وثمان وسبعين ومايتين *A.*

وهو من قرية يقال لها بصرانة انه داعية المسيح وهو عيسى وهو الكلمة وهو المهدي وهو احمد بن محمد بن الحنفية وهو جبريل وان المسيح تصوّر في جسم انسان وقال انك الداعية وانك الحجة وانك الناقة وانك الدابّة وانك يحيى بن زكريا وانك روح القدس وعرّفه ان الصلوة اربع ركعات ركعتان قبل طلوع الشمس وركعتان قبل غروبها وان الاذان في كل صلوة ان يقول الموذن الله اكبر ثلاث مرات ، اشهد ان لا اله الا الله مرتين ، اشهد ان ادم رسول الله اشهد ان نوحا رسول الله اشهد ان عيسى رسول الله اشهد ان محمد رسول الله اشهد ان محمد بن الحنفية رسول الله ، والقبلة الى بيت المقدس وان الجمعة يوم الاثنين ولا يعمل فيه شيا ويقرا في كل صلوة الاستفتاح وهو المنزل على احمد بن محمد بن الحنفية وهو الحمد لله بكلمته *m* وتعالى باسمه المنجد لاوليايه وباوليايه ، قل ان الاهلّة مواقيت للناس ظاهرها ليعلم علم السنين والحساب والشهور *n* والايام وباطنها لاوليايي الذين عرّفوا عبادي سبيلي ، اتقوني يا اولي الالباب وانا الذي لا اسال عما افعل وانا العليم الحكيم وانا الذي ابلو عبادي وامتحن خلقي

ſit تخفيف *alleviatio.* Nempe quando Arabes vocem peregrinam, vel et bonam Arabicam, ſed paullo duriorem aut longiorem, efferre volentes, unam litteram vel alteram eiiciunt, et litteras inter ſe permutant. تعريب autem, quando ad peregrinam vocem aliquam litteram addunt, velut fortius et clarius pronunciaturi.

m) بكلمته Forte hic deeſt aliquid, ut e. c. تجلي بكلمته aut الذي تجلي بكلمته

e pago Baſrana, quod ipſe ſit praeco Meſſiae, qui eſt Ieſus, et Calima [ſeu verbum], et Mahdi [ſ. director], et Muhammed, filius Hanafitidis, et angelus Gabriel; et quod Meſſias humano corpore aſſumto dixerit ſibi, tu es Daiia [ſeu praeco], et Hoga [ſ. elenchus], et camelus, et iumentum, et Ioannes, filius Zachariae, et ſpiritus ſanctus. Porro dicit, quod Meſſias ipſum docuerit, preces conſtare quatuor ingeniculationibus [aut corporis inclinationibus], duabus ante ſolis ortum, et totidem ante occaſum. Idan porro [ſeu modum tempus precum indicandi] hunc eſſe, ut praeco ter ingeminet: Allah acbar [hoc eſt, deus eſt rerum omnium ſuprema], bis autem: teſtor deum non eſſe niſi unum verum illum, teſtor Adamum eſſe prophetam dei, teſtor Noachum eſſe prophetam dei, teſtor Ieſum eſſe prophetam dei, teſtor Muhammedem eſſe prophetam dei, teſtor Muhammedem, filium Hanafitidis, eſſe prophetam dei. Porro ait locum, ad quem facies inter orandum vertenda, eſſe Hieroſolymam. Sacrum eſſe diem Lunae, quo ſtatutum ſit in templum divini cultus cauſſa convenire, neque liceat operae quidquam peragere." (235) Solebat idem in omnibus precibus, loco primi capitis Corani, Fatehah dicti, formulam hanc, Iſtaftah a ſe dictam, recitare: "Hoc eſt, quod revelatum fuit Ahmedi, filio Muhammedis, filii Hanafitidis, ſcilicet: Laus ſit deo glorioſo per verbum ſuum, excelſo per nomen ſuum, qui adiuvat amicos ſuos et per amicos ſuos. Dic: novilunia ſunt ſtata tempora hominibus, quorum exterius [vel finis obvius et exſtans] eſt, ut ſcientia et numerus annorum, menſium et dierum teneatur; interius autem [ſeu ſubtilior et elegantior finis] eſt pro amicis meis, qui meos cultores docent meam viam. Timete me, qui cor habetis. Ego ſum ille, qui rationem eorum, quae agit, nemini reddit, et a quo rationem geſtorum repetendi ius nemini eſt. Ego ſum gnarus rerum omnium, et ſtatuendi atque moderandi ſcientiſſimus. Ego ſum, qui variis periculis affligo meos cultores, et tento populum meum.

خلقني فمن صبر علي بلاي وشكرني واختار ي ادخلته جنتي وادخلته في نعيمي ، ومن زال عن امري وكذّب رسلي اخلدته مهانا في عذابي واتممت اجلي واظهرت امري علي السنة رسلي وانا الذي لم يعل جبّار الّا وضّعته ولا عزيز الا ذلّلته وبيس الذي *o* اصرّ علي امره ودام علي جهالته وقال لم نبرح عليه عاكفين وبه موقنين ، اوليك هم الكافرون * ثم يركع ، ومن شرايعه ان يصوم يومين من السنة وهما المهرجان *p* والنيروز وان النبيذ حرام والخمر حلال ولا غسل من جنابة لكن الوضو كوضو *q* الصلوة وان يوكل كل ذي ناب وكل ذي مخلب *

ثم دخلت سنة تسع وسبعين ومايتين ، فيها خلع المعتمد ابنه المفوّض من ولاية العهد وجعل المعتضد ابن اخيه وليّ عهده بعده * ذكر وفاة المعتمد ، فيها توفي احمد المعتمد علي الله بن جعفر المتوكل بن المعتصم لاحدي عشرة بقيت من رجب ببغداد وكان

n) والشهور والحساب Forte وحساب الشهور

o) وبيس الذي Cod. Leid. وليس الذي

p) المهرجان Lod. Leid. per compendium ſcriptionis المرجان

q) كوضو Cod. L. كضو

Qui ergo patienter perfert mea pericula, et tentationem et explorationem, eum introducam in paradiſum meum, et ut deliciis meis aeternum fruatur, largiar: qui vero deflectit a meo mandato, et mendacii meos legatos arguit, eum contemptum, et opprobriis obſitum, in tormentis meis aeternum tenebo. Nihilominus propoſitum meum perficio, et manifeſto vindicoque rem meam per linguam legatorum meorum. Ego ſum ille, qui nullum ſino tyrannum in tantam amplitudinem creſcere, quin eundem deprimam, neque potentem ita ſino invaleſcere, quin enervem et frangam. Vae illi, qui ſuo in inſtituto comtumaciter perſiſtit, et in ſua ferocia et ſtultitia pergit, dicitque: non deſinam his meis placitis inhaerere, iisque certam fidem habere. Illi ſunt infideles." Secundum haec recitata ſolebat corpus incurvare. Inter alia eius ſtatuta erat ieiunium duorum tantummodo dierum toto anno, feſtis puta illis diebus Mihirgan et Niruz: item, Nebid [ſeu vinum e dactylis et aliis temporariis fructibus artificioſe paratum] illicitum eſſe, contra, Chamr [ſ. uvis expreſſum et fermentatione perfectum]* licitum. Corpus a nocturnis pollutionibus totum lavare, quod Gaſl dicitur, pro ſupervacaneo ducebat, ſufficere minorem illam exiſtimans ſingularium quarundam partium purgationem, Vodu dictam, per quam ſolent oraturi cubitos tantum et tibias cum manibus pedibusque aqua eluere. Promiſcuum licere eſum animalium, ſive illa dente canino, ſive ungula falcata, rapace inſtructa ſint. (236)

Anno CCLXXIX [qui 2 April. A. C. 892 coepit] exuebat Motamedus filium ſuum, Moſavvedum, ſucceſſionis iure, quod in Motadedum, ex fratre nepotem, transferebat. Neque diu factae huic conſtitutioni ſupererat: menſis enim ſeptimi huius anni die decimo nono Bagdadi obibat hic ipſe Ahmed Motamed ala-llah, filius Gafari Motavakkeli, filii Motaſemi, ex ingluvie. In-

* In lingua Arabum vulgari *Nebid* eſt vinum fermentatione perfectum, *Chamr* autem chylus vel ſuccus ex uvis recentibus expreſſus. *A.*

وكان قد شرب علي الشط وتعشي واكثر من الشراب والاكل ، فمات ليلا واحضر المعتضد القضاة واعيان الناس فنظروا اليه وحمل الي سامرا فدفن بها ، وكان عمر المعتمد خمسين سنة وستة اشهر وكانت خلافته ثلثا وعشرين سنة وكان قد تحكم عليه في خلافته اخوه الموفق وضيّق عليه حتي انه احتاج الي ثلثماية دينار فلم يجدها في ذلك الوقت فقال ،

اليس من العجايب ان مثلي يري ما قلّ ممتنعا عليه ،
وتوخذ باسمه الدنيا جميعا وما من ذاك شي في يديه *

ذكر خلافة ابي العباس احمد المعتضد بالله وهو سادس عشرهم ، وفي صبيحة الليلة التي مات فيها المعتمد بويع لابي العباس احمد المعتضد بالله ابن الموفق ابي احمد طلحة بن المتوكل *

وفيها توفي نصر بن احمد الساماني فقام بما كان اليه من العمل بما وراء النهر اخوه اسماعيل بن احمد بن اسد بن سامان *

وفيها قدم الحسين بن عبد الله المعروف بابن الجصّاص r من مصر بهدايا عظيمة من خمارويه بن احمد بن طولون صاحب مصر بسبب ترويج المعتضد ببنت s خمارويه *

وفيها

r) الجصاص Cod. Leid. الحصاص

s) ببنت Cod. L. بنت

Inſtructo enim veſpere ad Tigridis ripam convivio epularum vinique nimium ingurgitaverat, unde proxime inſecuta nocte crepuit. Huius cadaver ut inſpicerent, et mortis cauſſae ipſi ſe certiores facerent, convocabat Motadedus Cadios reliquosque purpuratos [ne ſcilicet in dati veneni ſuſpicionem venirent, qualis ſuſpicio ab homine imperii cupido et iam adipiſcendi certo valde aliena non eſt (237)]. Eo facto cadaver porro Samirram ſubvectum ibique humatum fuit. Exegerat ille vivendo annos quinquaginta et ſex menſes, et principatus annos viginti tres, praeter nomen tamen auctoritatis omnis expers. Frater Movaffek enim rerum ſummam moderabatur, et fratrem tam parce habebat frugaliterque, ut hic tercentum aureos numos aliquando, quo tempore maxime illis opus haberet, unde ſumeret, non inveniret; unde ipſi, Motamedo, tum nati verſus infra ſcripti:

Annon eſt mirabile, mei ſimiles eo anguſtiarum adigi, ut vilem aliquam et minutam pecuniae ſummam ſibi negatam videant?

Princeps fidelium, quo cum nomine rerum humanarum poteſtas omnis et opes omnes impetrantur, ne tantillum quidem earum in poteſtate habet!

Aurora iſti nocti proxima, quam poſtremam Motamed obierat, ſacramentum dictum eſt Abu-l-Abbaſo Ahmedi Motadedo billah, [appellatio eum indicat, qui auxilio dei, tanquam brachio, ſuſtinetur et ſublevatur] filio Movaffeki Abu-Ahmedis Talhae.

Eodem anno Naſr Samanita, filius Ahmedis, obiit, cui frater, Iſmaël, filius Ahmedis, filii Aſadi, filii Samani, ea in parte Choraſanae, quam Naſr tenuerat, ſuccedebat.

Eodem Bagdadum veniebat ſic vulgo dictus Ibn-Gaſſaſi, [hoc eſt filius muratorii, vel etiam gypſarii] Hoſain, filius Abdallae, Miſra, cum magnis muneribus (238), a Chamaruieh, filii Tuluni, Aegypti domino, ad Motadedum miſſus, ut huic heri filiam deſponſaret.

وفيها توفي ابو عيسي محمد بن عيسي بن سورة الترمذي السلمي بترمذ في رجب ، وكان اماما حافظا له تصانيف حسنة منها الجامع الكبير في الحديث ، وكان ضريرا وهو من ايمة الحديث المشهورين الذين يقتدي بهم في علم الحديث وهو تلميذ محمد بن اسماعيل البخاري وشاركه في بعض شيوخه مثل قتيبة بن سعيد وعلي بن حجر ☼

ثم دخلت سنة ثمانين ومايتين ، فيها توفي جعفر بن المعتمد وهو الذي كان لقبه المفوّض وخلعه ابوه وولّي المعتضد كما ذكرناه ☼

ثم دخلت سنة احدي وثمانين ومايتين ، فيها سار المعتضد الي ماردين فهرب صاحبها حمدان وخلّي ابنه بها فقاتله المعتضد فسلّمها اليه ☼

وفيها دخل طغج بن جف (وكان عاملا علي دمشق) من طرسوس الي بلاد الروم من قبل خمارويه وفتح وسبي ☼

وفيها توفي عبد الله بن محمد بن عبد الله بن ابي الدنيا صاحب التصانيف الكثيرة المشهورة ☼

ثم دخلت سنة اثنتين وثمانين ومايتين ، ذكر النيروز المعتضدي ، فيها امر المعتضد بافتتاء *t* الخراج في النيروز المعتضدي للترفّق بالناس وهو في خزيران من شهور الروم عند كون الشمس في اواخر الجوزاء ☼

ذكر قتل خمارويه ، وفيها قتل خمارويه بن احمد بن طولون ذبحه بعض خدمه علي فراشه في ذي الحجة بدمشق وكان سببه انه

t) بافتتاء Cod. Leid. temere بافتتا

Septimo huius anni menſe obibat Tarmadae Abu-Iſa Muhammed, filius Iſae, filii Saudae, Tarmadanus (239), tribu Solaimita, Imamus et Hafet celeber, elegantium librorum auctor, ut magnae traditionum collectionis [Gâme el-kebir]. Caecus quamvis, erat tamen in traditionali ſcientia tantae auctoritatis et fidei, ut inter celeberrimos numeretur iſtius litterarum partis auctores, et eos, ſecundum quos decernitur. Idem Iſmaëlis Bocharici ſimul erat diſcipulus, et cum eo communes aliquot audiverat doctores, ut Cotaibam, filium Saidi, et Alin, filium Hogri.

Anno CCLXXX [qui die 22 Mart. A. C. 893 coepit] obiit Gafar Motamedi filius, quem pater primum quidem ſibi deſtinaverat ſucceſſorem, ideoque titulo Moſavvedi ornaverat, deinde vero privaverat illo iure, in gratiam Motadedi; qua de re paullo ante diximus.

Anno CCLXXXI [qui die 12 Mart. A. Chr. 894 coepit] contendebat Motadedus Maredinam, quam Hamdan, eius tum dominus, deſerebat, relicto in urbe filio; ſed qui diu non ſuſtinens obſidionem, Motadedo in deditionem veniebat.

Eodem invadebat Tacag, filius Goffi, a Chamaruieh Damaſco praefectus, ex Tarſo Romanorum ditionem, heri auſpiciis miſſuque; multaque cum loca expugnavit, tum ſpolia retulit.

Eodem obiit Abdalla, filius Muhammedis, filii Abdallae, Ibn-Abu-Donia vulgo dictus, plurium celeberrimorum librorum auctor. (240)

Anno CCLXXXII [qui die 1 Mart. A. C. 895 coepit] iubebat Motaded in Nairuzo, de ſe appellato Motadadico, Charrag [ſ. cenſus] exigi (241), quo nempe ſuis civibus parceret. Is autem incidebat in Haziran ſecundum Graecum computum, quum ſol in extremo geminorum haeret.

Eodem exeunte anno cecidit Chamaruieh, filius Ahmedis Tulunidae, ab eunuchis quibusdam ſuis in lecto iugulatus, Damaſci. In caedem patrandam id eos induxerat, quod Chamaruieh,

 quum

انه نقل الي خمارويه ان جواريه قد اتخذت كل واحدة منهن *v* خصيا فجعلته لها كالزوج فقصد خمارويه تقرير بعض الجواري علي ذلك ، فاجتمع جماعة من الخدم واتفقوا علي قتله ، ثم قتل من خدمه الذين اتهموا بذلك نيفا وعشرين نفسا ، ولما قتل خمارويه بايع قواده جيش بن خمارويه وكان صبيا *

وفيها توفي ابو حنيفة احمد بن داود الدينوري صاحب كتاب النبات *

وفيها توفي الحارث بن ابي اسامة وله مسند *

وفيها توفي ابو العينا محمد بن القاسم وكان يروي عن الاصمعي وكان ضريرا صاحب نوادر واشعار وكان من ظرفاء الناس وفيه من سرعة الجواب والذكاء ما لم يكن في احد ، ولد سنة احدي وتسعين ومائة وكفّ بصره وقد بلغ اربعين سنة ، ولقب بابي العينا لانه قال لابي زيد الانصاري كيف تصغّر عينا ، فقال عيينا يابا العينا ، فبقي عليه لقبا ، وكان قد ذكر للمتوكل للمنادمة ، فقال المتوكل لولا انه ضرير لصلح لذلك ، فبلغ ذلك ابا العينا فقال ان اعفاني من روية الاهلّة فاني اصلح للمنادمة *

ثم

v) منهن deerat in codice Leid.

quum relatum ad ſe accepiſſet, puellas ſuas eunuchos, ſibi quamque ſuum, in thorum induxiſſe, decreverat earum aliquot examini et tormentis ſubiicere, quo eius rei veritatem exploraret. Conſpirabat ergo numerus eunuchorum in heri necem, a quibus oppreſſus fuit. (242) Viciſſim plus viginti eorum capite poenas dederunt, qui ſceleris ſuſpicione maxima tenebantur. Chamaruieh ſublato, dicebant tribuni militares Gaiſcho, eius filio impuberi, ſacramentum.

Eodem obiit Abu-Hanifa Ahmed, filius Davudi, Dainavarenſis, auctor hiſtoriae plantarum (243); item Haret, filius Abu-Oſamae, auctor Maſnadi [ſeu corporis traditionum]; uti etiam Abu-l-Aina Muhammed, filius Caſemi, diſcipulus Aſmaaei, a quo quae audiverat, multa retulit. Erat quidem coecus a quadrageſimo inde aetatis anno, feſtivi tamen ingenii homo, ſalium plenus, memoria lepidis dictis, hiſtoriolis, fragmentulis poëtarum, referta, reſpondendi tam promtus, idque tam apposite, tam ingenioſe, ut, qui paria ei ea in re fecerit, nemo ſit repertus. Natus fuerat anno CXCI. Cognomen Abu-l-Aina, ex Abu-Zaidi Anſaritae dicterio tulit. Hunc enim, hominem grammaticum, aliquando, tentaturus noſter, an irriſurus, interrogabat, quomodo fieret diminutivum ab Aina. Reſpondebat, Oiaina, o Abu-l-Aina! [quo ſermone, ad ſpeciem modeſto et officioſo, ſed perquam aculeato, ſimul ipſi vitium oculorum exprobrabat.] Referunt eum aliquando commendatum Motavakkelo, Chalifae, fuiſſe, pro gerrone commodo, confabulationi et otio fallendo utili. Sed principem ideo eum fuiſſe aſpernatum, quod oculis captus eſſet. Qua re cognita Abu-l-Ainam dixiſſe: novilunia obſervare, et ex eorum adſpectu vaticinari meae ſortis non eſt. Inhabilis huic rei ſum, fateor. At huius unius officii veniam ſi Chalifa mihi fecerit, nihil eſt reliquum, quo minus principis ſodalitio ſim habilis.

ثم دخلت سنة ثلاث وثمانين ومايتين ، فيها خلع طغج بن جف امير دمشق جيش بن خمارويه بدمشق واختلف جند جيش عليه لصباه وتقريبه الارذال وتهديده لقواد ابيه ، فقتلوه ونهبوا داره ونهبوا مصرا واحرقوها واقعدوا اخاه هارون بن خمارويه في الولاية ، وكانت ولاية جيش بن خمارويه تسعة اشهر *

وفيها مات البحتري الشاعر واسمه الوليد بن عبادة بمنبج او بحلب وكان مولده سنة ست ومايتين * وفيها توفي علي بن العباس المعروف بابن الرومي *x* الشاعر *

وفيها امر المعتضد ان يكتب الي الاقطار بردّ الفاضل من سهام المواريث *y* الي ذوي الارحام وابطال ديوان المواريث *

من تاريخ القاضي شهاب الدين بن ابي الدم ، قال وفي هذه السنة امر المعتضد بكتبة الطعن في معاوية وابنه وابيه واباحة لعنهم ، وكان من جملة ما كتب في ذلك بعد الحمدلة والصلوة علي نبيه وانه لما بعثه الله رسولا كان اشدّ الناس في مخالفته بنو امية واعظمهم في ذلك ابو سفيان بن حرب وشيعته من بني امية قال الله تعالي في كتابه العزيز والشجرة الملعونة *z* ، والشجرة الملعونة في القران اتّفق المفسرون انه اراد بني امية ، وراي

x) ابن الرومي Sic nomen reſtitui ex Raudh: cod. L. habebat ابن الروم

y) برد الفاضل من سهام المواريث obſcurior formula, quae illuſtratione indiget. Ad verbum: reddi redundans de partibus (vel ſortibus) haereditatum. Hoc eſt, iubebat ut reſtitueretur defunctorum neceſſariis omne id quod tunc temporis, quum edebatur edictum, adhuc reſtabat de haereditatibus fiſco addictis, et nondum fuerat in alios uſus impen-

Anno CCLXXXIII [qui die Febr. 18. A. C. 896 coepit] exutus imperio fuit Gaiſch, Chamaruiae filius, a Tacago primum, Goſſi filio, Damaſci, dein etiam, novem menſibus in poteſtate actis, a Miſrenſibus legionibus occiſus, ideo inſurgentibus et indignantibus, quod impuber quum eſſet, amotis, quibus pater conſueverat, ducibus, homines nauci ſibi haberet familiares. Milites cum palatio eius Miſram urbem quoque diripiebant, in hanc etiam ignes immittebant; fratrem vero, Harunem, Chamaruiae filium, principem ſalutabant. (244)

Eodem obiit Manbegae, aut Halebi, vulgo Bohtarii (245) nomine celeber poëta, Valid, filius Obadae, natus anno CCVI; item alius vulgo Ibn-er-Rumii (246) nomine notus poëta, Ali, filius Abbaſi.

Eodem mandata dididit Motadedus per provincias, quibus quidquid ex haereditatum portionibus ſuperaret, affinibus reddi iuſſum, ſimulque tribunal iudicandis haereditatibus abolevit.

Aliud eiusdem principis memorabile inſtitutum in hunc annum incidit, quod verbis Cadii Schahabeddini Ibn-Abu-Dammi, ex eius Chronico excerptis, enarrabo. Iubebat igitur formulam dictari, quae Moaviam eiusque patrem, Abu-Sofianum, et filium, Iazidum, convitiis proſcinderet, et, quod maius, veniam volenti cuique daret, divinam ipſis iram et dirarum omne genus imprecandi. Iuvat illius formulae decerptam hanc referre particulam, omiſſis illis ſollemnibus omnium ſcriptorum exordiis, quae id agunt, ut ſummum numen laudent, et noſtrum prophetam piis votis proſequantur. Eo tempore, ait, quum deus prophetam ſuum ſuſcitaret et mitteret genti ſuae, fuiſſe neminem aeque, aut magis, eius inſtitutis adverſatum, quam Ommiadas, et hos inter ipſos odio excelluiſſe Abu-Sofianum, Harbi filium, cum ſuo grege. Eosdem ipſos Ommiadas divini codicis auctor deſignavit arboris maledictae appellatione, quod uno omnes aſſenſu cenſent interpretes. Propheta videns ali-

ورأي النبي ابا سفيان مقبلا ومعاوية يقوده ويزيد اخو معاوية يسوق به فقال لعن الله القايد والراكب والسايق، وقد روي ان معاوية قال يابني عبد مناف تلقّفوها *a* تلقّف الكرة فما هناك جنة ولا نار، وطلب رسول الله يوما معاوية ليكتب بين يديه فتاخّر عنه بطعامه *b* فقال النبي لا اشبع الله بطنه، فبقي لا يشبع وكان يقول والله ما اترك الطعام شبعا وانما اتركه عياء، وروي ان النبي قال اذا رايتم معاوية علي منبري فاقتلوه ☼ واطال في ذلك وامر ان يقال ذلك في البلاد ويلعن معاوية علي المنابر فقيل له ان في ذلك استطالة للعلويين وهم في كل وقت يخرجون علي السلطان فيحصل به الفتن بين الناس، فامسك عن ذلك ☼

ثم دخلت سنة اربع وثمانين ومايتين، فيها اخبر المنجمون الناس بغرق اكثر الاقاليم وان ذلك يكون بسبب كثرة الامطار وزيادة الانهار،

impenſum. Eamque ſuam voluntatem ſignificatum ſcribebat Chalifa ſuis per urbes omnes quaeſtoribus. Sciendum nempe, haereditates omnes omnium ad principes orientis pertinere, et defunctorum neceſſariis eorum nihil cedere niſi quod indulgere ipſis velit principis clementia. Fiſcus ad quem bona vacuata recidunt بيت المال *Bait el-Mal* appellatur, et iudicium vel camera diiudicandis haereditatibus conſtituta ديوان المواريث *Divan el-Mavarit* appellatur. Prout ergo avidiores et ſordidiores, aut benigniores et liberaliores erant principes: eo peior erat meliorve conditio ſubiectorum. Nam non omnes aeque erant iniqui. De Malek el-Aſchraf Canſu Algurico, Sultano Aegyptiaco de claſſe Mamlucorum Circaſſorum refert Marai, fuiſſe illum tam ſaevum et inhumanum et avidum pecuniarum, ut بطل الميراث في ايامه بحيث اذا مات احد اخذ ما له جميعا "ceſſaret ſub ipſo "vel

aliquando accedentem ſuper iumento Abu-Sofianum, quod Moavia quidem capiſtro trahebat, Iazidus autem, alter filius, pone inſequens baculo propellebat, dixiſſe fertur in traditionibus: male perdat deus et ductorem, et equitem, et actorem. In iisdem traditionibus fertur aliquando dixiſſe Moavia: Agite gentiles mei, filii Abd-Menafi, corripite quantocius tyrannidem, ut ſphaeram corripere luſores ſolent: neque enim paradiſus eſt, cuius exſpectatione delicias huius vitae recte contemnatis, neque poenae vos manent apud inferos, quarum formidine a ſceleribus vos abſtineatis. Indidem porro ſcimus, prophetam aliquando arceſſiviſſe Moaviam, quo ei calamo excipiendum aliquid dictaret; illum autem, affixum epulo, ſtatim non adfuiſſe: voviſſe tunc prophetam, ut venter eius expleri nunquam poſſet. Et profecto conſtat ex illo tempore nunquam eum fuiſſe ſatiatum, ſed ſaepius immortalem deum obteſtatum aſſeveraſſe, ab epulis non ideo ſe deſiſtere, quod edendi ſatietas ceperit, ſed quod mandendo fatigatae genae doleant. (247) Iuſſiſſe quoque prophetam, ut Moavia occidatur, quamprimum propheticae ſuae cathedrae conſpiciatur inſidens. Haec et ſimilia plura non modio, quod aiunt, ſed pleno horreo admenſus fuerat Motaded, iuſſeratque ſermonibus per conciones circuloſque ubique terrarum ſpargi et propagari, omniumque fanorum e ſuggeſtibus illam gentem exſecrationibus infamari. Verum quum eſſent, qui formidinem ipſi viciſſim incuterent, ne Alidae, nunquam bona fide parentes, ſed ſemper in ſeditiones ciendas propenſi, inde ferociant, et rempublicam in turbas dent, vetuit edicti tabulas publice proponi.

Praedixerant aſtrorum vaticinandi ergo obſervatores, futurum Anno CCLXXXIV eſſe, ut regionum quamplurimae a diluviis vaſtarentur. [Coepit ille annus die 7 Febr. A. Chr. 897] Largiſſimos enim tunc imbres fore, et rivos ultra notas ripas evagaturos. Iam paraverant ſe homines adverſus fatales torrentes; iam exſpectabant trepidi eluviones; iam in aedium locorumque

الانهار، فتحقّط الناس، فغلّت الاسطار وغارت المياه حتي استسقوا ببغداد مرات *

وفيها اختل حال هارون بن خمارويه بن احمد بن طولون بمصر واختلف القواد عليه وانحلّ نظام مملكته وكان علي دمشق من جهته طغج بن جف *

وفيها توفي اسحاق بن موسي الاسفرايني الفقيه الشافعي ۞

ثم دخلت سنة خمس وثمانين ومايتين، فيها سار المعتضد الي امد وفتحها بالامان وكان صاحبها محمد بن احمد بن عيسي بن الشيخ، ثم سار المعتضد الي قنسرين فتسلمها وتسلّم العواصم من نوّاب هارون بن خمارويه بن احمد بن طولون صاحب مصر وكان هرون قد سال المعتضد في ان يتسلم هذه البلاد منه *

وفيها توفي ابراهيم بن اسحق وهو من اعيان المحدثين ببغداد ۞

ثم دخلت سنة ست وثمانين ومايتين، فيها ظهر رجل من القرامطة بالبحرين يعرف بابي سعيد الجنابي وكثر جمعه وقتل جماعة بالقطيف وبتلك القري *

وفيها توفي المبرّد وهو ابو العباس محمد بن عبد الله بن زيد وكان اماما في النحو واللغة وله التصانيف المشهورة منها كتاب الكامل والروضة والمقتضب وغير ذلك، اخذ العلم عن ابي عثمان المازني وغيره واخذ عنه نفطويه وغيره، وولد سنة سبع ومايتين، والمبرد

"vel nomen haereditatis, et protinus atque mortuus quis eſſet, omnes "ab eo relictas opes ad ſe Sultanus traheret."

excelſa et munita ſe receperant: verum eventus vatum minas et credulae plebis pavorem ludebat. Tam enim parum pluit, tam arida aeſtu terra abſorbebat fluvios, ut impetrandae pluviae gratia ſaepius factae fuerint Bagdadi publicae ſupplicationes.

Hoc anno labaſcere incipiebant res Haruni, filii Chamaruiae, domini Aegypti. Tribuni enim et purpurati eius, non ſatis obſequioſi, filum ordinemque imperii turbabant et convellebant. Quorum caput erat Tagag, filius Goffi, Damaſci rector.

Eodem obiit Abu-Ishak, filius Muſae, Isfaraiinenſis, de ſecta Schafiaei theologus.

Anno CCLXXXV [qui die 27 Ianuar. A. C. 898 coepit] movebat Motaded adverſus Amidam, eamque deditione ab eius, qui ad id temporis fuerat, domino, Muhammede, filio Ahmedis, filii Iſae, filii Schaichi, accipiebat. Kinneſrinam inde progreſſus, et ea potiebatur: item tractu, qui Avaſem [ſeu munimenta limitanea] appellatur, tradentibus, ex heri mandato, praefectis, qui Haruni, filii Chamaruiae nomine ibi praeſidebant. Harun enim rogaverat Motadedum, vellet illas regiones, quibus tuendis impar ipſe ſit, in fidem accipere.

Eodem obiit Ibrahim, filius Ishaki, vir inter praecipuos Bagdadi traditionarios.

Anno CCLXXXVI [qui die 17 Ianuar. A. C. 899 coepit] prodiit in Bahrein, provincia, Carmatita quidam, nomine Abu-Saidi Gonnabii vulgo notus, magnoque auctus numero caedibus Catifi et in oppida circa graſſabatur.

Eodem obiit vulgo ſic dictus Mobarred, Abu-Abbas Muhammed, filius Abdallae, filii Zaidi, vir in grammatica et philologia princeps, auctor excellentium librorum, ut eſt Camel (248) [ſeu perfectus], et Rauda [vel paradiſus], et Moctadab, ut alios mittam. Magiſtrum habuit, praeter alios, Abu-Otmanum Mazenitam, et diſcipulorum clariſſimum, Naftuiam. Natus fuerat anno CCVII. Originem cognominis Mobarred ſunt qui hanc

per-

والمبرد لقب غلب عليه ، قيل انه كان عند بعض اصحابه وان صاحب الشرطة طلبه للمنادمة فكره المبرد المصير اليه والحّ الرسول في طلبه ، وكانت هناك مزملة لتبريد *d* الماء فارغة فدخل المبرد واختفي في غلاف تلك المزملة ودخل رسول صاحب الشرطة في تلك الدار وفتش علي المبرد فلم يجده ، فلما تركه ومضي جعل صاحب الدار (وكان يقال له ابو حاتم السجستاني) يصفق ويقول وينادي علي المزملة المبرد المبرد وتسامع الناس في ذلك فلهجوا *e* به وصار لقبا علي ابي العباس المذكور ✱

ثم دخلت سنة سبع وثمانين ومايتين ، فيها استولي اسماعيل بن احمد الساماني صاحب ما وراء النهر علي خراسان بعد قتال واسر امير خراسان وهو عمرو بن ليث الصفار، ثم ارسله الي المعتضد ببغداد فحبسه بها فلم يزل محبوسا حتي قتل سنة تسع وثمانين ومايتين في الحبس ✱ وفيها سار محمد بن زيد العلوي صاحب طبرستان الي خراسان لما بلغه اسر الصفار ليستولي عليها ، فجري بينه وبين عسكر اسماعيل الساماني قتال شديد ثم انهزم عسكر العلوي وجرح جراحات عديدة ثم مات محمد بن زيد العلوي صاحب طبرستان المذكور من تلك الجراحات بعد ايام واسر ابنه زيد في الوقعة وحمل الي اسماعيل، فاكرمه ووسّع عليه، وكان محمد بن زيد اديبا فاضلا شاعرا حسن السيرة رحمه الله تعالي ✱

وفيها

z) الشجرة الملعونة idem valet, quod الدوحة الملعونة. Haec poſterior vox reſtituènda Elmacino pag. 96. lin. 3. ubi pro دوحة nunc male درجة legitur; et ſic vertendi verſiculi:

"Soli

perhibent. Praefectum praetorio Bagdadi miſiſſe aliquando, qui noſtrum ad confabulationem fallendi otii gratia arceſſeret. Erat eo tempore, ſic aiunt, apud aliquem familiarium, aut diſcipulorum. Quia vero ſequi legatum, quamvis convitio flagitatus, nolebat, abdebat ſe in foeno lacunae, quae ibi aquae ſtagnanti, aliisque purgamentis recipiendis deſtinata, tunc temporis ſicca erat. Talis locus Arabice Mabrad [id eſt locus reſtagnationis] appellatur. Sic factum, ut legatus, tota necquicquam domo excuſſa, et ipſa illa Mabrad [ſeu lacuna] manibus pertentata, nihilo magis inveniret grammaticum. Digreſſo itaque homine vacuo, herum domus, cui nomen erat Abu-Hatemo Segeſtanico, manibus comploſis bis clamaſſe Ia-l-Mobarred! [heus tu, qui in Mabrad, ſeu lacuna haeres!] Ille caſus quum ab aliis ad alios quaſi per manus traditus in vulgum emanaret, lepidaque fabella in conciliabulis a recitantibus contereretur, inde factum, ut cognomen Mobarredi noſtro litteratori adhaereſceret.

Anno CCLXXXVII [qui die 6 Ianuar. A. C. 900 coepit] Choraſana potiebatur Iſmaël, filius Ahmedis, Samanita, dominus Tranſoxanae, debellato et capto eius, qui ad eum diem fuerat, domino, Amruo, filio Laiti, Soffaro, qui a victore Bagdadum miſſus ad Motadedum, in carcerem fuit abditus, in quo peremtus eſt anno CCLXXXIX. (249) Mox domiti Soffaridae fama illectus invadebat Choraſanam, praedae, quam vacuam autumabat, inhians, Muhammed, filius Zaidi, Alida, Tabareſtanae dominus: verum acri praelio fuſus fugatusque ab eodem Iſmaële Samanita, paucis poſt diebus, ab acceptis non paucis vulneribus exſpirabat. (250) Filium eius, Zaidum, nactus in acie captivum Iſmaël, honorifice tamen habuit, et rurſus in libertatem dimiſit. Erat iſte Muhammed, Alida, princeps ingenii morumque ſuavitate nobilis, pangebat carmina, et dignam laude vitam exigebat, divina miſericordia dignus.

وفيها مات علي بن عبد العزيز البغوي بمكة ✲

ثم دخلت سنة ثمان وثمانين وسنة تسع وثمانين ومايتين، فيها كانت حروب بالشام بين طغج بن جف امير دمشق وبين القرامطة ✲

ذكر وفاة المعتضد، في هذه السنة لثمان بقين من ربيع الاخر توفي ابو العباس المعتضد بن طلحة الموفق بن جعفر المتوكل بن محمد المعتصم بن هارون الرشيد ودفن ليلا في دار محمد بن طاهر وكان مولده في ذي الحجة سنة اثنتين واربعين ومايتين وكانت خلافته تسع سنين وتسعة اشهر وثلاث عشر يوما وخلف من الذكور عليا وهو المكتفي وجعفرا وهو المقتدر وهارون وخلف احدي عشرة بنتا، ولما حضرت المعتضد الوفاة انشد ابياتا، منها،

لا تامننّ الدهر اني امننه فلم يبق لي خلّا ولم يرع لي حقا،
قتلت صناديد الرجال ولم ادع عدوّا ولم امهل علي طغيه *f* خلقا،
واخليت دار الملك من كل منازع فشردتهم غربا ومزقتهم شرقا،
فلما بلغت النجم *g* عزا ورفعة وصارت رقاب *h* الخلق اجمع لي رقا،
رماني الردي سهما فاخمد جمرتي فها انا ذا في حفرتي عاجلا الغا ✲

وكان

"Soli ſunt Haſchemidae qui ad paradiſum vocant. Ommiadae vocant "ad aeternum ignem.

"Ommiadae ſunt arbor maledicta: verum Haſchemidae habent in cauſſis gloriae lignum Nodar."

Comparat gloriam arbori. Hoc eſt, gloria ipſorum tam dura, et robuſta eſt, eademque ſplendida candidaque et expetita, atque arbor Nodar, e qua ſcutellae plerumque fiunt, candidae, durae, quae vermem et putredinem et tornum non facile admittunt.

a) تلقفوها Verbum non nimis frequens. Rapide cepit rem, ut famelicus

Eodem anno apud Meccam obiit Ali, filius Abd-el-Azizi Bagavita [vel Bagſchurenſis]. (251)

Anno CCLXXXIX [qui die 15 Decemb. A.C. 901 coepit] bellatum eſt inter Tagagum, filium Goſſi, Damaſci principem, et Carmatitas.

Huius anni menſe quarto, idque vigeſimo primo die, obiit Abul-Abbas Motaded, filius Talhae Movaffeki, filii Gafari Motavakkeli, filii Muhammedis Motaſemi, filii Haruni Raſchidi, noctuque ſepultus fuit in palatio Muhammedis, filii Taheri. Natus fuerat menſe ultimo anni CCXLII: tenuerat Chalifatum novem annos et totidem menſes cum tredecim diebus. Tres reliquit filios, Alin, qui poſtea Chalifa cum titulo Moctafii ſalutatus fuit; Gafarum, qui pariter ſummum adeptus imperium Moctaderi titulum geſſit; et tandem Harunum, privatum: filias habuit undecim. Fini proximus recitabat verſus cum aliis hos:

Fortunae nimium confidas nolim: cuius ſecurus eram; at illa neque amicum mihi fecit reliquum, neque meum mihi ius ſervavit.

Occidi gigantes virorum, neque ſivi hoſtem mihi ſupereſſe, neque indulſi exorbitantibus.

Domum regiam vacuavi et repurgavi ab aemulis, quos occidentem verſus diſſipavi, et laceratos ſparſi verſus orientem.

Quum vero attingerem potentia et faſtigio pleiades, et hominum, quotquot ſunt, omnium cervices meo collari mancipatas immiſiſſem:

Feriit me exitium ſagitta, eoque exſtinxit meam prunam:* brevi in foveam proturbabor.

Erat

* Arabes figura ſatis pulchra *prunam ardentem* dicunt pro *potentia nocendi.* Sed inepte compoſuit poëta prunam et ſagittam. *A.*

وكان المعتضد شهما مهيبا عند اصحابه يتقون سطوته ويكفّون عن المظالم خوفا منه وكان فيه الشح وكان عفيفا ، وحكي القاضي ابن اسحق قال دخلت علي المعتضد وعلي راسه احداث روم صباح الوجوه فاطلت النظر اليهم فلما قمت امرني بالقعود فجلست فلما تفرّق الناس قال يا قاضي والله ما حللت سراويلي علي حرام قط ✲

ذكر خلافة المكتفي بالله وهو سابع عشرهم ، لما توفي المعتضد بايع الناس ابنه المكتفي وكان بالرقة ، فكتب الوزير اليه بوفاة المعتضد واخذ البيعة له ، ولما وصله الخبر اخذ البيعة علي من عنده ايضا وسار الي بغداد فدخلها لثمان خلون من جمادي الاولي ✲

وفيها توفي ابراهيم بن احمد بن محمد بن ابراهيم بن الاغلب صاحب افريقية كما تقدم ذكره في سنة احدي وستين ومايتين ، وملك بعده عبد الله بن ابراهيم ، ثم قتل عبد الله علي ما سنذكره ان شاء الله في سنة ست وتسعين ومايتين ، وكان عبد الله وقتله بمدينة تونس ، وكان كثير العدل حسن السيرة ✲

ثم دخلت سنة تسعين ومايتين ، فيها اشتدّت شوكة القرامطة حتي حصروا دمشق بعد ان هزموا جيش اميرها طغج بن جف ثم اجتمعت عليهم العساكر وقتلوا مقدّمهم يحيي

licus cibum, aut (quod hoc loco eſt) ut qui pila ludit equo vehens, eamque rapide a ſolo elevat, absque ut retineat equum, vel ab eo deſcendat. Hariri conſ. IX. كنت لقفت من افواه العلماء "arripueram hoc ab ore theologorum." De formula alibi frequente, ثقف لقف docet Meidanius ad illud proverbium, اثقف من سنور *rapacior, quam felis*, ثقف لقف يقال رجل ثقف لقف الثقف الاخذ بسرعة ، انا

Erat Motadedus promptus et acer in rebus gerendis, magnaeque apud ſuos auctoritatis, qui valde acerbitatem eius extimeſcebant, et metu eius ab iniuriis ſe abſtinebant; ad rem attentior, at procul libidine; ut ex eo patet, quod Cadi Ibn-Ishac refert his verbis. "Veniebam aliquando, ait, ad Motadedum, cui tum Romana quaedam adſtabant mancipia, iuvenes aetatis vegeto nitore radiantes. Quos ego diu multumque contemplatus quum reſurgerem abitum parans, iuſſus a principe rurſus conſideo. Dilapſa interim corona: [Videris, o Cadi, aiebat, male de mea continentia ſuſpicari, quaſi non absque cauſſa tam florentes aetate iuvenes ſatellites traham.] At deum teſtor immortalem, o Cadi, me voluptate illicita fruendi ergo femoralia nunquam ſolviſſe."

Ab huius obitu dictum eſt ſacramentum Moctafio, eius filio, qui decimus ſeptimus Chalifarum Abbaſicae domus fuit. Qui cognito e Veziri litteris patrem obiiſſe, ſummaeque gerendarum rerum ſe admotum eſſe, (nam Raccae agebat) primum eos adigebat in ſacramentum, qui penes ſe erant, dein Bagdadum movebat, quam die nono quinti menſis intrabat.

Eodem vita defunctus eſt Ibrahim [ſecundus], filius Ahmedis, filii Muhammedis, filii Ibrahimi [primi], filii Aglabi, dominus Libyae; quod iam ad annum CCLXI indicavimus; ſucceſſit illi filius Abdalla, qui, ut ad annum CCXCVI dicetur, Tuneti peremtus eſt, vir vitae integer et incorruptus aequi arbiter.

Anno CCXC [qui die 4 Dec. A. C. 902 coepit] invaleſcebat robur et aculeus Carmatitarum, ut, a profligato Tagagi* exercitu, ipſam Damaſcum obſiderent. Syri quidem, contractis quantis poterant copiis denuo manus hoſti conferunt, ipſumque caedunt

* Promiſcue Tagag et Tacag [طغج طقج] ſcribitur nomen: neſcio, quid rectius. *A.*

يحيي المعروف بالشيخ ، ولما قتل مقدم القرامطة يحيي المذكور قام فيهم اخوه الحسين وتسمّي باحمد واظهر شامة في وجهه وزعم انها ايته وكثر جمعه فصالحه اهل دمشق علي مال دفعوه اليه فانصرف عنهم الي حمص فغلب عليها وخطب له علي منابرها وتسمّي بالمهدي امير المومنين وعهد الي ابن عمه ولقّبه المدّثر وزعم انه المدثر الذي في القران ، ثم سار الي حماة والمعرّة وغيرهما وقتل اهلها ، حتي قتل الاطفال والنساء وسار الي سلمية فاخذها بالامان ، ثم كبث *i* اهلها حتي صبيان المكتب ، ولما اشتدّ امر القرمطي صاحب الشامة خرج المكتفي من بغداد ونزل الرقة وارسل اليه الجيوش ۞

ثم دخلت سنة احدي وتسعين ومايتين ، وفيها واقعت عساكير الخليفة صاحب الشامة القرمطي واصحابه بمكان بينه وبين حماة اثني عشر ميلا لستّ خلون من المحرم ، فانهزمت القرامطة فتبعهم العسكر يقتلونهم ، فهرب صاحب الشامة ومعه ابن عمه المدّثر وغلام له رومي ، فامسكوا في البرية واحضروا الي المكتفي وهو بالرقة فسار

اذا كان جيد الحذر في القتال ، ويقال هو سريع الطعن ،
"Vox ثقف notat, arripere cum celeritate. Dicitur vir ثقف لقف ſi bene ſibi cavet ab hoſte in bello, aut, ſecundum alios, vir celeriter haſta fodiens."

b) عنه بطعامه Male cod. L. عندهم بطعامه Sed forte, عند طعامه

c) المقتضب proprie *decerptus*. Arabibus idem eſt, quod nobis *ſchediaſmata*. اقتضب enim valet: *ex tempore aliquid recitare*. Vahidius ad Motanabbium: الاقتضاب الاقتطاع ويستعمل ذلك فيما يقال

caedunt eorum ducem, Iahiam, qui inter ſuos Schaich [ſeu dominus] audiebat: nihilominus tamen neceſſe habebant pacem ab Hoſaino, caeſi Iahiae fratre et ſucceſſore, aere ſuo redimere. Ille Hoſain iam volebat, abiecto ſuo nomine, Ahmed appellari,* naevumque in vultu pro ſigno imperii ſibi divinitus mandati, quo, ſe promiſſum et exſpectatum Mahdium eſſe, demonſtraret, iactabat. Is enim videri volebat, et certe, poſtquam lucro placatus Damaſco deceſſiſſet, et Emeſſam ſubegiſſet armis, curabat in huius urbis fanis vota ſibi, ſicuti legitimo domino, idque adſcito titulo Mahdii, principis fidelium, dici. Et ne quid mimo deceſſet, ſpondebat ſollemni ſanctione ſucceſſionem ſui fratris, modo laudati Iahiae, filio, cui titulum Modatari tribuebat, iactans eum Modatarum eſſe, cuius in Corano fit mentio. (252) Inde Hamatam promovebat, et Maarram, aliasque urbes, quarum incolas internecione delebat, nullo ſexus aetatisve diſcrimine. Secundum has adortus Salamiam, deditione quidem ſui iuris faciebat, paullo autem poſt derepente exſcindebat, ne pueris quidem ſcholae ſubſellia prementibus parcens. Rebus Carmatitae ita vehementer auctis educebat Moctafi Bagdado copias Raccam, unde hoſti legiones immittebat.

Vnde factum ut inſequentis Anni CCXCI ſub initium [coepit autem is die 23 Nov. A. C. 903] idque ſeptimo die primi menſis, ambae acies manus, in loco quodam, qui Hamata duodecim fere milliaribus abeſt (253), conſererent. Quo praelio profligati ſunt Carmatitae, quos perſecutus victor exercitus tergora fugientium caedit, et ipſum illum ducem, naevi ſui iactatorem, eiusque nepotem Modatarum, una cum Romano quodam eorum mancipio, in Barriia [h.e. loco campeſtri] (254) deprehenſos capit, et ad Moctafium refert, qui captivos ſecum Racca

* Neque id ſine cauſſa: volebat enim, teſte Elmacino pag. 182. pro Ahmede, filio Muhammedis, filii Iſmaëlis, filii Gafari Sadeki , adeoque pro Alida reputari.

فسار بهم الي بغداد وقتلهم وطيف براس صاحب الشامة، من كتاب
الشريف العابد ان المكان الذي كان فيه الوقعة المذكورة هو تمنع، اقول
وهي قرية من بلاد المعرة علي الطريق الاخذة من حماة الي حلب ※

وفيها توفي ببغداد ابو العباس احمد بن يحيي بن زيد
المعروف بثعلب كان امام الكوفيين في النحو واللغة ثقة حجّة
صالحا وولد في اول سنة مايتين ※

ثم دخلت سنة اثنين وتسعين ومايتين، ذكر استيلا المكتفي
علي الشام ومصر وانقراض ملك بني طولون، في هذه السنة بعث
المكتفي جيشا مع محمد بن سليمان فاستولي علي دمشق وسار
حتي دني من مصر وصاحبها *k* هارون بن خمارويه ففارقه غالب
قواده ولحقوا بعسكر الخليفة وخرج هارون فيمن بقي معه وجري
بينه وبين محمد بن سليمان وقعات ثم وقع في عسكر هارون خصومة
وادّت *l* الي قتال فركب هارون ليسكن الفتنة فزرقه بعض المغاربة
بمزراق فقتله ولما قتل هرون قام عمه شيبان بالامر، ثم طلب الامان من
محمد بن سليمان فامنه، ثم هرب شيبان من تحت الليل ولم يوجد،
فاستولي

يقال بديها، يقال اقتضب كلاما وشعرا اذا اتي به علي
البديهة كانه اقتطع غصنا من اغصان الشجر، "Idem eſt اقتضاب atque revulſio: uſurpatur autem de ex tempore dictis. Ita dicitur اقتضب revulſit ſermonem aut carmen, ſi derepente recitavit, tanquam ſi diceres, revulſit illud velut ramum arboris."

d) تبريد الماء *aſſervatio aquae.* Nam برد inter alia eſt, *manſit, ſtetit firmiter in uno loco;* unde بريد *equi ſtationarii,* de qua voce ſupra.

e) لهجوا Verbum لهج notat, *avidum eſſe ſermonis, libenter aliquid dicere,*

Bagdadum rapit, ubi demum ultimum ſubiere ſupplicium. Caput turbatoris haſta ſuffixum pro more per urbem circumlatum, gratum plebi ſpectaculum dedit. Perhibet Scharif al-Abed, pugnam illam apud Tamnaum coiiſſe. Ad quod obſervo, pagi nomen id eſſe, in agro Maarrenſe poſiti, quem praetereunt Hamata Halebum tendentes.

Eodem obiit Bagdadi Abu-l-Abbas Ahmed, filius Iahiae, filii Zaidi, vulgo Taalabii nomine celeber, grammaticus et philologus academiae Cufenſis, vir, qui ut fide dignus eſt in iis, quae docet, ſic etiam probus et religioſus fuit: natus fuerat ſub initium anni CC.

Anno CCXCII [qui die 12 Novembr. A. C. 904 coepit] Aegyptum Syriamque recuperabat Moctafi, et dynaſtiae Tulunidarum, qui ad eum diem ibi obtinuerant, finem faciebat. Res ita geſta. Mittebat Muhammedem, filium Solaimani, cum exercitu in Syriam, qui Damaſco potitus ad ipſam propemodum Miſram, Aegypti caput, penetrabat. Cui Harun, Aegypti tunc dominus, Chamaruiae filius, Tulunida, occurrebat infeſtis armis, cum paucis amicorum, qui ſupererant, a ſuorum plurimis, ad partes Chalifae transgreſſis, deſerto. Ita factum, ut aliquoties Tulunici cum Bagdadicis confligerent. Verum incidentibus tandem in Haruni copias diſcordiis, et inde caedibus, fiebat, ut Harun, iis compeſcendis in equo accurrens, a Mizraco [vel pilo] cuiusdam Magrebini [ſeu Africani] ictus occumberet. Eo ſublato rerum quidem curam capeſſebat patruelis, Schaiban* dictus, filius Ahmedis, filii Tuluni; ſed haud diu poſt Muhammedi, filio Solaimani, impetrata vitae delictorumque venia, ſe dedebat. Quum ergo deinceps idem ille Schaiban, ſatis tutum ſe in victoris poteſtate non reputans, aufugeret de nocte, neque usquam, quamvis diligenter quaeſitus, compararet, occupabat

 Muham-

* Elmacinus aliique سنان *Senanum* appellat. *A.*

فاستولي محمد بن سليمان علي مصر وامسك بني طولون وكانوا بضعة عشر رجلا واستصفي مالهم وقيّدهم وحملهم الي بغداد وكتب الي المكتفي بالفتح ، وكان ذلك في صفر من هذه السنة ☼

ثم دخلت سنة ثلاث وتسعين ومايتين ، ذكر اخبار القرامطة ، في هذه السنة بعد استيلاء عسكر الخليفة علي مصر وتوجّه محمد بن سليمان عنها خرج ببلاد مصر خارجي يدعي الخلنجي وقويت شوكته فسار اليه عامل دمشق احمد بن كيغلغ ، فطمعت القرامطة بدمشق بحكم غيبة عاملها وقصدوها ، وقتلوا ونهبوا طبرية ، ثم ساروا الي جهة الكوفة ، فسيّر المكتفي اليهم عسكرا مع قواده المختصّين به مثل وصيف بن صوارتكين التركي والفضل بن موسي بن بغا وبشر الخادم الافشيني ورايق الجزري ، فاقتتلوا وتمّت الهزيمة علي عسكر الخليفة وقتل منهم خلق كثير وغنمت القرامطة منهم شيا كثيرا فتقوّوا به ☼

وفيها توفي عبد الله بن محمد الناشي الشاعر ونصر بن احمد الحافظ ☼

وفيها توفي الزنديق احمد بن يحيي بن اسحاق المعروف بابن الراوندي وصنّف عدة كتب في الكفر والالحاد *m* ومناقضة

dicere, garrire: nimirum ſi componatur cum قول, ut لهج بالقول Divan Hudeil. لهجت بقول واستعرت سفاهة وقد كنت عن ذاك القول بمعزل ، "garris et aſſumis ſtultitiam, qua ſuperſedere potuiſſes."

f) طغية Cod. Leid. طغة Elmacinus pag. 239. جيشة, ubi forte rectius طيشة

Muhammed Aegyptum [vel Miſram], Tulunidas, decem admodum, aut ſupra, viros, comprehenſos facultatibus ſpoliabat, et Bagdadum in catenis mittebat, additis ad Moctafium litteris, quibus de rerum proſperis in Aegypto ſucceſſibus perſcripſerat. Ea geſta fuerunt huius anni ſecundo menſe.

Verum illi ipſi proſperi ſucceſſus Carmatitis in Syria rebellandi dabant copiam. Vt enim Muhammed, qui Aegyptum Chalifae aſſeruerat, illinc Bagdadum rediit, provincia nondum ſatis adverſus novarum rerum molitiones obfirmata, inſurgebat Anno CCXCIII [qui A. C. 905 Calend. Nov. coepit] aliquis, Chalangi * vulgo vocatus, et haud parum turbarum ciebat. Cui compeſcendo quum adverſus iſſet cum Syriae copiis Damaſci praefectus, Ahmed, filius Kiglagi, Damaſcum interim adoriuntur Carmatitae, praeſidum illecti abſentia, et Tiberiadem caede ignibusque delent; inde ſe vertunt Cufam. Quibus Chalifa copias opponebat, et duces ſibi cariſſimos, ut Vaſifum, filium Savartekini [vel Sortekini], Turcam, item Fadlum, filium Muſae, filii Bogae, nec non Beſchrum, eunuchum, Aſſchini quondam mancipium, et Raiecum Gazaritam [ſeu Gazirat-Ibn-Omar, oppido Meſopotamiae, oriundum]. Illi vero cum Carmatitis marte concurrebant tam adverſo, ut magna ſua corporumque armorumque et reliqui apparatus iactura roboris multum hoſtibus adderent.

Eodem obiit Abdalla, filius Muhammedis, vulgo Naſchi, poëta; et Hafet Naſr, filius Ahmedis.

Periit etiam hoc anno Zendicus ille [ſeu improbus, et religionis contemptor] vulgo Ibn-ar-Ravandi [ſ. filii Ravanditae] nomine notus, Ahmed, filius Iahiae, filii Ishaki, dialecticus [vel ſophiſta] plurium librorum auctor, quibus rectam evertere fidem,

* Temere Elmacinus الحليج *Halihus.* Ortum nomen ab arce Chalanga, quam laudat noſter ad annum 492.

ومناقضة الشريعة منها قضيب الذهب وكتاب اللامع وكتاب الفرند وكتاب الزمردة وغير ذلك، وقد اجاب العلماء عن كل ما قاله من معارضة القران العظيم وغيره من كفرياته وبيّنوا وجه فساد ذلك بالحجج البالغة، فمن قوله لعنه الله في كتاب الزمردة انا نجد في كلام اكثم بن صيفي ما هو احسن من قوله انا اعطيناك الكوثر، وقال ان الانبياء وقعوا بطلسمات جذبوا بها دواعي *n* الخلق كما يجذب المغنيطس الحديد، ووضع كتابا لليهود والنصاري يتضمّن مناقضة دين الاسلام وقال لليهود قوله عن موسي بن عمران انه قال لا نبيّ بعدي، وقال في كتاب الفرند ان المسلمين احتجّوا لنبوة نبيهم بالقران الذي تحدّي *o* به النبي فلم تقدر العرب علي معارضته فيقال لهم لو ادّعي مدّع لمن تقدّم من الفلاسفة مثل دعواكم في القران، فقال

g) النجم cum articulo demonſtrativo, notat *plejades*. Meidanius: النجم يراد به الثريا دون ساير الكواكب "plejades deſignat, et nullam aliam ſtellam."

h) رقاب pr. *cervices* hominum, h. e. ſinguli homines, homines omnes et ſinguli.

i) كبت *proſtravit*, vel potius, *internecione delevit.* Exſtat Sura LVIII. 6. edit. Hinkelm. a ſcholiaſte quodam in marg. Corani manu ſcripti explicatur: اخذوا واهلكوا واصل الكبت الكب علي الوجه "puniuntur et delentur. Proprie notat verbum كبت proſternere in faciem."

k) وصاحبها Deeſt forte وخرج اليه صاحبها

l) وادّت Forte ادت

m) Differentiam vocum كفر et الحاد non recte percipio. Eſt tamen aliquod diſcrimen in etymologia, كافر enim proprie eſt, *delens memoriam dei ex animo ſuo*, et ملحد conj. IV *ſeſe pravum praebens, a norma declinantem.* Vid. Schultens ad Harir. V. pag. 139.

fidem, et teterrimos errores non infidelium modo, ſed et deum divinasque res inficiantium adſtruere conniſus eſt. Quo pertinet liber Virga aurea [Cadib ed-dahab] inſcriptus, et alter Liber ſplendidus [Kitab el-lame], item alius Formicans gladii nitor [Kitab el-ferind], item Smaragdus [Kitab ez-Zomrada] aliique (255), verum irrito conatu. Libros enim et opiniones eius omnes, quibus explodere divinam Corani auctoritatem et excellentiam, aliaque abſurda et deteſtanda ſtuduit aſſerere, ſatis refutarunt noſtri doctores argumentis idoneis et vincentibus. Iuvat aliquot eius afferre ſingularia. In libro, quem Smaragdum inſcripſit, [ubi Coranum neque a dictionis, neque a ſententiarum elegantia commendabilem eſſe tendit,] utitur his verbis: "Invenimus in ſententiis Actami, filii Saifii (256), multo elegantius et ſapientius dicta, quam eſt illud Corani [Sura 108.]: *Dedimus tibi Cautarum.*" (257) Et alibi prophetas ad unum omnes inſimulat magicarum artium; incidiſſe illos forte fortuna in τελεσματα, vulgo talismanos [hoc eſt iyngas, ex concurſu ſtellarum formatas], quibus attractos et detortos hominum animos ſuas in partes coëgerint ferri, haud ſecus atque magnes ferrum occulta vi trahit. In Iudaeorum quoque et Chriſtianorum gratiam librum ſcripſit, quo acriter adverſus Coranum diſputat, eiusque deſtructionem ſpondet; et, quo Iudaeis maxime gratificaretur, illud urget Moſis effatum, poſt ſe prophetam nullum alium fore. In libro, qui Ferind inſcribitur, Muſlemos quidem Corano ait in argumentum abuti, quo iactatum a ſe prophetam ab impoſturae criminatione liberent, evincantque eum, quem ſe geſſiſſet, omnino fuiſſe. Edito enim illo libro auctorem provocaſſe Arabum aetatis ſuae diſertiſſimum quemque, quorum tamen fuiſſe neminem, qui potuiſſet Muhammedis eloquentiam ſua aequare. Atqui, ait, o miſeri, poſſet, ſi quis vellet, eodem argumento demonſtrare, veterum philoſophorum quemcunque verum prophetam fuiſſe, ideo, quod a ſe ſcripta reliquerunt

فقال *p* الدليل علي صدق بطلميوس ان اقليدس ادعي ان الخلق يعجزون ان ياتوا بمثل كتابه وكانت نبوته تثبت، وقال قوله تعالي ان كيد الشيطان كان ضعيفا ، ايّ ضعف به وقد اخرج ادم من الجنة * وله من هذا شي كثير ضربنا عن ذكره، وكان موته لعنه الله برحبة مالك بن طوق، وذكر ان عمره كان ستنا وثلثين سنة، هكذا وجدت اخباره وتاريخ وفاته في تاريخ القاضي شهاب الدين ابي الدم الحموي، وقد وجدته في تاريخ شمس الدين ابن خلكان ان وفاته كانت في سنة خمس واربعين ومايتين، وقيل خمسين ومايتين والله اعلم بالصواب *

ثم دخلت سنة اربع وتسعين ومايتين، فيها اخذت القرامطة الحاج من طريق العراق وقتلوهم عن اخرهم، وكانت عدّة القتلي عشرين الفا، واخذوا منهم اموالا عظيمة، وكان كبير القرامطة زكرويه، فجهّز المكتفي اليهم عسكرا فاقتتلوا وانهزمت القرامطة وقتل منهم خلق كثير واسر زكرويه الملعون مجروحا *q* وبقي ستة ايام فمات وقدم العسكر براسه الي بغداد وطيف به *

وفيها توفي محمد بن نصر المروزي بسمرقند وله تصانيف كثيرة *

ثم

p) دواعي (plur. a داعية) *affectus*, *paſſiones hominum.* Addenda notio Lexico Goliano. Proprie *vocatrices*, affectiones, quae hominem ad aliquid vocant, alliciunt. Habetur quoque in illo Hamaſae: سليم دواعي الصدر لا باسطا اذي ولا مانعا خيرا ولا قايلا هجرا، "Sanus quoad affectus pectoris, qui non expandit (alterique calcandam veluti ſubſternit) moleſtiam, neque arcet (a rogante) beneficium, neque nugas effutit." Notat quoque داعية *religionem* et *ſectam*, ut داعية الاسماعيلية *ſectam Iſmaëlitarum.*

omni comparatione et imitatione potiora. Si quid virium argumento ineſſet, poſſet, verbi cauſſa, Ptolemaeus, aut Euclides, veris prophetis accenſeri. Nam et horum libros admirati fuerunt omnes, nemo aequavit.* Vt porro mendacii arguat illud Corani dictum: *Fraus Satanae debilis eſt*, exclamat: Euge bellam debilitatem! quae ex paradiſo Adamum expulit. Et talia plura effutit, quae referre piget. Obiit ſcelus aeterna ira dei dignum in urbe Rahaba Maleki, filii Tauki [ſic de conditore dicta], aetatis anno trigeſimo ſexto. Hanc de rebus eius, et anno, quo periit, narrationem hauſi ex Chronico Cadii Schahab-eddini, filii Abu-d-Dammi, Hamateni. Sed multum illi diſcrepat Cadi Schamſeddin Ibn-Chalican, qui mortem eius ad annum CCXLV reiicit. Alii anno CCL imputant. Quorum qui rectum tradiderit, deus optime norit.

Anno CCXCIV [qui die Octobr. 21. A. Chr. 906 coepit] intercipiebant Carmatitae ſacros peregrinatores, ex Iraca et orientalibus plagis Meccam commeantes, eosque ad unum omnes, ad viginti capitum millia, trucidabant: quo ſcelere magnis opibus potiti ſunt. Exercitum igitur illis obiiciebat Moctafi, qui ſceleſtos Carmatitas fudit, et magna contudit clade, ipſumque eorum ducem, Zacruieh [vel Zacroen], captivum nactus eſt. Hunc virum quidem ad Chalifam mittebant; verum in itinere, ſexto a pugna die, peribat e vulneribus in dimicatione acceptis. Solum ergo caput eius Bagdadum cum exercitu victore pervenit, ibique circumlatum in haſta fuit.

Eodem obiit Samarcandae Muhammed, filius Naſri, Marvazi (258) [ſeu ex urbe Marva, vel Meru, oriundus,] plurium librorum auctor.

* Senſum auctoris hoc loco exprimere voluit Reiskius. Verba arabica enim incongrua ſunt: "poſſet quis veritatem prophetiae Ptolemaei ex eo probare, quod Euclides dixit, homines non poſſe librum condere, libro eius ſimilem." *A.*

ثم دخلت سنة خمس وتسعين ومايتين ، فيها في صفر توفي اسماعيل بن احمد الساماني صاحب ما وراء النهر وخراسان وولي بعده ابنه ابو نصر احمد بن اسماعيل وارسل اليه المكتفي التقليد ❊

ذكر وفاة المكتفي ، في هذه السنة لاثنتي عشرة ليلة خلت من ذي القعدة توفي المكتفي بالله ابو محمد علي بن المعتضد بالله ابي العباس احمد بن الموفق بالله ابي احمد طلحة بن المتوكل جعفر بن المعتصم محمد بن هرون الرشيد ، وكانت خلافته ست سنين وستة اشهر وتسعة عشر يوما وكان عمره ثلثا وثلثين سنة وكان ربعة جميلا رقيق السمرة حسن الوجه والشعر وافر اللحية ، وامه ام ولد تركية تدعي جيجك ، وطالت مرضته عدة شهور ودفن في دار محمد بن طاهر ❊

ذكر خلافة المقتدر بالله ابي الفضل جعفر بن المعتضد بالله وامه ام ولد يقال لها شغب وهو ثامن عشرهم بويع بالخلافة في اليوم الذي مات فيه المكتفي ، وكان عمر المقتدر يوم بويع ثلث عشرة سنة ❊

ذكر موت المنذر الاموي صاحب الاندلس ، وفي هذه السنة توفي المنذر بن محمد بن عبد الرحمان بن الحكم بن هشام بن عبد الرحمان الداخل الي المغرب بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان ، ولما مات المنذر بويع اخوه عبد الله بن محمد يوم موته وذلك لثلاث عشرة بقيت من صفر من هذه السنة ❊

وفيها في المحرم توفي ابو جعفر محمد بن احمد بن نصر الترمذي الفقيه الشافعي المحدث روي عن يحيي بن بكير المصري ويوسف بن عدي وكثير بن يحيي وغيرهم ، وروي عنه احمد بن كامل الشافعي وغيره ، وكان مولد الترمذي المذكور سنة مايتين وقيل سنة عشرة ومايتين ❊

ثم

Anno CCXCV [qui die 11 Octobr. A. Chr. 907 coepit] obiit, ſecundo menſe, Iſmaël, filius Ahmedis, Samanita, dominus Tranſoxanae et Choraſanae; cui ſucceſſit filius, Abu-Naſr Ahmed [ſecundus] miſſis a Moctafio codicillis confirmatus.

Eiusdem anni die duodecimo menſis undecimi obiit ex diuturno morbo Bagdadi, et ibidem in palatio Muhammedis, filii Taheri, ſepultus fuit modo laudatus Moctafi billah [ſeu, cui deus loco rerum aliarum omnium abunde ſufficit] Abu-Muhammed Ali, filius Motadedi billah Abu-l-Abbaſi, filii Movaffeki billah Abu-Ahmedis Talhae, filii Motavakkeli Gafari, filii Motaſemi Muhammedis, filii Haruni Raſchidi, Chalifarum domus Abbaſicae decimus ſeptimus, poſt geſtum per ſex annos, totidemque menſes et novemdecim dies Chalifatum, exactos autem vivendo annos triginta tres. Erat ſtatura quadrata, nitidus, tenui ſurvedine, pulcher vultu et coma, prolixae barbae, natus e Turcica pellice, cui nomen erat Gagad.

Cui ſucceſſit in principatum, eodem ipſo die, puer tredecim annorum Moctader billah [id eſt, potens per deum] Abu-l-Fadl Gafar, filius Motadedi, natus e pellice, cui nomen erat Schaab, ordine decimus octavus Chalifa de domo Abbaſica.

Eodem (259) obiit ex Ommiadarum familia princeps Andaluſiae, Mondar, filius Muhammedis, filii Abd-er-Rahmani, filii Hakemi, filii Abd-er-Rahmani Advenae, filii Moaviae, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, filii Marvani. Cui ſucceſſit in imperium frater, Abdalla, illo ipſo die, decimo ſexto ſcilicet ſecundi menſis huius anni.

Paullo ante, menſe puta primo huius anni, obiit Abu-Gafar Muhammed, filius Ahmedis, filii Naſri, Tarmadita, theologus ſecta Schafiaeicus; qui magiſtros habuerat Iahiam filium Badiri, Miſrenſem, Ioſephum filium Adii, et Cotairum, filium Iahiae, et alios: diſcipulos habuit Ahmedem, filium Cameli, et alios. Natus erat anno CC aut anno CCX, quod alii tradunt.

ثم دخلت سنة ست وتسعين ومايتين ، ذكر خلع المقتدر ومبايعة ابن المعتز ، وفي هذه السنة خلع القواد والقضاة المقتدر وبايعوا لعبد الله بن المعتز ولقّبوه الراضي بالله وجرت بين غلمان الدار المريدين للمقتدر وبين المريدين لابن المعتز حروب واخر ذلك ان عبد الله بن المعتز انهزم واختفي وتفرّق اصحابه ثم امسك عبد الله بن المعتز وحبس ليلتين وقتل خنقا واظهروا انه مات حتف انفه *r* واخرجوه الي اهله ، وكان مولد عبد الله بن المعتز لسبع بقين من شعبان سنة سبع واربعين ومايتين ، وكان فاضلا شاعرا تشبيهاته واشعاره مشهورة واخذ العلم عن المبرّد وثعلب وتولّي الخلافة يوما واحدا وقال حين تولي قد آن للحق ان يتّضح وللباطل ان ينفضح *s* ، وله الكلام البديع ، فمن ذلك قوله انفاس الحي خطاه الي اجله ، ربما اورد الطمع ولم يصدر *t* ، يشفيك من الحاسد ان يغتمّ وقت سرورك ، وكان عبد الله بن المعتز امنا في سربه *v* منعكفا علي طلب العلم والشعر قد اشتهر عند الخلفاء انه لم ياهل *x* نفسه للخلافة

o) تصدّي به *ſeſe cum eo* (Corano) *exhibuit* حادي *praecentorem*, cui occinerent alii, qui poſſent aut vellent. Hinc nata notio V coniug. apud Golium, *oppoſuit ſe*, *provocavit*, *contendit de victoria.*

p) فقال redit ad مدح "quid eveniret, ſi quis praetenderet — atque diceret." *q*) مجروحا Cod. L. مجروزا

r) مات حتف انفه perfrequens formula: *naturali fato periit.* Dicitur quoque in duali, teſte Meidanio, حتف انفيه et Nuveirius ſimpliciter habet مات حتفا

s) فضح proprie eſt *patere*, *palam in conſpectu et clara luce eſſe*, et plerumque de rebus turpibus uſurpatur. Coni. VII. *proſtitutus fuit cum ſua turpitudine.*

Anno CCXCVI [qui die 29 Sept. A. C. 908 coepit] exuebant duces et Cadii Moctaderum Chalifatu, eique ſubrogabant Abdallam, filium Motazzi, cui titulum Radii billah [ſeu acquieſcentis in deo] tribuebant. Ea res magnas in regia turbas et ipſi novo principi funeſtum exitum dabat. Qui enim Moctadero favebant famuli, et protectores ſatellites, cum Radii factione ſigna conferebant, diſcuſſisque adverſariis cogebant Radium a fuga latebrisque ſalutem ſibi quaerere, unde protractus poſt alteram noctem in carcere exactam ſtrangulatus eſt; quamvis inhumani corpus neceſſariis reddentes perſuadere vellent eum placida morte finiiſſe. Natus Radius die 23 noni menſis anni CCXLVII. Vir erat excellentis animi, et litterarum artibus exculti, cuius carmina et poëticae comparationes celebrantur. (260) Magiſtro uſus fuerat praeclaro viro Mobarredo. Per machinationes et violentiam extorſerat invitae fortunae Chalifatum, quo tamen gaviſus non fuit, niſi per unum diem. Dixiſſe fertur ſub imperii auſpicia: Tandem aliquando, quod dudum debuerat, ius et aequum enituit; tandem aliquando vanitas* detracto turpidinis ſuae velo publicae ignominiae proſtituta fuit. Iactantur etiam alia eius ſcite dicta: ut illud, Quoties reſpirat homo, toties gradum promovet ad finem ſuum. Item hoc, Cupiditas eo ſaepe rerum arduarum propellit, quos agit, tanquam paſtor ſitientes camelos adaquatum, unde rurſus abire ſatiatis non licet. Item illud, Abunde tibi ſatisfactionis et vindictae praeſtat ab invido hoc, quod eum moerere vides et angi, quo tempore tu laetaris [ut adeo non ſit opus alia tormenta in ipſum excogitare]. Alias ſemper fuerat ille Abdalla, filius Motazzi, tranquillus animi, cuius inſtituta nemo turbaret, eoque nomine Chalifis notus, quod ad Chalifatum non adſpiraret, eique ſe inhabilem ipſe

* Per *vanitatem* intelligit illegitimam et futili fundamento niſam poſſeſſionem Chalifatus ab iis, qui eo hactenus gaviſi fuerunt: per *ius* autem legitimam ſuam ad Chalifatum adſpirationem.

للخلافة وكان مستريحا الي ان حمله علي تولي الخلافة القوم الذين خذلوه y بعد بيعته ، وقد رثاه علي بن محمد بن بسّام فقال ،

لله درّك من ملك بمضغة ناهيك في العلم والاداب والحسب ،

ما فيه z لو لا ولا فتنقصه وانما ادركته حرفة الادب ،

وقد روي عنه انه كان يقول ان ولّاني الله لافنينّ جميع بني طالب ، فبلغ ذلك بني عليّ فكانوا يدعوا عليه *

ذكر ولاية زيادة الله بن عبد الله بن ابراهيم بن احمد بن محمد بن ابراهيم بن الاغلب علي افريقية ، وفي هذه السنة مستهل رمضان ولي ابو نصر زيادة الله بن عبد الله بعد قتل ابيه باتفاق من زيادة الله المذكور ، فان زيادة الله كان قد حبسه ابوه عبد الله علي شرب الخمر ، فاتفق مع ثلاثة من خدم ابيه الصقالبة a علي قتل ابيه فقتلوه واحضروا راسه الي زيادة الله في الحبس فلما تولي زيادة الله امر بهم فقتلوا وهو الذي كان امرهم بذلك ، ولما تولي زيادة الله علي افريقية انعكف علي اللذات وملازمة المضحكين واهمل امور المملكة وقتل من الاغالبة كل من قدر عليه من اعمامه واخوته ، وفي ايام زيادة الله قوي امر ابي عبد الله الشيعي القايم بدعوة الدولة العلوية الفاطمية بالمغرب فارسل

t) Opponuntur ſibi ورد *acceſſit* ad aquam, et deinde metaphorice, ad omne opus peragendum, et صدر inde *rediit*. ايراد *aggreſſio rei*, اصدار *finis rei*. Hinc ليلة الصدر *nox reditus*, teſte Meidanio, dicitur illa nox, qua ſacri peregrinatores, finitis ritibus, e valle Mena منى domum redeunt. Hinc quoque perfrequens dictio صدر عنه كذا وكذا *rediit ab eo* h. e. effectum fuit ab eo *hoc vel illud*.

ipſe fateretur, otiumque ſuum in ſanctioribus diſciplinis ſtudiisque poëticis conſumeret. Sed perdidit eum familiarium perfidia, qui ad invadendam ſummam poteſtatem impulſum ipſo iam in opere deſerebant. Huius viri mortem deploravit Ali, filius Muhammedis, vulgo Ibn-al-Baſſami dictus, in elegia, cuius prae caeteris hoc diſtichon apponemus.* * * * Haud parum quoque accelerando eius exitio ferunt Alidarum imprecationes contuliſſe. Illos quippe aſſiduis precibus a deo perdendum illum flagitaſſe, quem norant aliquando dixiſſe, ſi contingeret olim, ut deus ſibi ſummum imperium indulgeret, haud paſſurum ſe quenquam Alidarum ſolem intueri.

Hoc anno, idque calendis Ramadani, ſeu noni menſis, adibat Libyae dominationem, ſed per parricidium, Abu-Naſr Zeiadatalla [tertius], filius Abdallae, filii Ibrahimi, filii Ahmedis, filii Muhammedis, filii Ibrahimi, filii Aglabi. Trium ſcilicet eunuchorum, gente ſclavorum, miniſterio, curabat patrem de medio tolli, exoſum ſibi ob ſeveritatem. Sane patris caput ſicarii ad eum in carcerem afferebant, quo pater perditos eius mores, luxuriemque et aſſiduas vini compotationes punitum ierat. Zeiadatalla vero, ut primum adiit imperium, quo parricidii a ſe infamiam averteret, de medio viciſſim tollebat ſceleris miniſtros; laxatis dein habenis in voluptatum ruebat omne genus, ſolis vacans morionibus, publicae rei cura penſi non habita. Aglabitici generis, quotquot poterat, occidebat omnes, fratres etiam et patrueles, eo tempore, quo regnum maxime fulcris et praeſidiis opus habebat. Invaleſcebat enim Abu-Abdalla Schiita, qui, ad principem optandum tuendumque unum aliquem ex Alii et Fatimae progenie, Africanorum quotquot poterat invitabat, et prima ponebat fundamenta celeberrimi regni Fatemidarum, de

* Qui hic in Arabicis leguntur duo verſus, in latinis, cum non penitus intelligeret, omiſit Reiskius.

فارسل اليه زيادة الله جميع عسكره (وكانوا اربعين الفا) مع ابراهيم من بني الاغلب وهو من بني عمه ، فهزمهم ابو عبد الله الشيعي ، ولما راي زيادة الله هزيمة عسكره وضعفه عن مقاومة ابي عبد الله الشيعي جمع ما قدر عليه من الاموال وسار عن مملكته الي الشرق فقدم مصر وبها النوشري عاملا فكتب بامره الي المقتدر ثم سار زيادة الله الي الرقة فامره المقتدر بالعود الي المغرب لقتال ابي عبد الله الشيعي وكتب الي النوشري عامل مصر بامداد زيادة الله بالعساكر والاموال ، فقدم الي مصر ، فامره النوشري بالخروج الي الحمامات ليخرج اليه ما يحتاج من الرجال والاموال ومطله النوشري وزيادة الله مع ذلك يلازم شرب الخمر واستماع الملاهي وطال مقامه هناك فتفرقت عنه اصحابه وتتابعت به الامراض وسقط شعر لحيته وايس من النوشري فسار الي القدس للمقام به فمات بالرملة ودفن بها ولم يبق بالمغرب من بني الاغلب احد ، وكانت مدة ملكهم ماية سنة واثنتي عشرة سنة بالتقريب لانه قد تقدم ان الرشيد ولي

v) امنا في سربه Golius hanc formulam, aliamque explicaturus, reddit سرب *animam.* Sed *evagationem* notat. *Eſt ſecurus evagationis* h. e. liber eſt et ubi vult incedit, nemine offendente: liber eſt animi curis rel. Eſt enim سرب *paſtum* vel *exſpatiatum ire* plena cum libertate in conſpectu publico: unde سرب *via.*

x) ياهل id. q. يوهل

y) خذلوه *deſeruerunt eum.* A خذل *ſeorſim eſſe*, *ſeorſim paſcere.* Schultens ad excerpt. Hamaſae p. 526.

z) Rectius cod. Leid. Ibn-Schehnae: ما فيه لا ولا ليت "non eſt in eo (dicere):

de quo nobis deinceps creberrima veniet exponendi neceſſitas. Huic Schiitae totum ſuum exercitum, ad quadraginta capitum millia, eorumque ducem, opponebat Ibrahimum, affinem, ut cuius pater ipſius, Zeiadatallae, patruus fuerat. Sed illum quidem fundebat Schiita. Quapropter Zeiadatalla intelligens, tantarum copiarum iactura enervatum ſe hoſti reprimendo parem haud fore, convaſabat opum quidquid poterat, et fugiens verſus orientem veniebat Miſram. Quam qui Moctaderi auctoritate regebat, Nuſcharius,* extorris Aglabitae cauſſam perſcribit ad Chalifam. Interim pergebat Zeiadatalla usque ad Raccam, ubi mandatum a Moctadero accipit in occidentem redeundi, bellique cum Abu-Abdalla Schiita reſtaurandi, una cum litteris ad Nuſcharium, Miſrae praefectum, quibus iuſſus fuit, viris et copiis, quantum opus et par eſſet, Aglabitam inſtruere. Sed ea quidem expeditio ſucceſſu caruit. Nam iubebat quidem Nuſcharius Aglabitam, Miſrae iam reditum, ad iter accingi, et in Hammamat [ſeu thermis] (261), metari, ibique neceſſarias militumque et armorum numorumque copias a ſe ſubmittendas praeſtolari. At ductitabat hominem: hic interea pro more ſuo potando vino et audiendis pſaltriis indulgebat. Taedio tandem diuturnae morae ſodales et milites eius ſenſim diffluere. Corpus ipſi, iam a voluptatum intemperantia fractum, tabeſcebat a novis et variis et paene continuis valetudinibus, adeo ut vel barbae pili exciderent. Quod ipſi inſtantis fati admonito, et iam ſubſidia Nuſcharitae deſperanti, ſeceſſum ad Hieroſolymas ſuadebat, quo reliquos vitae dies in ſacro ſolo exigeret. Itaque factum, ut apud Ramlam obiret, ubi etiam ſepultus fuit. In hoc viro deſiit Aglabitarum per Africam ſtirps omnis et poteſtas, quae annos propemodum centum et duodecim tenuerat. Superius enim diximus, Raſchidum praefeciſſe Africae a. CLXXXIV

 Ibra-

* Hunc Elmacinus pag. 183 et 187 appellat *Buſarium.* Voluit forte البوسيري *Buſiritam.*

ولّي ابراهيم بن الاغلب علي افريقية في سنة اربع وثمانين ومائة، فسبحان الذي لا يزول ملكه *

ذكر ابتداء الدولة العلوية الفاطمية، في هذه السنة (اعني سنة ست وتسعين ومائتين) كان ابتداء الخلفاء العلويين في افريقية وانقرضت دولتهم بمصر سنة سبع وستين وخمسماية علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي، واول من ولي منهم ابو محمد عبيد الله بن محمد بن عبد الله بن ميمون بن محمد بن اسماعيل بن جعفر بن محمد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب، وقيل هو عبيد الله بن احمد بن اسماعيل الثاني بن محمد بن اسماعيل بن جعفر بن محمد بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب، وقد اختلف العلماء في صحّة نسبه فقال القايلون بامامته ان نسبه صحيح ولم يرتابوا فيه، وذهب كثير من العلويين العالمين بالانساب الي موافقتهم ايضا ويشهد بصحته *b* ما قاله الشريف الرضي،

ما مقامي علي الهوان وعندي مقول صارم، وانف حمي *d*،
البس الذل في بلاد الاعادي وبمصر الخليفة العلوي،
من ابوه ابي ومولاه مولاي اذا ضامني البعيد القصي،
لفّ عرقي بعرقه سيدا الناس جميعا محمد وعلي *

ونهب

(dicere): *non*, (h. e. non valet roganti aliquid negare) neque: *utinam* [utinam non dediſſem! h. e. non valet poenitentia donati tentari]." Primum verſum non habet Ibn-Schehna.

a) الصقالبة Cod. L. habebat الصقالبية, quod, ſi bene habeat, de victis Siculis Chriſtianis foret intelligendum.

b) بصحته Cod. L. بصحة Poſſet etiam eſſe بصحة ذلك

Ibrahimum filium Aglabi. Sic tranſit gloria mundi. Veneremur divinum numen, cuius regnum, reliquorum nullo non deſinente, deſinit nunquam.

Ex huius regni clade ſurgebat eodem hoc anno CCXCVI aliud, Alidarum puta Fatemidarum in Africa (262), qui tempore interiecto Aegypto quoque potiti, cum Chalifae titulo ibi regnarunt ad annum usque DLXVII, quo ipſi quoque, ut inferius ſuo loco dicemus, deſiere. Qui primus huius gentis regnavit, eſt Abu-Muhammed Obaidalla, filius Muhammedis, filii Abdallae, filii Maimuni, filii Muhammedis, filii Iſmaëlis, filii Gafari, filii Muhammedis, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi. Vel, aliis auctoribus, erat iſte Obaidalla (263), filius Ahmedis, filii Iſmaëlis ſecundi, f. Muhammedis, f. Iſmaëlis primi, f. Gafari, et ſic porro, ut modo retulimus, ad Alin usque, a quo, utcunque tandem habeant cetera, illi certe proſapiam ſuam, et generationum ſucceſſionem, repetunt. De cuius tamen ſinceritate docti admodum diverſa ſentiunt. Qui Obaidallam hunc legitimum reputant Imamum fuiſſe, illi ſtatuunt quoque proinde hanc generis cum Alio communionem genuinam, eaque de re nulli dubitant. Quibuscum permulti faciunt ipſorum, qui absque controverſia genuini ſunt, Alidarum, homines propaginum ſuae gentis exacte callentes. Quorum unus eſt ille celeber Scharif-er-Radi (264), qui ſententiae huic pondus addit in his:

Egone perſiſtam in loco, ubi modis indignis habeor et evileſco? quum lingua mihi ſit acuti enſis ad inſtar penetrans, et calidi ſpiritus atque iniuriarum impatientes.
Egone humilitatem induam in terris hoſtium? quum in Aegypto ſit Chalifa de gente Ali,
cum quo ego communem habeo patrem et vindicem, quando me diſſiti et extranei opprimunt,
cuius cum vena venam meam copulant ambo domini totius generis humani, Muhammed et Ali?

وذهب اخرون الي ان نسبهم مدخول ليس بصحيح وبالغ طايفة منهم الي ان جعلوا نسبهم في اليهود وقالوا لم يكن اسم المهدي عبيد الله بل كان اسمه سعيد بن احمد بن عبد الله القداح *e* بن ميمون بن ديصان وقيل عبيد الله بن محمد وقيل فيه سعيد بن الحسين وان الحسين المذكور قدم الي سلمية فجري بحضرته حديث النساء فوصفوا له امرة يهودي حداد سلمية مات عنها زوجها فتزوجها الحسين بن محمد المذكور بن احمد بن عبد الله القداح المذكور ، وكان للمراة ولد من اليهودي فاحبّه الحسين وادّبه ومات الحسين ولم يكن له ولد فعهد الي ابن اليهودي الحداد وعرّفه اسرار الدعوة واعطاه الاموال والعلامات فدعي له الدعاة ، وقد اختلف كلام المورخين وكثر في قصة عبيد الله *f* القداح بن ميمون بن ديصان ونحن نشير الي ذلك مختصرا ، قالوا ابن ديصان المذكور هو صاحب كتاب الميزان في نصرة الزندقة وكان يظهر التشيّع لآل محمد ، ونشي لميمون بن ديصان ولد يقال له عبد الله القداح لانه

c) مقول صارم *lingua ſecans.* مقول proprie eſt, vel *inſtrumentum ſonandi* et *loquendi*, h. e. lingua, vel ipſe *ſonus*, et *ſermo.* Ita quoque apud Harir. conſeſſ. xx. مقول جري, quod explicatur a Scholiaſte لسان فصيح مقدام

d) انف حمي pr. *naſus fervidus.* Inde, *dedignatio iniuriarum.*

e) القدّاح *oculiſta.* Eſt a قدح *fontem exhaurire*, aquam eius corruptam exhaurire. Inde ad oculum transfertur, qui Arabibus eodem vocabulo atque fons deſignatur, ſcil. عين

f) عبيد الله Sic erat hoc loco. Supra et infra عبد الله

Alii tamen contendunt commentitiam eſſe hanc progeniei recenſionem, et falſo iactari ſplendidi generis nobilitatem. Quid quod eo exceſſerunt aliqui, ut horum Fatemidarum a Iudaeis (265) repeterent originem. Neque conſentiunt in tradendo nomine proprio illius, qui tantopere adamatum et tanti factum ab Imamitis titulum Mahdii aſſumſit. Sunt enim, qui negant Obaidallae id nomen, ſed Saidum fuiſſe, filium Ahmedis, filii Abdallae Cadahi [ſeu medici ocularii], filii Maimuni, filii Daiſani. Alii nomen Obaidallae quidem ipſi tribuunt, ſed patrem eius Muhammedum appellant. Alii Saidum ipſum, et patrem eius Hoſainum, filium Muhammedis, filii Ahmedis, filii Abdallae Cadahi, appellant; [neque Saidum ab Hoſaino vere procreatum, ſed tantummodo adoptatum perhibent: verum enim Saidi patrem Iudaeum fuiſſe.] Narrant nimirum, iſtum Hoſainum aliquando Salamiam veniſſe, et ibi in coetu quodam ſermone ad feminas forte delato, commendatam ipſi fuiſſe uxorem alicuius Iudaei fabri ferrarii [vel ſerarii], quam maritus decedens viduam cum puero feciſſet. Hoſainum tum viduam illam in matrimonium duxiſſe, filium autem eius, e Iudaeo ſuſceptum, ita adamaſſe, ut bonis eum artibus inſtrueret, fini propinquus autem haeredem ſuum conſtitueret, ipſe improles; eique ſecreta legis (266) [aut vocationis, ad gentem Alii puta] et opes et indicia traderet. Hunc Iudaei fabri ferrarii filium eundem eſſe cum Obaidalla Mahdio, ad cuius obſequium paſſim terrarum invitaverint conciliatores. Haec de ipſo Fatemida. De avo eius et atavo multa pariter tradunt et diverſa, quae breviter tantum et exſerto quaſi digito demonſtrabimus. Dicunt itaque atavum eius, Maimunum, filium Daiſani, auctorem eſſe famoſi et improbi libri, Mizan [vel bilanx] inſcripti, quo atheiſmum ſtabilire tendit; ore tamen Schiiſmum et ſtudium erga Muhammedis gentiles profeſſum fuiſſe. Huic Maimuno Ibn-Daiſano adoleviſſe filium Abdallam Cadahum [vel oculorum medicum] ſic

vulgo

لانه كان يعالج العيون ويقدحها وتعلّم من ميمون ابيه الحيل واطلعه ابوه علي اسرار الدعاة لال النبي ، ثم سار عبد الله القداح من نواحي كرج *g* واصفهان الي الاهواز والبصرة وسلمية من ارض حمص يدعو الناس الي البيت ، ثم توفي عبد الله القداح وقام ابنه احمد وقيل محمد مقامه وصحبه انسان يقال له رستم ابن الحسين بن حوشب بن زادان النجار من اهل الكوفة ، فارسله احمد الي الشيعة باليمن وان يدعو الناس الي المهدي من ال محمد صلعم ، فسار رستم بن جوشب *h* الي اليمن ودعي الشيعة الي المهدي فاجابوه ، وكان ابو عبد الله الشيعي من اهل صنعا وقيل من اهل الكوفة ، فسمع بقدوم ابن حوشب الي اليمن وانه يدعو الناس الي المهدي ، فسار ابو عبد الله الشيعي من صنعا الي ابن حوشب (وكان بعدن) فصحبه وصار من كبار اصحابه ، وكان لابي عبد الله الشيعي علم ودهاء ، وكان قد ارسل ابن حوشب قبل ذلك الدعاة الي المغرب وقد اجابه اهل كتامه ، فلما راي ابن حوشب علم ابي عبد الله الشيعي ودهاه ارسله الي المغرب الي اهل كتامه وارسل معه جملة من المال ، فسار ابو عبد الله الشيعي الي مكة وهو ابو عبد الله الحسين بن محمد بن زكريا ولما قدم الحاج الي مكة اجتمع بالمغاربة من اهل كتامه فراهم مجيبين الي ما يختار فسار معهم الي ارض كتامه من المغرب فقدمها منتصف ربيع الاول سنة ثمانين ومايتين واتاه البربر من كل مكان وعظم

g) كرج Cod. Leid. كرخ

h) جوشب Sic erat hoc loco. Supra حوشب

vulgo appellatum ab arte, quam exercuerit: curandis enim oculorum morbis et depellendis catarrhactis ſeu ſuffuſionibus quaeſtum feciſſe. Huic tradidiſſe patrem verſutias et ſecreta legis. His artibus inſtructum Cadahum e patrio ſolo, id eſt Charagae et Isfahanae tractibus, Ahvazam primum, deinde Baſram emigraſſe, tandem Salamiam agri Emeſſeni oppidum perveniſſe, plebemque ad aſſertionem familiae propheticae illexiſſe. Cui vita defuncto in eadem religioſa ſedulitate ſucceſſiſſe filium Ahmedem, aut Muhammedem. Huic adhaeſiſſe Roſtamum aliquem, filium Hoſaini, filii Hauſchabi, filii Zadani, fabrum lignarium, Cuſenſem. Hunc mittebat ille Ahmed, ut ainnt, in Arabiam felicem ad Schiitas (267), eo conſilio, ut ad Mahdium de gente prophetica invitaret. (268) Abibat quoque Roſtam filius Hauſchabi, quo miſſus erat, et mandata curabat tam proſpere, ut Schiitarum multos Mahdio conciliaret. Hunc Roſtamum audiebat eo tempore in Arabiam felicem adveniſſe ſupra nominatus Abu-Abdalla Schiita, filius Hoſaini, filii Ahmedis, filii Muhammedis, filii Zacariae, quem Sanaa quidam, alii Cuſa perhibent oriundum. Hic, videndi et audiendi Hauſchabidae ſtudio, Sanaa contendebat Adanam (269), ubi tunc agebat ille Roſtam; dabat ſe ipſi in ſodalitium, ingeniumque, quo pollebat, eruditum et aſtutiam tantopere approbabat, ut inter familiariſſimos et idoneus haberetur, cui illud a praemiſſis aliis miſſionariis occeptum apud Catamenſes negotium invitationis porro continuandum, cum neceſſariis eam in rem numis, mandaretur. Inibat Abu-Abdalla iter, et primum quidem Meccam veniebat, ubi, congregatos inter ſacros peregrinatores omnis generis et omnium terrarum homines, conveniebat Africanos, et praecipue qui ex urbe et gente Catama (270) illuc venerant; quos quum cerneret ad imperata omnia paratos, comitabatur domum redeuntes, et appellebat Catamae medio menſe tertio anni CCLXXX. Eo confluebant ad ipſum undecunque barbari, quos inter magnam ſibi

 aucto-

وعظم امره وكان اسمه عندهم ابا عبد الله المشرقي، وبلغ امره
الي ابراهيم بن احمد الاغلبي امير افريقية ان ذلك فاستصغر امر ابي
عبد الله واستحقره، ثم مضي ابو عبد الله الي تاهرت فعظم
شانه واتته القبايل من كل مكان وبقي كذلك حتي تولّي ابو
نصر زيادة الله اخر من ملك من بني الاغلب، وكان عمّ زيادة الله
(ويعرف بالاحول) قبالة ابي عبد الله الشيعي يقاتله، فلما تولي
زيادة الله احضر عمه الاحول وقتله فصفت البلاد لابي عبد الله
الشيعي * ذكر اتصال المهدي عبيد الله بابي عبد الله الشيعي،
كانت الدعاة بالمغرب يدعون الي محمد والد المهدي وكان
بسلمية، فلما توفي اوصي الي ابنه عبيد الله المهدي واطلعه علي
حال الدعاة وشاع ذلك ايام المكتفي فطلب، فهرب عبيد الله
وابنه ابو القسم محمد الذي ولي بعد المهدي وتلقب بالقايم
وتوجّها نحو المغرب ووصل عبيد الله المهدي الي مصر في زي
التجّار، وكان عامل مصر حينيذ عيسي النوشري وقد كتب
اليه الخليفة بتطلّب عبيد الله المهدي والتوقّع عليه،
فجدّ المهدي في الهرب وقدم طرابلس الغرب وزيادة الله
متوقع عليه وقد كتب الي عمّاله بامساكه متي ظفروا به،
فهرب من طرابلس ولحق بسجلماسه فاقام بها،
وكان

auctoritatem et celebre nomen parabat, ut vulgo Abu-Abdalla Maſchraki [ſeu orientalis] appellaretur. Qui Africae tum dominabatur, Ibrahim, filius Ahmedis, Aglabita, molitiones huius orientalis contemnebat, ut nulla dignas animadverſione, nulliusque momenti. Quod haud parum ſecundavit res Abu-Abdallae, qui Catama porro Tahortam ibat, ubi pariter vires, et barbaras quasque tribus undecunque ſtudioſe confluentes contrahebat. In his continuabat uſque ad aetatem Abu-Naſri Zeiadatallae, in quo finiiſſe gentem et potentiam Aglabitarum ſupra diximus. Ille vero non parum promovebat Schiitae ſtudia eo, quod a primo ſtatim imperii ſui exordio ſuum quendam patruelem, vulgo Ahvalum [ſ. paetum] cognominatum, a bello, quod cum illo turbatore gerebat, avocatum occidebat. Quo facto Schiita iam totius Africae absque controverſia poteſtatem adibat. Sed videamus nunc quoque, quomodo hic Abu-Abdalla Schiita cum Mahdio, de quo paullo ante ſermonem inſtituebamus, notitia et negotiorum communione iunctus fuerit. Superiores per Africam, invitatores, an conciliatores dicere malis, ad Muhammedem, patrem Mahdii, vocaverant. Is fini vicinus filio, Mahdio, ſeu Obaidallae, iure ſuo cedens docebat eum, quid egerint et quantum profecerint invitatores. Non latuit eius rei fama, ſed Moctafio regnante dimanavit in vulgus. Quaeſitus itaque ad ſupplicium ille Obaidalla Mahdi, fugam capeſſit in occidentem, una cum filio, Abu-Caſemo Muhammede, eodem illo, qui poſt patrem, adſcito titulo Caiemi, regnavit; et primum quidem induto mercatorum habitu Miſram veniebant. Inde autem interpoſita nulla mora, (nam qui Aegypto tum praeerat Iſa Nuſcharita litteris Chalifae iuſſus erat adventum fugitivi praeſtolari, et latitantem quibuscunque modis indagare:) diligentia igitur omni uſus Mahdius Tripolin Africanam properabat. Verum et ibi manebat eum Aglabides Zeiadatalla, mandaveratque iam ſuis ubique praefectis, homine ſicubi potiri poſſent, attinerent. Relicta

 ergo

وكان صاحب سجلماسة يسمّي اليسع بن مدرار، فهداه المهدي علي انه رجل تاجر قد قدم الي تلك البلاد، فوصل كتاب زيادة الله الي اليسع يعلمه ان هذا الرجل هو الذي يدعو ابو عبد الله الشيعي اليه، فقبض اليسع علي عبيد الله المهدي وحبسه بسجلماسه، ولما كان من قتل زيادة الله عمه الاحول وهرب زيادة الله واستيلاء ابي عبد الله الشيعي علي افريقية ما قدّمنا ذكره سار ابو عبد الله الشيعي من رقادة في رمضان من هذه السنة (اعني سنة ست وتسعين ومايتين) الي سجلماسه واستخلف ابو عبد الله الشيعي اخاه ابا العباس وابا زاكي علي افريقية، فلما قرب من سجلماسة خرج صاحبها اليسع وقاتله، فراي ضعفه عنه فهرب اليسع تحت الليل، ودخل ابو عبد الله الشيعي الي سجلماسة واخرج المهدي وولده من السجن واركبهما ومشي هو وروس القبايل بين يديهما وابو عبد الله يشير الي المهدي ويقول للناس هذا مولاكم، وهو يبكي من شدّة الفرح حتي وصل الي فسطاط قد نصب له، فلما استقرّ فيه امر بطلب اليسع صاحب سجلماسه، فادرك واحضر بين يديه فقتله، واقام المهدي بسجلماسة اربعين يوما وسار الي افريقية ووصل الي رقادة في ربيع الاخر سنة سبع وتسعين ومايتين

فدوّن

ergo Tripoli Segelmaſam migrabat, cuius urbis et provinciae, qui tum erat, domino, Eliſao Madradidae, perſuadebat ſe mercatorem eſſe, qui lucri quaerendi cauſſa eo terrarum veniſſet. Videbatur in portum appuliſſe, ſed in ſagenam inciderat. Vt enim Eliſaus e Zeiadatallae litteris cognoverat, hunc virum illum ipſum eſſe, ad cuius obſequium Abu-Abdalla Schiita totam paene Libyam permoveat, comprehenſum eum carceri mandabat. Interea fiunt, quae ſupra narravimus. Zeiadatalla ſuum patruum, eundemque ſui exercitus contra rebelles ducem, Ahvadum [ſeu paetum] occidit, et ipſe regno ſoloque patrio excidit, quod Abu-Abdalla, orientalis ille Schiita, occupat. Quibus peractis idem Schiita nono menſe anni, in quo iam verſamur, CCXCVI ex urbe Raccada, quae tum provincia caput et ſedes Aglabitarum erat, ad Segelmaſam promovebat, relictis in Africa, qui eam ſe abſente moderarentur, fratribus Abu-Abbaſo, et Abu-Zakio. Advenienti Schiitae dominus quidem Segelmaſae, modo dictus Eliſaeus, ipſis ſub urbis moenibus copias ſuas opponebat, et hoſtem quadam tenus ſuſtinebat, retundebatque pro virili. At intelligens tandem reſiſtendo parem ſe non eſſe, fugiebat ſub noctis velo, vacuamque aggreſſori urbem permittebat; qui eam ingreſſus Mahdium eiusque filium e carcere protractos, et iumentis impoſitos, ipſe pedes cum optimatibus tribuum barbararum, item peditibus, praecedens in ſplendida pompa deducebat in erectum ipſis tentorium, digito ſubinde barbaris monſtrans Mahdium, admonitis, hunc dominum ipſum eſſe. Cui ſubita rerum permutatio et impraeviſa ſalus ex certa pernicie, gloriaque ſumma ex ſumma miſeria prae gaudii impotentia lacrymas excutiebant. Ingreſſus itaque tentorium auguſtum cum ſumma rerum Mahdius, firmoque iam talo nitens, requiri Eliſaum, ſuum olim tortorem, et e fuga retrahi iubebat, et in poteſtatem redactum occidebat. Quadrageſimo die poſt, Segelmaſa movebat in Africam, et appellebat Raccadam quarto menſe a. CCXCVII;

فدوّن الدواوين وجبي الاموال وبعث العمّال الي ساير بلاد المغرب واستعمل علي جزيرة صقلية الحسن بن احمد بن خنزير، وزال بملك المهدي ملك بني الاغلب وملك بني مدرار اصحاب مملكة سجلماسة وكان اخر بني مدرار اليسع وكانت مدّة ملكهم ماية سنة وثلثين سنة، وزال ملك بني رستم في تاهرت وكان ملكهم ماية سنة وستين سنة *

ذكر قتل ابي عبد الله الشيعي واخيه ابي العباس، لما استقرّت قدم المهدي في المملكة باشر الامور بنفسه ولم يبق لابي عبد الله ولاخيه لابي العباس مع المهدي حكم، والفطام *i* صعب، فشرع ابو العباس اخو ابي عبد الله الشيعي يندّم اخاه ويقول له اخرجت الامر عنك وسلّمته لغيرك، واخوه ينهاه عن قول مثل ذلك الي ان اخنقه، وذلك يبلغ المهدي حتي *k* شرع يقول لروس القبايل ليس هذا المهدي الذي دعوناكم اليه، فطلبهما المهدي وقتلهما *

كذا

i) الفطام *ablactatio* et in genere *cohibitio* a re, cui quis aſſuetus eſt, et quam deſiderat. الفطم القطع ومنه فطم الصبي اذا قطع عنه اللبن — يقول الرجل للرجل والله لافطمنك عن كذا وكذا اي لامنعنك عنه Verba ſunt Ibn-Doreidi. Elegans locus Hariri conſ. XLIX. ubi dignitates aulicas comparat confuſis ſomniis et umbrae, quam tenebrae delent, tum addit: وناهيك غصة بمرار الفطام "quapropter abſterreat te, mi fili, ab illis guſtandis ſola reputatio, quam amarum ſit ab illis ablactari."

k) حتي Palam eſt, quaedam hic deeſſe. In اخنقه quoque videtur quid vitii latere.

inſtituebat reformabatque gerendis publicis privatisque rebus tribunalia, cogebat tributa, quo ſuſtinendae novae dignitati ſufficeret, ceteris Africae provinciis, quibus ipſe nequibat adeſſe, adminiſtratores mittebat, et Siciliae quoque ſuum, Haſanum ſcilicet, filium Ahmedis, filii Haftariri. Hunc in modum delevit et abſorpſit quaſi atque corrotundavit nova haec Fatemidarum dynaſtia tres alias, quae Africam ad eam diem inter ſe partitae diſcerpſerant; unam illam Aglabitarum in Africa proprie ſic dicta, [quae, quod ſupra iam monuimus, annos prope CXII tenuerat.] Alteram illam Madraridarum in Segelmaſa, quam poſtremus tenuit ſupra laudatus Eliſa. Gens haec Madrari centum annos et triginta ſuae provinciae incubuerat. Poſtremam denique Roſtamidarum, qui Tahortam ſexaginta et centum annis habuerant.

Iuvat huc, quandoquidem in ea hiſtoriarum parte verſamur, Abu-Abdallae Schiitae, et fratris eius, Abu-Abbaſi, exitum refere, quem ſunt qui huic ipſi anno tribuunt, alii aliquanto poſteriorem faciunt. Nimirum Mahdi, firmo in imperio gradu poſito, omnes ipſe res curabat, et luſtrabat, gerebatque ſolus, ut auctoritatis nihil penes fratres relinqueret. Quia vero ſemel imperii ſuavitate imbuti aegerrime ſe patiuntur velut ab ubere abſtrahi, fiebat, ut Abu-l-Abbas fratrem Abdallam ſaepius obiurgaret, et poenitentia facinoris inconſulti ſtimularet. Summam rerum poteſtatem, quam ſibi ſoli potuiſſet ſervare, alteri permiſiſſe. Abu-Abdalla viciſſim increpabat fratrem, et abſterrebat ab eiusmodi ſermonibus, praeſertim palam efferendis. Satis cito reperturum ſe occaſionem eſſe, principis a ſe creati ſtrangulandi. Perveniebat iſte rumor ad aures Mahdii, ut alter quoque ille, barbaris per Africam tribubus perſuadere hos fratres voluiſſe, hunc Mahdium, non genuinum illum et verum, ſed ſpurium eſſe, et impoſtorem, qui eo titulo ipſorumque ſimplicitate abutatur. Qui ſeditioſi ſermones ne ſibi, quod minabantur,

كذا اورد ابن الاثير في الكامل مقتل ابن ابي عبد الله الشيعي المذكور في سنة ست وتسعين ومايتين ، ورايت مقتل ابي عبد الله في الجمع والبيان في تاريخ القيروان انه كان في منتصف جمادي الاولي سنة ثمان وتسعين ومايتين ۞

ثم دخلت سنة سبع وتسعين ومايتين ، فيها توفي ابو القاسم جنيد *l* بن محمد الصوفي وكان امام وقته واخذ الفقه عن ابي ثور صاحب الشافعي واخذ التصوّف عن سري *m* السقطي ۞

ثم دخلت سنة تسع وتسعين ومايتين ، فيها قبض المقتدر علي وزيره ابي الحسن بن الفرات ونهب داره وهتك حرمه وولي الوزارة ابا علي محمد بن يحيي بن عبيد الله بن خاقان ، وكان الخاقان *n* المذكور ضجورا *o* وتحكّمت عليه اولاده فكل منهم يسعي لمن يرشي منه فكان يولّي العمل الواحد عدّة من العمّال في الايام القليلة حتي انه ولّي ماه الكوفة في عشرين يوما سبعة من العمال ، فقيل فيه ،

وزير

l) جنيد Cod. Leid. habebat حينيد

m) سري Temere cod. L. مري

n) الخاقان pro ابن الخاقان vel الخاقاني

o) ضجورا *querulus*, qui millies in hora mutat conſilium, cui nihil recte poteſt fieri. Deinde ضجور quoque eſt *iratus*, et ضجر *ira*.

bantur, turbas et exitium conciſcerent, praevertebat novus princeps caede fratrum. Quod factum anno CCXCVI Ibn-Atir in Camelo tradit. Duobus tamen annis iuniorem eam caedem facit et anno CCXCVIII adſcribit auctor libri, qui inſcribitur, collectanea de rebus ad Cyrenas ſpectantibus [Game valbejan fi tarich el-cairovan]. [Tantum de rebus Africanis dicendorum habuimus. Nunc in orientem revertimur.]

Anno CCXCVII [qui die 19 Sept. A. C. 909 coepit] obiit celeber ille quaſi pater et antiſtes ſectae Suficae [ſeu monaſticae, anachoreticae] (271), Abu-l-Caſem Gonaid (272), filius Muhammedis, Sufi, ſui temporis Imamus, in ſacra quidem diſciplina, quae Fikha dicitur, ſeu iuris ſcientia, diſcipulus Abu-Tauri, magiſtro Schafiaeo uſi, agendae autem vitae, quam appellant, contemplativae et ſpiritualis, [a civili cum moribus, tum veſtitu et rerum communione diverſae,] inſtitutionem accepit a Sario Sacatita.*

Anno CCIC [qui die 28 Aug. A. C. 911 coepit] comprehendebat Moctader Vezirum ſuum, Aba-l-Haſanum, filium Farati, domum eius diripiebat, gynaeceum lacerabat, et Vezirum, iſtius loco, nuncupabat Abu-Alin Muhammedem, filium Iahiae, filii Obaidallae, filii Chacani; virum ingenii difficilis, faſtidioſum, inſtabilem, liberis ſuis obnoxium, quorum unus quisque illi maxime, qui largitionibus viciſſet, ſtudebat. Quo factum, ut intra paucos dies uni et eidem provinciae bene multi praeficerentur. Ita praeficiebat Chacanides aliquando, verbi cauſſa, intra viginti dies ſeptem homines uni Mah-al-Cufae;** unde natum hoc neſcio cuius aculeatum carmen:

En

* De quo ſupra pag. 215.

** *Mah*, vox perſica, praefecturam notat, et maxime de Cufa et Baſra dicitur. *A.*

وزير قد تكامل في الرقاعة ، يولّي ثم يعزل بعد ساعة ،
انا اهل الرشاء اجتمعوا عليه فخير القوم اوفرهم بضاعة p *

والخليفة مع ذلك يتصرّف على مقتضى اشارة النساء والخدّام ويرجع الى قولهم وارايهم ، فخرجت الممالك وطمعت العمال في الاطراف *

وفيها توفي ابو الحسن محمد بن احمد بن كيسان النحوي وكان عالما بنحو البصريين والكوفيين *

وفيها توفي اسحاق بن حنين الطبيب *

ثم دخلت سنة ثلثماية ، فيها عزل المقتدر الخاقان عن الوزارة وولّاها علي بن عيسي *

ذكر وفاة عبد الله صاحب الاندلس ، في هذه السنة توفي عبد الله بن محمد بن عبد الرحمان بن هشام بن عبد الرحمان الداخل بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان بن الحكم طريد رسول الله في ربيع الاول ، وكان عمره اثنين واربعين سنة ، وكان ابيض اصهب ازرق ربعة يخضب بالسواد ، وكانت ولايته خمس سنين واحد عشر شهرا ورزق احد عشر ولدا ذكرا احدهم محمد المقتول قتله ابوه عبد الله المذكور q في حدّ من الحدود وهو والد عبد الرحمان الناصر ، ولما توفي عبد الله ولي ابن ابنه عبد الرحمان بن محمد المقتول بن عبد الله المذكور وتولي عبد الرحمان بحضرة اعمامه واعمام ابيه ولم يختلفوا عليه ، وهذا عبد الرحمان هو الذي تسمّي بالناصر فيما بعد *

ثم

p) البضاعة re ipſa idem eſt atque رشا *donum, quo iudex corrumpitur.* Proprie notat *fundum pecuniae, qui in mercaturam impenditur et lucro expo-*

En Vezirum perfectae ſtultitiae; qui quem modo irrogavit alicui provinciae, eundem mox, hora poſt, rurſus abrogat.
Vbi convenerint apud eum corruptores, optimus omnium eſt et acceptiſſimus, qui luculentiſſimo pretio mercem deſtinat.

Non poterant inde rerum confuſio et turbae non naſci, molli praeterea et torpente Moctadero, qui non ſui, ſed feminarum et eunuchorum iuris, officio regnique curis inſuperhabitis, movebat ſalivam, et copiam Turcicis, quos alebat, mancipiis, aliisque legatis faciebat, pro lubitu provinciarum poſſeſſiones arripiendi.

Eodem obiit Abu-l-Haſan Muhammed, filius Ahmedis, vulgo Ibn-Kiſan dictus, grammaticus utriusque grammaticae peritus, et illius, quam Cufenſis academia tradit atque tuetur, et illius, quam Baſrenſis.

Eodem obiit celeber ille medicus, Ishac, filius Honaini.

Anno CCC [qui die 17 Aug. A. Chr. 912 coepit] transferebat Moctader a paullo ante laudato Chacanide Veziratum ad Alin, filium Iſae.

Eiusdem anni menſe tertio dominus Andaluſiae, e gente Ommiadarum, obiit Abdalla, filius Muhammedis, filii Abd-er-Rahmani, filii Heſchami, filii Abd-er-Rahmani Advenae rel., quadraginta duo natus annos, cuti candidus, coma barbaque gilvus, oculis caeſiis, ſtatura quadratus, nigro fuco ſupercilia et barbam inficere ſolitus. Sex regnaverat annos, minus unum menſem. Procreaverat mares undecim, quorum unus eſt ille Muhammed Mactùl, ſeu peremtus, (pater eum criminis alicuius reum ſupplicii genere neſcio quo ſuſtulerat) pater iſtius Abd-er-Rahmani, qui titulum Naſeri deinceps ſibi aſſumpſit, et in avi (273) Abdallae locum, in cuius morte nunc verſamur, ſucceſſit absque controverſia, quamvis adeſſent multi aetati provectiones, qui iuſto titulo ad regnum adſpirare potuiſſent, defuncti avi qua fratres, qua filii.

ثم دخلت سنة احدي وثلثماية ، ذكر مقتل احمد الساماني ، في هذه السنة قتل الامير احمد بن اسماعيل الساماني صاحب خراسان وما وراء النهر ذبحه بالليل جماعة من غلمانه علي سريره وهربوا ليلة الخميس لسبع بقين من جمادي الاخرة ، وكان قد خرج الي البرّ متصيّدا فحمل الي بخارا ودفن بها وظفروا ببعض اوليك الغلمان فقتلوهم ، وولي بعده الامر ولده ابو الحسن نصر بن احمد وهو ابن ثمان سنين *

ذكر قتل كبير القرامطة ، وفي هذه السنة قتل ابو سعيد الحسن بن بهرام كبير القرامطة قتله خادم له صقلبي في الحمام ، ولما قتله استدعي رجلا اخر من اكابر روسايهم وقال له ان الرييس يستدعيك ، فلما دخل قتله ، ففعل كذلك بغيره حتي قتل اربعة انفس من كبرايهم ، ثم علموا به فاجتمعوا عليه وقتلوه ، وكان ابو سعيد الجنابي قد جعل ولده سعيد الاكبر ولّي عهده فتولي بعده ، وعجز عن القيام بالامر فغلبه اخوه الاصغر ابو طاهر سليمان وكان شهما شجاعا واستولي علي الامر ، ولما قتل ابو سعيد كان مستوليا علي هجر والاحساء *r* والقطيف وساير بلاد البحرين *

ذكر غير ذلك من الحوادث ، وفي هذه السنة سيّر المهدي العلوي جيشا مع ولده ابي القسم محمد الي ديار مصر فاستولي علي الاسكندرية والفيوم ، فسيّر اليهم المقتدر مع مونس الخادم جيشا فاجلاهم عن ديار مصر وعادوا الي المغرب ،

وفيها

exponitur. Proverbium eſt apud Meidanium: البضاعة تيسر الحاجة "munus facilitat negotium."

q) ابوه المذكور .Cod. L ابوه عبد الله المذكور

Anno CCCI [qui die 6 Aug. A.C. 913 coepit] idque ſexti menſis nocte vigeſima ſecunda, quae tunc Mercurii diem praecedebat, occiſus a ſatellitibus Choraſanae et Tranſoxanae dominus, Amir Ahmed, filius Iſmaëlis, Samanita, Bocharamque porro translatus, et ibi ſepultus fuit. In campo enim, lectica latus, confoſſus eſt, venatum egreſſus. Caedem auctorum aliqui e fuga retracti pro meritis capite luerunt. In imperium ſuccedebat patri filius, Abu-l-Haſan Naſr, octennis puer.

Eandem ſortem habuit exitumque eodem anno Cabir [h. e. magnas, aut primas] Carmatitarum, Abu-Said Haſan, filius Baharami, Gonnabenſis, a Sclavo quodam eunucho ſuo in balneo peremtus, una cum aliis eius ſectae principibus eadem nocte fraudeque et manu ſublatis. Non enim ſatis habebat Sclavus, herum obtruncaſſe: alium quoque principem Carmatitam, et iterum alium, et tertium denique, et tandem quartum, quaſi domino ad privatum de rebus arduis colloquium exciente, arceſſebat, et, nactus in commodo loco, unum ex altero mactabat. Comperto tamen ad extremum facinore obrutus ſicarius poenas meritas dedit. Quem Abu-Said adhuc vivus futurum ſibi ſucceſſorem nuncupaverat, Saidum, filium natu maiorem, is relictum a patre ſatis ſpectabile adibat imperium. Imperaverat enim ille Hagaro, et Ahſaae, et Catifo, et reliquae toti provinciae Baharainae. Saidum vero, adminiſtrationi tantarum rerum imparem, frater minor, Abu-Taher Solaiman exigebat, iuvenis acer et fortis, qui raptum vi imperium cum laude geſſit.

Hoc anno miſſus a Mahdio Alida, Libyae domino, cum exercitu filius, Abu-l-Caſem Muhammed, in Aegyptum, Alexandriam et Faiumum cepit. Verum eunuchus, Munas, a Moctadero ipſi validis cum copiis obiectus cogebat eum cum ſuis ad patrem domum remeare.

وفيها توفي القاضي ابو عبد الله محمد بن احمد المقري الثقفي ، وفيها توفي محمد بن يحيي بن مندة الحافظ المشهور صاحب تاريخ اصفهان كان احد الحفاظ الثقات وهو من اهل بيت كبير خرج منه جماعة من العلماء ❁

ثم دخلت سنة اثنين وثلثماية ، فيها قبض المقتدر علي الحسين بن علي بن عبد الله المعروف بابن الجصاص r الجوهري واخذ منه صنوف الاموال ما قيمته اربعة الاف الف دينار واكثر من ذلك ❁

وفيها ارسل المهدي العلوي جيشا مع مقدم يقال له حباشة في البحر فاستولي علي الاسكندرية ، وارسل المقتدر جيشا مع مونس الخادم ، فاقتتلوا بين مصر والاسكندرية اربع دفعات انهزمت فيها المغاربة وعادوا الي بلادهم وقتل من الفريقين خلق كثير ❁

وفيها انتهي تاريخ ابي جعفر الطبري ❁

وفيها وقيل في السنة التي قبلها توفي علي بن احمد بن منصور الشاعر المعروف بالبسامي وكان من اعيان الشعراء كثير الهجاء هجي اباه واخوته واهل بيته وعمل في القسم بن عبيد الله وزير المعتضد ،

قل لابي القسم المرزي *t* قابلك الدهر بالعجايب ،
مات لك ابن وكان زينا *v* وعاش ذو الشين والمعايب ،
حياة هذا كموت هذا *x* ، فلست تخلو من المصايب ❁

وله

r) الاحسا Cod. Leid. الاخا *s*) الجصاص Cod. L. الحصاص

t) المرزي Pro hac voce habet Nuveirius المرجي, ſed legendum المزجي *debilis*, *imbecillis*.

Eodem obiit Cadi Abu-Abdalla Muhammed, filius Ahmedis, Mocri, Tacafita; et Muhammed, filius Iahiae, filii Nabadae,* celeber Hafet, et unus Hafetorum fide dignorum, auctor Chronici Isfahanenſis, illuſtri gente ortus, quae doctos aliquot homines dedit.

Anno CCCII [qui die 26 Iulii A. C. 914 coepit] comprehendebat Moctader Vezirum, quem nuper conſtituerat, Hoſainum, filium Abdallae, vulgo Ibn-al-Gaſſas el-Gauhari dictum, et varii generis privabat divitiis, plus quater millies millium aureorum aeſtimatis.

Eodem iterabat Mahdi, Africanus, maritimam in Aegyptum expeditionem, ſed nihilo proſperiore ſucceſſu. Habaſchah enim, dux copiarum, capiebat quidem Alexandriam; etiam cum Munaſo eunucho, Moctaderi legato, ſigna quater, Miſram inter et Alexandriam, ambarum partium magna cum ſtrage conferebat; infeſtis tamen rebus domum tandem redire neceſſe habebat.

Hoc in anno deſinit Abu-Gafari Tabaritae [vel Tabareſtanenſis] illa celebris hiſtoria. (274)

Eodem, aut proxime ſuperiore, anno deceſſit Ali, filius Ahmedis, filii Manſuri, poëta, Baſſamici nomine vulgo celeber, unus illuſtriſſimorum poëtarum, ſatirarum multus et vehemens, pari ad omnes ira, ut ne pater quidem, neque fratres, neque ceteri gentiles dentem ipſius effugerint. In Caſemum, filium Obaidallae, Vezirum Motadedi (275), epigramma hoc edidit:

Dic aflicto patri Caſemi: Fortuna te miris et abſonis impugnavit calamitatibus.

Abſtulit tibi filium, qui tibi decus erat, et reliquum tibi fecit alterum [Caſemum puta] turpitudine et vitiis obſitum.

Huius vita iſtius morte minor calamitas non eſt. Adeoque, utcunque verſes et conſideres tuam ſortem, neutro modo vacas infortuniis.

En

* Forte legendum *Mandah* منده Conf. d'Herbelot.

وله في المتوكل لما هدم قبر الحسين بن علي ومنع الناس عن زيارته ،

تالله ان كانت امية قد اتت قتل y ابن بنت نبيها مظلوما ،
فلقد اتاه بنو ابيه بمثله ، هذا العمرك قبره مهدوما ،
اسفوا علي ان لم يكونوا شاركوا في قتله فتتبعوه رميما z ❊

ثم دخلت سنة ثلاث وثلثماية ، ذكر بناء المهدية ، في هذه السنة اختار المهدي موضع المهدية علي ساحل البحر وهي جزيرة متصلة بالبر كهيئة كف متصلة بزند ، فبناها وجعل لها سورا محكما وابوابا عظيمة وزن كل مصراع ماية قنطار ، وكان ابتداء بنائها يوم السبت في هذه السنة لخمس خلون من ذي القعدة ، ولما تم بناوها قال المهدي الان امنت علي الفاطمية بحصانتها ❊

وفيها اغارت الروم علي الثغور الجزرية فغنموا وسبوا ❊

وفيها توفي ابو عبد الرحمن احمد بن علي بن شعيب النساوي صاحب كتاب السنن بمكة ودفن بين الصفا والمروة ، وكان اماما حافظا محدثا

v) وكان زينا Forte وكان لك زينا .

x) كمون هذا Non dubito, legendum eſſe كمون ذا

y) اتت قتل Verbum اتي cum accuſativo. Mox, linea ſequente, cum ب conſtructum. Diſcrimen hoc eſt. اتي بقتله *advenit eum caede ipſius*, adduxit, praeſtitit caedem eius. اتي قتله ac ſi quarta eſſet coniugatio آتي, *advenire fecit caedem eius*, exiſtere eam fecit.

z) فتتبعوه رميما perſecuti eum ſunt, ubi ubi eſſet, etiamſi putridum iam et carioſum. Hinc الرُمّة *funis putridus*, et الرِمّة *os putridum et carioſum*, teſte Ibn-Doreido.

En aliud eiusdem in Motavakkelum, ſepulcrum Hoſaini diruentem, et religioſos ab eo porro adeundo propoſito edicto arcentem:

Olim quidem Ommiadae, per deum immortalem, iniqua caede tollebant ſui prophetae ex filia nepotem:
Nunc autem filii patris [i. e. avi] eius [prophetae] ſimillima prorſus audent. En tibi, per vitam tuam, ſepulcrum eius [nepotis prophetae] dirutum.
Moeſti nimirum et indignantes, quod Ommiadas in Hoſaino diſcerpendo non adiuverint, et compenſaturi nunc tandem vetus delictum, in putrida Hoſaini oſſa ſaeviunt.

Anno CCCIII [qui die 16 Iul. A. C. 915 coepit] condebat Mahdi urbem, cui de ſuo nomen Mahdia (276) imponebat, in loco, quem ei rei commodum viſum delegerat; in peninſula ſcilicet, quae in mediterraneum mare porrecta per anguſtam cervicem cum terra continente cohaeret, ut palmam quaſi referat expanſam, quae per carpum cum cubito iuncta eſt. Illam ibi loci conditam faciebat Mahdi ſedem ſui regni, ſolidisque moenibus et magnis claudebat portis, quarum valvae centenos pendebant librarum centenarios. Initium ſtructurae factum eſt die quodam Sabbati, ſexto undecimi menſis huius anni. Adeo vero ſibi placuit Mahdi relicto ſui hoc monumento, ut opere abſoluto vocem hanc ederet: Effeci tandem, ut ſecuri deinceps degere queant Fatemidae.

Eodem excurrebant in Meſopotamiae confinia Romani, magnamque praedam multosque captivos abigebant.

Eodem obiit apud Meccam Abu-Abd-er-Rahman Ahmed, filius Alii, filii Schoaibi, Naſavi [ſeu ex urbe Choraſanica Naſa oriundus] (277), auctor libri traditionum, et ſepultus fuit inter Safam et Marvam [celebres ibi a religione montes]. Erat Imam [ſeu ſacerdos], Hafet [ſeu qui Coranum memoriter tenet], et Mohaddet [vel traditionarius] egregius. Studiorum cauſſa pri-

محدثا رحل الي نيسابور ثم الي العراق ثم الي الشام ومصر ثم عاد الي دمشق فامتحن في معاوية وطلب منه ان يروي شيا من فضايله فامتنع وقال ما يرضي *a* معاوية ان يكون راسا براس حتي تفضّل، فقيل انه وقع في حقه مكروه وحمل الي مكة وتوفي بها *

وفيها توفي ابو علي محمد بن عبد الوهاب الجباي المعتزلي *

ثم دخلت سنة اربع وثلثماية، فيها توفي الناصر العلوي صاحب طبرستان وعمره تسع وسبعون سنة وكان يقال له الاطروش واسمه الحسن بن علي بن الحسن بن عمر بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب، وكان قد ملك طبرستان في سنة احدي وثلثماية واستولي علي مملكتها *

وفيها توفي يوسف بن الحسين بن علي الرازي صاحب ذي النون المصري وهو صاحب قصة الغار معه *

ثم دخلت سنة خمس وثلثماية، فيها مات ابو جعفر محمد بن عثمان العسكري المعروف بالسمّان ويعرف ايضا بالعمري رييس الامامية وكان يدّعي انه الباب الي الامام المنتظر *

وفيها قدم رسل ملك الروم الي بغداد، فلما استحضروا عبّي لهم العسكر وصفّت *b* الدار بالاسلحة وانواع الزينة وكان

a) ما يرضي Locus difficilis. Ad verbum: non contentus eſt Moavia eo, ut ſit caput pro capite, donec fiat Fadel (ſeu eminens). Effertur cum interrogatione, vel admiiratione. Senſus: Potuerat Moavia contentus eſſe, ſi cum Alio compararetur, tam ſceleſtus homo cum viro tantorum meritorum. Sane multum id erat, ſi uterque huius paris ſineretur talis eſſe qualis fuit, absque ut quis audeat iudicium de illis ferre. Sed

mum Naiſaburam adierat, dein Iracam, inde Syriam et Miſram; unde quum rediiſſet Damaſcum, incidebat propter Moaviam [primum Chalifam Ommiadicum] in moleſtias et odium Syrorum, ab ipſo unam alteramve traditionem de excellentibus iſtius viri virtutibus flagitantium. Sed negabat, cum indignatione ſic expoſtulans: Adeone non ſufficit Moaviae aliis [ſodalibus prophetae] aequiparari? Etiam praeferri vult? ad viri excellentis nomen adſpirat? Dicunt aliqui propterea ipſum iniuriis affectum, et Meccam deportatum fuiſſe, ubi tandem obiit.

Finiit eodem Abu-Ali Muhammed, filius Abd-el-Vahabi Gobbaita (278), Motazalita.

Anno CCCIV [qui die Iulii 4. A. Chr. 916 coepit] obiit Naſer,* princeps Tabareſtanae, de gente Alii, anno aetatis nono et ſeptuageſimo. Solebat vulgo Otruſch [ſeu ſurdus] appellari: verum autem ipſi nomen erat Haſan, filius Alii, filii Haſani, filii Omari, filii Alii, filii Hoſaini, filii Alii, filii Abu-Talebi. Triennium tantummodo tenuerat Tabareſtanam, ut anno CCCI demum Samanidis ereptam. (279)

Eodem obiit Ioſef, filius Hoſaini, filii Alii, Razi [vel ex urbe Re, aut Raia, oriundus] diſcipulus Du-n-Nuni Miſrenſis, cum quo illi contigit ille in ſpelunca caſus.

Anno CCCV [qui die 23 Iun. A. Chr. 917 coepit] obiit Abu-Gafar Muhammed, filius Otmani, Aſcarita, vulgo Sammani [ſeu butyrarii] nomine, item alius, cognomine Omaritae notus, caput et magiſter Imamicorum, quibus ſe iactabat eſſe portam ad exſpectatum illum Imamum.**

Eodem Bagdadum veniebant Imperatoris Graeci legati, quos incredibili cum ſplendore excepit ſuaeque magnificentiae admiratione implevit Moctader. Exercitum enim illis ad colloquium excitis iuſſerat in armis et acie ſtare, regiam inſtruxerat

Tt 2 belli

* Vel *Naſer el-hak* h. e. aſſertor veri et iuſti. Elmacinus pag. 191. *A.*

** De quo vid. ad finem anni CCLIV pag. 221. ſ. *A.*

وكان جملة العسكر المصفوف *c* حينيذ ماية الف وستين الف ما بين راكب وواقف ، ووقف الغلمان الحجرية بالزينة والمناطق المحلّاة ووقف الخدّام الخصيان كذلك وكانوا سبعة الاف خادم اربعة الاف خادم ابيض وثلاثة الاف اسود ، ووقفت الحجّاب كذلك وهم حينيذ سبعماية حاجب ، والقيت المراكب والزبازب *d* في دجلة باعظم زينة وزيّنت دار الخلافة وكانت الستور المعلّقة عليها ثمانية وثلثين الفا ستر منها ديباج مذهبة اثني عشر الفا وخمسماية ، وكانت البسط اثنين وعشرين الفا ، وكان هناك ماية سبع مع ماية سبّاع ، وكان من جملة الزينة شجرة من ذهب وفضة تشتمل علي ثمانية عشر غصنا وعلي الاغصان والقضبان الطيور والعصافير من الذهب والفضة وكذلك الاوراق من الذهب والفضة والاغصان تتمايل بحركات موضوعة والطيور تصفر بحركات مرتبة وشهد الرسول من العظمة *e* ما يطول شرحه واحضر بين يدي المقتدر وصار الوزير يبلغ كلامه الي الخليفة ويردّ الجواب عن الخليفة ☼

ثم دخلت سنة ست وثلثماية ، فيها جعل علي شرطة بغداد نجيح الطولوني وجعل في الارباع فقهاء يكون عمل اصحاب الشرطة علي فتواهم فضعفت هيبة السلطنة بسبب ذلك وطمع اللصوص والعيارون *f* واخذت ثياب الناس في الطريق المنقطعة وكثرت الفتن ☼

ذكر ارسال المهدي العلوي ابنه القايم بعساكر افريقية الي مصر ، وفي هذه السنة جهّز المهدي جيشا كثيفا مع ابنه القايم بالله الي مصر فوصل الي الاسكندرية واستولي عليها ثم سار حتي دخل الجيزة *g* وملك الاشمونين وكثيرا من الصعيد ،

وبعث

belli pariter et luxus ſupellectile. Totus exercitus, pedes equesque, conficiebat centum et ſexaginta capitum millia. Etiam adſtabant Hagritae [ſeu cubicularii] mancipia, in ſplendidiſſimo cultu, baltheis auro gemmisque nitentibus: pariter eunuchi ad ſeptem millia, quorum quater mille candidi, reliqui nigri erant: Hagebi [ſeu oſtiarii] denique, ſeptingenti numero. Liburnicae et lintres in Tigride natabant luculentiſſimo apparatu. Neque minus ſplendebat Chalifae palatium, in quo ſuſpenſa vela erant triginta et octo millia, in quibus ſericea auro intertexta duodecies mille et quingenta: tapetes inſtrati erant bis et vigeſies mille. Producti centum leones ſinguli cum ſingulis magiſtris. Inter alia rari et ſtupendi luxus ſpectacula erat arbor aurea et argentea (280) in octodecim ramos maiores diducta, per quos ceterosque minores ramulos utriusque formae ſedebant aves, aureae et argenteae. Arbor haec foliis ex utroque metallo conflatis radiabat; et prout rami ſeſe motitarent machinis acti, ſic et aves certos et deſtinatos quaeque modulos recinebant. Haec et alia plura magnarum opum illuſtria documenta, quae ſingula percenſere nimium foret, ut vidit Graecus legatus, ad ipſum introductus fuit Chalifam, internuncio Veziro, ſermonem legati ad Chalifam, et rurſus huius reſponſum ad illum, referente.

Anno CCCVI [qui die 13 Iunii A. C. 918 coepit] praefectus fuit praetorio Bagdadico Nogah Tulunicus, et poſiti per urbis quatuor quadrantes fakihi totidem, quorum e ſententia ius exſequerentur officiales praetorii; quo valde infracta fuit Sultani (281) auctoritas, multaeque natae turbae atque caedes, et rapinarum illecebrae latronibus atque ſiccariis, qui, quibus occurrerent per angiportus remotiores, eos veſtibus exuebant.

Hoc anno mittebat Mahdi, Alida, Libyae dominus, numeroſum exercitum in Aegyptum, ſub Caiemi, filii, ducatu: qui potitus Alexandria et ultra progreſſus iam tenebat Gizam, et Oſchmunain, et magnam Saidi [ſeu Thebaidis] partem. Sed

 hoc

وبعث المقتدر مونس الخادم فوصل الي مصر وجري بينه وبين القايم عدة وقعات ، ووصل الي الاسكندرية من افريقية ثمانون مركبا نجدة للقايم وارسل المقتدر مراكب من طرسوس الي قتال مراكب القايم وكانت خمسة وعشرين مركبا ، فالتقت المراكب المراكب علي رشيد واقتتلوا واقتتلت العساكر في البرّ وكانت الهزيمة علي عسكر المهدي ومراكبه فعادوا الي افريقية بعد ان قتل منهم واسر *

وفيها توفي القاضي محمد بن خلف بن حيان الطبي *h* المعروف بوكيع وكان عالما باخبار الناس وله تصانيف حسنة *

وفيها في جمادي الاولي توفي الامام ابو العباس احمد بن سريج *i* الفقيه الشافعي وكان من عظماء الشافعية وايمة المسلمين وكان يقال له البازر الاشهب وولي القضاء بشيراز وبلغت تصانيفه اربعماية مصنف ومنه اشتهر مذهب الشافعي في الافاق وكان يقال في عصره ان الله اظهر عمر بن عبد العزيز علي راس الماية من الهجرة واحيي كل سنة وامات كل بدعة ، ثم منّ الله علي الناس *k* بالشافعي فاظهر السنة واخفي البدعة ، ومنّ الله علي راس الثلثماية بابن

Sed his non contentus eminere etiam vult Moavia! Clarius hoc intelligetur e proverbio Meidanii: دعني راسا براس *mitte me caput pro capite*, quod hoc modo explicatur: يضرب لمن ضربت اليه شيا فطلب منك مثله ، "dicitur de eo, a quo aliquid flagitas, at ille viciſſim a te aliquid ſimile flagitat." h. e. de paritate cauſſarum, momentorum diſputationis, virtutum, vitiorum.

b) وصغّت Quid ſi وصنغت *c*) المصغوف Cod. L. habebat المصغور

d) والريارق Erat in Cod. L. والزيارب *e*) العظمة Cod. L. العظيمة

f) العيارون ab عار poteſt verti: vel *vagabundi*, vel *raptores* hominum

nempe

hoc quoque tertium periculum, quemadmodum ſuperiora, eludebat, et Africanos non leviter mulcatos Aegypto exturbabat Munas, eunuchus Moctaderi. Qui quum iteratis aliquoties cum Caiemo praeliis non proficeret, et Africani navales interea ſuppetias acciperent; Munas autem naves pariter a Chalifa rogatas Tarſo ad extremum nanciſceretur: contingebat, ut, quo die claſſis Africana, octuaginta navium, cum Chalifae claſſe, ſed ea non niſi viginti quinque navium, apud Raſchidum [vel Roſettam] confligebat, eodem ipſo die terreſtres quoque copiae ſigna conferrent, pari utrinque exitu. Terra marique caeduntur Africani, et damnis acceptis haud contemnendis abeunt.

Eodem obiit Cadi Muhammed, filius Chalfi, filii Haiani, Dobbita, vulgo Vakii nomine notus, hiſtoricus egregius, librorum excellentium auctor.

Huius anni quinto menſe obiit Imam Abu-l-Abbas Ahmed, filius Soraihi, fakihus ille celeber ſectae Schafiaeicae, cuius proceribus, quin potius maximis doctoribus Muſlemicae totius gentis et fidei, accenſetur. Eximiis profecto virtutibus non tantum nomen Bazi-l-Aſchhab [ſeu vulturis candidi *], ſed etiam aequalium meruit hoc de ſe iudicium: Videri deum exeuntibus ſingulis aevis ſingulos viros excellentes et incomparabiles excitare inſtituiſſe. Sub finem primi ſaeculi aerae Muhammedanae Omarum exſtitiſſe, filium Abd-el-Azizi, qui omnem rectam veramque ſanctionem vita velut donaſſet, omnem commentitiam doctrinam ſtrangulaſſet. Pariter indulſiſſe miſericordem deum humano generi ſecundo ſaeculo decurſo Schafiaeum, a quo recta de rebus divinis ſententia in illuſtriori loco poſita, commentitia oppreſſa et ſepulta fuiſſet. Tandem veniſſe divino munere humano generi tertio ſaeculo ruente filium Soraihi, qui rectam fidem magis etiam confirmaſſet, errorem penitus exarmaſſet. Cadii munus geſſit Schirazae: libros reliquit ad quadrin-

* Animal in oriente rariſſimum. Vid. ſupra ad ann. CCLV pag. 223. *A.*

بابن سريج فقوّي كل سنة وضعّف كل بدعة * وكان جدّه سريج رجلا مشهورا بالصلاح *

ثم دخلت سنة سبع وثلثماية ، ذكر انقراض دولة الادارسة العلويين ، من كتاب المغرب في اخبار اهل المغرب ، ان دولتهم انقرضت في هذه السنة ، اقول كنّا سقنا اخبارهم الي محمد بن ادريس في سنة اربع عشرة ومايتين وان محمد لما تولي فرّق غالب بلاده علي اخوته علي ما قدّمنا ذكره في السنة المذكورة وانه اعطي اخاه عمر صنهاجة وغمارة وبقي محمد هو الامام حتي توفي ولم يقع لنا تاريخ وفاته، فلما مات محمد ملك بعده ابن اخيه علي بن عمر المذكور بن ادريس بن ادريس وكانت امامة عليّ المذكور مضطربة لم يتمّ له فيها امر، فخلع عن قرب وولي بعده ابن اخيه يحيي بن ادريس بن عمر بن ادريس، وهذا يحيي هو اخر ايمتهم بفاس وانقرضت دولتهم في هذه السنة (اعني سنة سبع وثلثماية) ، وتغلّب عليهم فضالة بن حبوس، ثم ظهر من الادارسة حسن بن محمد بن القاسم بن ادريس بن ادريس ورام ردّ الدولة وقد اخذت في الاختلال ودولة المهديّ عبيد الله في الاقبال ، فملك عامين ولم يتمّ له مطلب ، فانقرضت دولتهم من جميع المغرب الاقصي وحمل غالب الادارسة الي المهدي المذكور وولده الّا من اختفي منهم في الجبال الي

nempe ingenuorum, vel denique *percuſſores, ſicarii.* Significatio errandi, temere vagandi, coeco impetu ruendi, in verbo عار perquam frequens eſt in Divan Hudeilitarum. Hinc عاير ultro citroque commeans et vagans, epitheton leonis: et عير agmen iter facientium (Caravane). Sed alteram quoque rapiendi et perdendi notionem confirmat Gauharius in Lexico.

dringentos (282); et ipſi debet ſecta Schafeitica, quod per totum terrarum orbem ſparſa radices egit. Avus eius, unde filius Soraihi appellatur, fuerat vir morum ſanctitate celeber.

In annum CCCVII [qui die 2 Iunii A.C. 919 coepit] incidit interitus gentis et potentiae Edriſidarum in Occidente. Quo in caſu enarrando ſequemur auctoritatem libri, qui Mirabiles fortunae occidentalium inſcribitur. Is enim hunc eventum huic anno adſcribit. Ab anno inde CCXIV ad hunc usque nihil horum commemoravimus. Ibi autem ſubſiſtentes in Muhammede filio Edriſi [minoris] narrabamus, hunc ſub initium imperii plurimas ſuarum provinciarum inter fratres diſtribuiſſe, et, ut omiſſis reliquis id unum repetamus, quod praeſentem ad rem facit, Omaro Sanhagam et Gomaram addidiſſe. Muhammed ille, quoad vixit, Imamatum [ſeu principatum] tenuit: quando autem vivis exceſſerit, nusquam reperimus. Defuncto itaque, quandocunque tandem, ſuccedebat Ali, filius iſtius Omari, quem Sanhagae praefuiſſe modo dicebamus. At eius quidem Alii et turbidus fuit Imamatus, et invalidus, civibus imperium eius aſpernantibus, brevis denique. Eius enim ex fratre nepos, Iahia, filius Edriſi, filii Omari, filii Edriſi, patruum expellebat. Hoc in Iahia deſiit Edriſidarum Imamatus et regnum Faſae [ſ. Fezzae] hoc anno CCCVII, quippe qui expulſi et ſubacti tunc a Fodala fuerunt, Habuſi filio. Efferebat quidem caput tempore poſt Haſan, filius Muhammedis, filii Caſemi, filii Edriſi [minoris], qui reddere ſuae genti et aſſerere tendebat imperium, quod labare atque rimas agere coeperat, fortuna coepta non ſecundante. Duobus enim illi exactis in poteſtate annis prorſus exciſa fuit eius, et gentis ſimul totius, ultimo in Occidente poteſtas, et ad Mahdium tranſiit, cuius gloria tum indies altius aſſurgebat. Plurimi quoque Edriſidarum ad illum, Mahdium, eiusque filium, in vinculis miſſi, et inde ad ſupplicium rapti fuerunt, niſi ſi quis forte ad inacceſſos Mauritaniae montes effugeret. Tentabat

الي ان ثار بعد الاربعين وثلثماية ادريس من ولد محمد بن القاسم بن ادريس بن ادريس فاعاد الامامة لهذا البيت ، ثم تغلّب علي برّ العدوة *m* عبد الملك بن المنصور بن ابي عامر وخطب في تلك البلاد لبني امية ، ثم رجع عبد الملك الي الاندلس فاضطربت ببر العدوة دولته فتغلّب علي فاس بنو ابي العافية الزناتيون حتي ظهر يوسف بن تاشفين امير المسلمين فاستولي علي تلك البلاد ۞

ثم دخلت سنة ثمان وسنة تسع وثلثماية ، ذكر مقتل الحسين بن منصور *n* الحلّاج ، وكان الحسين بن منصور الحلاج الصوفي يظهر الزهد والتصوّف ويظهر الكرامات ويخرج للناس فاكهة الشتاء في الصيف وفاكهة الصيف في الشتاء ويمّد يده الي الهواء ويعيدها مملوة دراهم عليها مكتوب قل هو الله احد ويسمّيها دراهم القدرة ويخبر الناس بما اكلوا وما صنعوه في بيوتهم ويتكلم بما في ضمايرهم ، فافتتن

g) الجيزة Cod. L. habet الحيرة

h) الطبي Forte الضبي

i) سريح Ita ſcripſi cum Raudh et Hagi Chalifa pro شريح, quod habet cod. L.

k) علي الناس Procul dubio ſcribendum علي راس المايتين

l) الاختلال *attenuari, decreſcere:* proprie, *rimas agere.* خل enim eſt *findere.* Hinc خليل *intimus amicus*, qui penetrat ad intima ſecreta amici. Item خلل *hiatus:* item, corruptela rei. ذو خلة *homo cum rimis*, veſtibus laceratis incedens, h. e. pauper.

m) برّ العدوة *terra traiectus.* عدي in genere eſt *currere*, ſed in ſpecie *tranſcurrere*, et maxime quidem, fluvium vel mare traiicere. Dici-

bat quidem poſt annum CCCXL aliquis Edris e progenie Muhammedis, filii Caſemi, filii Edriſi [minoris], filii Edriſi [maioris], rerum, quae tum erat, faciem mutare, amiſſumque Imamatum genti ſuae denuo vindicare: at brevis erat et irrita etiam haec molitio. Nam Abd-al-Malec (283), filius Manſuri, filii Abu-Ameri, ſubigebat provinciam [in qua olim regnaverant Edriſidae] totam, illam nempe, quae vulgo Barr-el-Adva [ſeu continens traiectus*] nominatur, ibique ut pro dominis agnoſcerentur Ommiadici generis Andaluſiae reges, eorumque nomina publicis in ſacris cum votis ſecundae fortunae recitarentur, efficiebat. Sed et haec inſtituta poſt Abd-el-Maleki ad Andaluſiam regreſſum turbata fuerunt. Gens enim aliqua Zenatica [ſunt barbari indigenae], Banu-Abu-l-Afia dicta, Faſam occupabat, tenuitque deinceps, donec Ioſephus, filius Teſchfini, omnes illos minores principatus deletos in unum ſuum compingeret; de quo infra [ad a. CDLXXIX] dicemus, primo, qui titulum principis Muſlemorum ſibi aſſumſit.

Anno CCCIX [qui die 11 Maii A. C. 921 coepit] occiſus eſt Hoſain, filius Manſuri, cognomine Halâg,** vir, qui opinionem vitae Suficae [ſeu contemplationi divinarum rerum deditae, de ſe vulgo faciebat, et miracula edebat. Solebat enim fructus, quos hiems fert, adſtantibus media in aeſtate, rurſusque aeſtivos de hieme exhibere. Solebat etiam manum, ut vacuam in auras extenderat, drachmis plenam referre, quibus inſcripta haec erat formula: *Dic deus eſt unicus* (284), easque ſolebat darahem al-codrat [ſeu drachmas divinae potentiae] appellare. Praeterea, quae domi quisque ſuae aut comediſſet, aut feciſſet, et, quod ſtupeas, quae ſecretis apud ſe quisque conſiliis animi

Vv 2 agita-

* Ex Africa nempe in Hiſpaniam.

** Notat ea vox *goſſypii carminatorem*, qui nempe attracto identidem et impulſo goſſypii nervo magni arcus emollit goſſypium et facit eius glomos diſſilire. Vid. Schultens ad prov. Salom. p. 235.

فافتتن به خلق كثير واعتقدوا فيه الحلول *o* واختلف الناس فيه
كاختلافهم في المسيح ، فمن قايل انه قد حل فيه *p* جبريل ومن
قايل انه وليّ *q* ومما يظهر منه كراماته ومن قايل انه مشعبذ
ومتكهن وساحر كذّاب ، وقدم من خراسان الي العراق وسار الي
مكة واقام بها سنة في الحجر لا يستظل تحت سقف وكان يصوم
الدهر ويفطر علي ماء وياكل ثلاث عضات من قرص حشب *r*
ولا يتناول شيا اخر ، ثم عاد الحسين الي بغداد فالتمس حامد
الوزير من المقتدر ان يسلّم اليه الحلاج ، فامر بتسليمه اليه ،
فكان حامد يخرج الحلاج الي مجلسه ويستنطقه فلا يظهر منه
ما تكرهه الشريعة وحامد الوزير مجدّ في امره ليقتله ، وجري له
معه ما يطول شرحه ، وفي الاخر ان الوزير راي له كتابا
ان الانسان اذا اراد الحج ولم يمكنه افرد من داره بيتا نظيفا
من النجاسات ولا يدخله احد واذا حضرت ايام الحج
طاف حوله وفعل ما يفعله الحجاج بمكة
ثم

Dicitur quoque de morbo contagioſo, qui tranſit ab uno ad alterum. عدوة hinc eſt *ora*, *ripa fluvii*, *litus maris*, unde traiicitur.

n) منصور deerat in cod. L.

o) الحلول Cod. L. الخلول

p) فيه In cod. Leid. legitur فيهم, et mox جرلهي pro quo poſui جبريل

q) وليّ *amicus Dei*, vox frequens. Rarior altera, inde orta, الولاية *ſtatus amicitiae cum Deo.* Habet eam Sebekaeus: صنف كتاب ختم الولاية — يقول فيه ان للاوليا خاتما كما ان للانبياء ، "ſcripſit

agitaret, palam edebat. Quae res valde torſit, et in diverſa diſtraxit hominum animos, tentavitque aliquos, ut Gabrielem angelum in eius corpore habitare autumarent (285); alii eum pro amico dei familiari, et pro veris miraculis propheta dignis edita ab eo ſpectacula, haberent. Alii contra praeſtigiatorem, alii ſortilegum et futurorum hariolatorem, alii magum impoſtorem appellabant. Verbo, in tot et tam diverſas de Halago ſententias ſcindebantur aequales eius, in quot olim Iudaei et Chriſtiani de Meſſia diſceſſerant. Venerat e Choraſanae in Iracam; inde Meccam conceſſerat, ubi per integrum annum noctu diuque intra Hegr verſatus fuit, [id nomen eſt ſepti vel muri extimi, Cabam cingentis] ſub dio, numquam captata tecti umbra. Ad longum tempus ſolebat ieiunia continuare; quae ubi tandem uſu cibi frangeret, non excedebat bucellas tres mazae groſſae duraeque et hauſtum aquae. Mecca Bagdadum reverſus, poſtulabat Hamed, tum Vezirus, a Moctadero, hominem ſibi tradi; traditumque nactus in tribunal ſuum rapiebat; et quamvis in examinato nihil reperiret legibus improbatum, urgebat tamen hominis negotium, quem occidere ardebat. Poſt multa variaque magna cum contentione geſta, quae brevitatis gratia praetermitto, incidebat tandem Vezirus in Halagi librorum aliquem, in quo pronunciaverat, ſi quis Meccana peregrinatione defungi cupidus per rerum ſuarum rationem tamen nequeat, eum ſi infra ſcripta peregiſſet, non minus videri oportere religioni et voto ſuo ſatisfeciſſe, quam qui itinere confecto Meccam ipſam ceteraque ſacra loca adiiſſet: ſi ſcilicet conclave ſuae domus aliquod mundum, et quo alter non ingrediatur, ſibi delectum deſtinet, et diebus illis ipſis, quibus apud Meccam ſollemnia ſacra peraguntur, circa illud conclave modo eodem, quo circa Meccanum templum obiri fas et mos eſt, obeat, ceteraque omnia quae Meccae a religioſis peregrinatoribus fiunt, eodem ordine iisdemque ritibus exſequatur; ſi porro triginta pueros

 cogat,

ثم يجمع ثلثين يتيما ويعمل اجود طعام يمكنه ويطعمهم في ذلك البيت ويكسوهم ويعطي كل واحد منهم s سبعة الدراهم فاذا فعل ذلك كان كمن حج ، فامر الوزير بقراة ذلك قدّام القاضي ابي عمرو ، فقال القاضي للحلاج من اين لك هذا ، قال من كتاب الاخلاص للحسن البصري ، فقال له القاضي كذبت يا حلال الدم قد سمعناه بمكة وليس هذا فيه ، فطالب الوزير القاضي ابا عمرو ان يكتب خطه بما قاله انه حلال الدم فدافعه القاضي ثم الزمه الوزير فكتب باباحة دم الحلاج وكتب بعده من حضر المجلس ، فلما سمع الحلاج ذلك قال ما يحلّ لكم دمي وديني الاسلام ومذهبي السنة ولي فيها كتب موجودة فالله الله في دمي ، وكتب الوزير الي الخليفة يستاذنه في قتله وارسل الفتاوي في ذلك فاذن المقتدر في قتله ، فضرب الف سوط ثم قطعت يده ثم رجله ثم قتل واحرق بالنار ونصب راسه ببغداد ☼

وفيها توفي ابو العباس احمد بن محمد بن سهل بن عطاء الصوفي من كبار مشايخهم وعلمايهم ، وابراهيم بن هرون الطبيب الحراني ☼

ثم

"ſcripſit librum de obſignatione Velaiatus (ſeu ſtatus amicitiae cum "Deo), in quo aſſeverat, amicos Dei habere ſigillum impreſſum, non "ſecus atque prophetae habeant."

r) حشب Ita codex. Sitne bona lectio, non dixerim. Golius habet حشيب pro *tela panni groſſiore.* Forte خشب, quod idem atque خشن

s) منهم deerat in cod. L.

cogat, parentibus orbos, iisque lautiſſimum, pro facultatum modulo, epulum, in eodem illo conclavi apponat, veſtituque recente ſeptenisque drachmis donet. Hunc locum ex eius libro praelegi iubebat Vezirus coram Cadio, qui tum Bagdadi erat, Abu-Amruo; qui recitato interrogabat Halagum, unde ſententiam illam hauſiſſet; reſpondebat, hauſiſſe e libro Kitab-el-ichlas inſcripto, auctore clariſſimi nominis Imamo, Haſano Baſrenſe. Mentiris, reſpondebat Cadi, o tu, cui nos ſanguinem vitamque detrahere ius et fas ſinit. Ipſi enim nos hunc librum audivimus Meccae nobis a doctore noſtro explicari, neque tamen in illo ea, quae tu ais inde aſſumſiſſe, invenimus. Cupide arripiebat Vezirus haec Cadii verba, eiusque manu ſcriptam hanc ſibi ſententiam poſtulabat exhiberi, qua Halagum mortis reum eſſe, et absque ullo contrahendi piaculi metu tolli poſſe cenſuerat. Cadi tum quidem reiicere identidem inſtantem, et mora extrahere, ſicut invitus; at cogebat eum tandem Vezirus, prolatam ore ſententiam ſcripto conſignare. Quo facto, ceteri quoque aſſesſores ſubſcribebant. Intercedebat acerbae de ſe latae ſententiae Halag, proteſtatus, nullum ipſis ius in ſpiritum ſuum eſſe, hominis, ſi fidei profeſſionem ſpectes, Muſlemici, ſi ſectae, Sunnitae, qui libros edidiſſet, vulgo proſtantes, unde conſtare petique teſtimonium de doctrinis ſuis queat. Si violentia in ſe utantur, deum immortalem obteſtari, ſui ſanguinis ultorem. Vezirus autem, haec penſi non habens, ad Moctaderum ſcripto de geſtis refert, et tollendi rei veniam petit, additis iudicum manu exaratis deciſionibus. Quibus ſubactus Chalifa in ſumendum de homine ſupplicium conſentit. Caeſus ergo primum mille plagis fuit, dein dextra amputata, tum pes, tandem occiſus miſer et igni exuſtus. Caput ſolum palo ſuffixum Bagdadicis ſpectaculum reliquum manſit.

Eodem obiit Abu-l-Abbas Ahmed, filius Muhammedis, filii Sahli, Ibn-Ata, principum apud Suficos doctorum unus; item Ibrahim, filius Haruni, Harrani [ſeu Charris oriundus,] medicus.

Anno

ثم دخلت سنة عشر وثلثماية ، فيها توفي ابو جعفر محمد
بن جرير الطبري ببغداد ومولده سنة اربع وعشرين ومايتين بامل *t*
طبرستان وكان حافظا لكتاب الله عارفا بالقرات بصيرا بالمعاني
وكان من المجتهدين لم يقلّد *v* احدا وكان فقيها عارفا باقاويل
الصحابة والتابعين ومن بعدهم ، وله التاريخ المشهور ابتدي فيه
من اول الزمان الي اخر سنة اثنين وثلثماية وكتاب في التفسير لم
يفسّر مثله وله في اصول الفقه وفروعه كتب كثيرة ، ولما مات
تعصّب عليه العامّة ورموه بالرفض وما كان سببه الّا انه صنّف
كتابا فيه *x* اختلاف لفقهاء ولم يذكر فيه احمد بن حنبل فقيل
له في ذلك فقال لم يكن احمد بن حنبل فقيها وانما كان
محدّثا ، فشقّ ذلك علي الحنابلة وكانوا لا يحصون كثرة ببغداد
فتشنّعوا عليه بما ارادوه *

وفيها توفي في ذي الحجة ابو بكر محمد *y* بن السري
ابن سهل النحوي المعروف بابن السّراج ، وكان احد الايمة المشاهير
اخذ العلم عن ابي العباس المبرّد واخذ عنه النحو جماعة
منهم ابو سعيد السيرافي وعلي بن عيسي الرّماني وغيرهما
ونقل

t) بامل pro بامر quod eſt in cod. L.

v) لم يقلّد ad verbum: non impoſuerat ſuis cervicibus unum aliquem. Ad ſenſum: non iuraverat in unius alicuius magiſtri verba.

x) فيه Forte في

y) محمد pro بن محمد Mecum facit Ibn-Schehna.

Anno CCCX [qui die 30 Apr. A. Chr. 922 coepit] obiit Bagdadi Abu-Gafar Muhammed, filius Gorairi, Tabareſtenſis. Natus fuerat in Amu [vel Amol] urbe Tabareſtanica. Optime callebat Coranum, eiusque varias legendi rationes, et acutum cernebat in eruendis divini libri veris ſenſibus; aſſidue magnaque contentione colebat deum, ſectae addictus nulli, fakihus [ſeu ICtus] peritus, in dictis patrum utriusque claſſis, tam primae, qui ſodales prophetae, quam ſecundae, qui ſecundani appellantur, et ambobus poſteriorum, egregie verſatus. Reliquit celebre illud Chronicon (286), quod a rerum orſus exordio ad annum usque CCCII pertexuit. Edidit quoque commentarium in Coranum, cui par et ſimilis non exſtat, aliosque numero plures libros, quibus ſacri iuris tam radices, aut ſummi momenti univerſalia argumenta, quam frondes et ramos, hoc eſt ſingulares et leviores cauſſas, tradit. Plebs Bagdadica ſimultatem in eum rebus humanis iam exemtum concepit, et Rafediſmi [ſeu ſeceſſionis, affectationisque Schiitarum] inſimulavit, ea ſola de cauſſa, quod in eo libro, quem de controverſiis fakihorum edidit, mentionem Ahmedis, filii Hanbali, nullam fecit. Excuſabat quidem, ea de re admonitus, data opera factum, non errore, non malevolentia. Ahmedem enim in fakihis non venire, ſed ad traditionarios pertinere. Nihilominus tamen id dictum factumque tam inique exceperunt Hanbalitici, quibus Bagdadum ſcatet, ut optimum virum confictis ex ſua libidine probris adſpergerent.

Eodem anno exeunte, vel anno CCCXV, quod alii perhibent, obiit Abu-Becr Muhammed, filius Serrii, filii Sahli, grammaticus vulgo ab Ibn-es-Sarragi nomine celeber (notat ea vox filium ephippiarii). Fuit ille vir in magiſtris artis ſuae celeberrimis et praecipuis; diſcipulus magni pariter viri, Mobarredi, et magiſter plurium numero clarorum hominum, ut Abu-Saidi Sirafitae, et Alii, filii Iſae Romanenſis, et aliorum; auctor multorum magnae famae librorum, e quibus integra loca

ونقل عنه الجوهري في الصحاح مواضع عديدة ، وله عدّة مصنّفات مشهورة ، وكان مع كمال فضايله يلثغ بالراء يجعلها غينا فاملي كلاما يوما بالراء فكتبوه بالغين فقال لا بالغين بل بالغاء ، وجعل يكرّرها علي هذه الصورة ، والسراج نسبة الي عمل السروج ، وقيل كانت وفاته سنة خمس عشرة وثلثماية ☼

ثم دخلت سنة احدي عشرة وثلثماية ، فيها كبست القرامطة وكبيرهم ابو طاهر سليمان بن ابي سعيد الجنّابي البصرة ليلا وعلوا علي اسوارها وقتلوا عاملها واقاموا بها سبعة عشر يوما يقتلون ويحملون منها الاموال ☼

وفيها توفي ابو محمد احمد بن محمد بن الحسين الجريري (بضم الجيم) وهو من مشاهير مشايخ الصوفية ، وابرهيم بن السري الزجّاج النحوي صاحب كتاب معاني القران ☼

وفيها توفي محمد بن زكريا الرازي الطبيب المشهور وكان في شبيبته يضرب بالعود فلما التحي قال كل غناء يخرج من بين شارب ولحية لا يستحسن ، فتركه واقبل علي دراسة كتب الطب والفلسفة وقد جاوز الاربعين وطال عمره وبلغ

bene multa ſuum in Lexicon tranſtulit Gauharius. Tantus vir et tam in arte ſua perfectus, non tamen valebat litteram R efferre, ſed eius loco ſemper Ain efferebat: dictabat aliquando ſermonem de littera R, quem calamo excipientes auditores ubicunque ille R dare voluerat, exarabant Ain, a vitioſa eius pronunciatione decepti; quem ille animadvertens errorem, aliquoties inculcabat, non per Ain, ſed per Ga ſcribendum eſſe [ridicula ſedulitate unum errorem leviorem altero maiore cumulans. Ga enim nulla exſtat littera in toto ſermone Arabico].

Anno CCCXI [qui die 20 April. A. Chr. 923 coepit] oppreſſerunt Carmatitae derepente Baſram de nocte, ſub Cabiro ſuo [ſeu magnate; ſic ducem appellabant] Abu-Tahero Solaimano, filio Abu-Saidi Gonnabitae; ſuperatis muris occidebant urbis praefectum, caedibusque urbem et rapinis implebant, neque niſi ſeptimo decimo die poſt deſolatam deſerebant.

Eodem obiit Abu-Muhammed Ahmed, filius Muhammedis, filii Muhammedis [maioris], filii Hoſaini, vulgo Gorairi, celeber Suficorum doctor. Item Ibrahim, filius Sarii, Zaggag [ſeu vitriarii] cognomine celeber grammaticus, auctor libri Maani-l-Coran [quo ſenſus elegantiores et abſtruſos Corani declarat, et exſtantium in eo comparationum aliarumve rhetoricarum figurarum rationem reddit].

Eodem obiit Muhammed, filius Zacariae, Razi [vulgo Rhaſes (287), a Raia, urbe patria, ſic dictus] medicus ille celeberrimus. Imberbis adhuc conſueverat teſtudine ludere, fidiumque concentum voce ſua proſequi, poſtmodum autem barba in genas ſubrepente, repudiabat artem, diffidens pulchram et ſuavem auribus accidere poſſe vocem illam, quae denſum inter myſtacem hiſpidamque barbam prodeat. Animum itaque, licet quadraginta iam maior annis, ad ſtudium artis medicae et philoſophiae auctorumque eas tradentium lectionem applicabat, tanto cum ardore, et tam proſpero cum ſucceſſu, ſecundante praeſer-

 tim

وبلغ في معرفة العلوم التي اشتغل فيها الغاية وصار امام وقته في علم الطبّ والمشار اليه وصنّف في الطب كتبا نافعة ، فمنها الحاوي في مقدار ثلثين مجلدا وكتاب المنصوري وهو كتاب مختصر نافع صنفه لبعض الملوك السامانية ملوك ما وراء النهر ۞

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة وثلثماية ، فيها اخذ z) ابو طاهر القرمطي الحجاج واخذ منهم اموالا عظيمة وقتل اكثرهم بالجوع والعطش *

وفيها قبض المقتدر علي وزيره ابي الحسن بن الفرات ثم سعوا في قتله فامر بقتله فذبح هو وولده المحسن ، وكان عمر ابن الفرات احدي وسبعين سنة وكان عمر ولده المحسن ثلثا وثلثين سنة واستوزر المقتدر بعده ابا القسم الخاقاني *

وفيها سار ابو طاهر القرمطي الي الكوفة ودخلها بالسيف وقتل فيها وحمل منها شيا كثيرا واقام ستة ايام يدخل الكوفة نهارا ويخرج منها الي عسكره ليلا وحمل منها ما قدر علي حمله من الاموال والثياب ۞

ثم دخلت سنة ثلاث عشرة وثلثماية ، فيها توفي عبد الله بن محمد بن عبد العزيز البغوي وكان عمره ماية سنة وسنتين * وفيها توفي علي بن محمد بن a) بشار الزاهد ۞

ثم

z) فيها اخذ Forte فيها كبس

a) Deerat بن in cod. Leid.

tim aetate, quae ipſi provectior contigit, ut earum, quas exercuit, artium ad perfectionem atque ſummum faſtigium procederet, communisque fieret orientis doctor, ad quem, velut digito demonſtratum, ſcientiae cupidi ablegarentur, et ad cuius auctoritatem rebus in controverſis medici provocarent. Praeſtantiam eius teſtantur, quos de arte medica reliquit, libri utiliſſimi, in quibus ſunt al-Havi, complectens omnia medicae artis ſcitu neceſſaria], liber triginta voluminum, item Manſuricus, ſuperioris compendium, dedicatum alicui de gente Samanidarum principi, illorum, qui per Choraſanam et Tranſoxanam iſta tempeſtate regnabant.

Anno CCCXII [qui die 8 Apr. A.C. 924 coepit] intercipiebat Abu-Taher Carmatita ſacros peregrinatores, et expilatos famae ſitique maximam partem enecabat.

Eodem anno in cuſtodiam dabat Moctader Vezirum ſuum, Aba-l-Haſanum, filium Farati; deinde quoque, inſtigatus ab illis, qui Faratidam e medio ſublatum cupiebant, occidi eum iubebat (288), unaque filium, Mohſenum; illum annos natum unum et ſeptuaginta, hunc tres et triginta. Suffectus Abu-l-Caſem Chacanida.

Hoc anno (289) impetebat armisque expugnabat Cufam Abu-Taher Carmatita, caedibusque et rapinis per ſex dies in eam graſſabatur, dies in urbe tranſigens, noctes in caſtris. Diſcedens tandem aſportabat ſecum, quantum et aeris et ſupellectilis veſtiariae poterat.

Anno CCCXIII [qui die 28 Mart. A. Chr. 925 coepit] obiit Abdalla, filius Muhammedis, filii Abd-el-Azizi, Bagavita [ſeu Bagſchurenſis de urbe patria dictus], anno aetatis ſecundo ſupra centeſimum. Item Ali, filius Muhammedis, filius Baſchari, Zahed [ſeu auſteri vitae generis et ab uſu voluptatum alieni cultor].

Anno

ثم دخلت سنة اربع عشرة وثلثماية ، فيها قلد المقتدر يوسف بن ابي الساج *b* نواحي المشرق وامره بالمسير الي واسط لقتال القرامطة وكان يوسف المذكور باذربيجان فسار الي واسط لمحاربة القرامطة ※

وفيها استولي نصر بن احمد الساماني علي الري ومرض بها فسار عنها ※

ثم دخلت سنة خمس عشرة وثلثماية ، ذكر اخبار القرامطة ومقتل ابي الساج ، في هذه السنة وصلت القرامطة الي الكوفة فسار اليهم يوسف بن ابي الساج من واسط بعسكر ضخم تقدير اربعين الفا وكانت القرامطة الف وخمسماية رجل منهم سبعماية فارس وثمانماية راجل ، فلما راهم ابو الساج احتقرهم وقال صدروا الكتب الي الخليفة بالفتح فهاولاء في يدي ، واقتتلوا فحملت القرامطة وانهزم عسكر الخليفة واخذ يوسف بن ابي الساج مقدم العسكر اسيرا ثم قتله ابو طاهر القرمطي واستولي علي الكوفة واخذ منها شيا كثيرا ، ثم جهز المقتدر الي القرامطة مونسا الخادم في عساكر كثيرة فانهزم اكثر العسكر منهم قبل الملتقي ثم التقوا فانهزمت عساكر الخليفة ووقع الجفل *c* ببغداد خوفا من القرامطة ونهب القرامطة غالب البلاد القراتية ثم عادوا الي هجر بالغنايم ※

وفيها ظفر عبد الرحمان الناصر بن محمد الاموي صاحب الاندلس باهل طليطلة بعد حصارها مدة لخلافهم عليه واخرب كثيرا من عمارتها ※

ثم

b) الساج Cod. Leid. habebat الساح: Ibn-Schehna السبـاح Rectius Maſudi, Hamza Iſpahanenſis et Herbelotus الساج, quos ſecutus ſum.

Anno CCCXIV [qui die 18 Mart. A. C. 926 coepit] mandabat Moctader orientis curam Ioſefo, filio Abu-Sagi, iubebatque illum Aderbigana, cui tunc praeerat, relicta Vaſetam adverſus Carmatitas abire. Cui Ioſef parebat.

Eodem potiebatur Naſr, filius Ahmedis, Samanita, urbe Raia; ſed paullo poſt morbo ibi inceſſente, abſcedebat.

Anno CCCXV [qui die 7 Mart. A. C. 927 coepit] adorti ſunt Carmatitae Cufam denuo (290): cui urbi ſuccurſum Vaſeta eo properabat Ioſef, filius Abu-Sagi, cum exercitu quadraginta mille capitum; et contemta hoſtium paucitate (nam ſeptingentos tantum equites, octingentos pedites, in univerſum mille quingentos viros, numerabant:) iubebat nondum collatis cum hoſte ſignis, tamquam debellato, litteras ad Chalifam victoriae nuncias exarari, nullo modo fieri poſſe autumans, ut tantillum agmen ſuis e manibus elabatur. At cadebat res ſpe ſecius. Nam Carmatitae, ut ventum ad manus fuit, rabioſo impetu illati, fundebant Bagdadicum exercitum; ipſumque ducem, Ioſefum, in captivis nactus, trucidabat Abu-Taher. Inde Cufam cum ingentibus opibus capiebat. Neque ſecundiore fortuna ab ea clade Moctader Carmatitis opponebat Munaſum eunuchum, cuius copiae, numeroſae profecto, hoſtis vel nondum viſi ipſo nomine territae, dilabebantur magna ex parte: pauci, qui occurrere et certaminis periculum ſubire audebant, in fugam ruebant. Quo terror ingens et trepidatio Bagdado iniecta, Carmatitis autem facta poteſtas, Euphratem circa agrum paene omnem depraedandi. Et ſane magna onuſti praeda Hagarum [hoc eſt ad latrocinii ſui arcem, in Bahreina] redibant.

Eodem Abd-er-Rahman Naſer, filius Muhammedis, Ommiades, Andaluſiae dominus, Toletum parere negantem diuturna obſidione perdomuit, multisque foedavit ruinis.

Anno

ثم دخلت سنة ست عشرة وثلثماية، فيها دخلت القرامطة الي الرحبة فنهبوا وسبوا، ثم ساروا الي الرقة فنهبوا ربضها، ثم ساروا الي سنجار ونازلوها وطلبوا اهلها الامان فامنوهم، ثم نهبوا الجبال *d* وغيرها من البلاد وعادوا الي هجر *

وفيها عزل المقتدر علي بن عيسي الوزير وقبض عليه وولي الوزارة ابا علي بن مقلة *

ذكر ابتداء امر مرداويج، كان قد استولي علي جرجان اسفار بن شيرويه سنة خمس عشرة وثلثماية وكان في اصحاب اسفار قايد من اكبر قواده يقال له مرداويج بن زيار *e* من الديلم، فخرج مرداويج علي اسفار بعد ان بايع غالب العسكر في الباطن، فهرب اسفار وطلبه مرداويج فادركه وقتله فابتدي مرداويج في ملك البلاد من هذه السنة فملك قزوين ثم ملك الري وهمذان وكنكور ودينور ويزدجرد وقم وقاشان واصفهان وجرباذقان، وعمل له سريرا من ذهب يجلس عليه ويقف عسكره صفوفا بالبعد عنه ولا يخاطبه الا الحجاب الذين قد رتبهم لذلك، ثم استولي مرداويج علي طبرستان *

وفيها وصل الدمستق في جيش كبير من الروم فحصر اخلاط فطلبوا الصلح فاجابهم علي ان يقلع منبر الجامع ويجعل موضعه صليبا، فاجابوا واخرجوا المنبر وجعلوا مكانه الصليب، فرحل الي بدليس وفعل بهم

c) وقع الجفل *incidit trepidatio in Bagdadum.* جفل dicitur plerumque aut de animalibus prae terrore celeberrimo curſu ſeſe abripientibus, aut de coma, a vento huc illuc iactata. In Divan Hudeil. poëta deſcribens onagrum ſubito incurſu aſinas ſuas terrente, ait وهن جوافل منه جوالي "et illae trepide aufugiebant relictis conſuetis ſedibus." Hari-

Anno CCCXVI [qui die 25 Febr. A. C. 928 coepit] invaſerunt Carmatitae et expilarunt Rahabam; inde progreſſi paria in Raccam crudelitatis exempla ediderunt. Ad Sengaram usque penetrabant, cuius incolae, quum admoveri ſibi viderent obſidionem, fortunas in aleam dare non audentes, paciſcebantur. Sic averſi depraedabantur tractum montanum aliasque urbes, et finita excurſione Hagarum repetebant.

Eodem amovebat Moctader a Veziratu Alin, filium Iſae, et ſufficiebat Abu-Alin, illum vulgo celebratum Ibn-Mocla.

Hic primus nobis de Mardavigo faciendus eſt ſermo, quod nomen deinceps aliquoties recurret. Erat Dailomita genere, Zaiari filius, nuper in maximis ducibus eius Aſpari, filii Schiruieh, qui anno CCCXV Georgianam (291) occupaverat; nunc autem defectionem ab hero palam prae ſe ferebat, poſtquam exercitus herilis maximam partem clam in fidem atque ſacramentum ſuum adegiſſet. Quae res nudatum praeſidiis Aſparum cogebat aufugere: Mardavigus autem e fuga retractum occidebat, et in eius ditionem invadebat. Quod hoc anno contigit, adeoque recte principatus iſtius initium huc refertur. Tum proſecutus ſecundam fortunam occupatis addebat Mardavigus civitates et provincias, mox nominandas, unam ex altera: Gazvin, Rey, Hamadan, Kenkevar, Dainavar, Iezdegerd, Com, Caſchan, Isfahan, Garbadcan, tandem etiam Tabareſtanam; eamque ſibi ſumebat auctoritatem, ut ſolium, in quo praeſideret, aureum fieri, copiasque coram in armis et acie adſtare, ſed ſpatio interiecto, iuberet, neminique alii faceret ſui compellandi copiam, ſed omnia per certos eique rei a ſe dictos cubicularios ageret.

Hoc anno Achlatam corona cingebat magnaque Graecorum manu Domeſticus (292), pacemque petendi urbi ſcribebat hanc, ut e fano maiori eiecto amboni crucem ſubſtituerent. Quo facto Achlata miſſa movebat Bedliſam, cui eadem imperata.

بهم كذلك * والدمستق اسم للنايب علي البلاد التي شرقي خليج قسطنطينية *

وفيها مات يعقوب بن اسحاق بن ابراهيم الاسفرايني وله مسند مخرج علي صحيح مسلم ، وكنيته ابو عوانة الحافظ طاف البلاد بطلب الحديث سمع مسلم بن الحجاج صاحب الصحيح وغيره من ايمة الحديث *

ثم دخلت سنة سبع عشرة وثلثماية ، ذكر خلع المقتدر ، فيها خلع المقتدر بالله من الخلافة بسبب ما انكره الجند والقواد عليه من استيلاء النساء والخدام علي الامور وكثرة ما اخذوا من الاموال والضياع وانضمّ الي ذلك وحشة مونس الخادم من المقتدر ، فاجتمعت العساكر الي مونس وقصدوا دار الخليفة واخرجوا المقتدر ووالدته وخالته وخاصّ جواريه واولاده من دار الخلافة وحملوا الي دار مونس واعتقلوا واحضروا اخاه محمد بن المعتضد وبايعوه ولقبوه القاهر بالله بعد ان الزموا المقتدر ان يشهد عليه بالخلع فاشهد عليه القاضي ابا عمر بانه خلع نفسه ، ونهبت دار الخلافة واستخرجوا من قبر في تربة بنتها ام المقتدر ستماية الف دينار *

ذكر عود المقتدر الي الخلافة ، فلما كان يوم الاثنين سابع عشر المحرم ثالث يوم خلع المقتدر بكر الناس الي دار الخلافة حتي امتلات الرحاب لانه يوم موكب *f* ولم يحضر مونس المظفر *g* بذلك اليوم وحضرت الرجال المصافية بالسلاح يطالبون بحق البيعة وارتفع زعقاتهم فخرج من عند القاهر يارِوك *h* ليطيبّ

Domeſtici autem vocabulum ne ſit quem offendat, teneatur velim, titulum eſſe viri, cui Graecus Imperator omnis illius ſuae ditionis, quae ab Helleſponto in orientem patet, curam mandavit.

Eodem obiit Hafet Abu-Avana Iacob, filius Ishaki, filii Ibrahimi, Isfaraiinenſis, auctor Corporis traditionum ad exemplum celebris illius, quod Muſlem, filius Hegagi, magiſter eius, condidit, compoſiti. Praeter Muſlemum alios quoque audiverat per itinera, quae theologiae traditionariae cauſſa obiit ampliſſima.

Anno CCCXVII [qui die 13 Febr. A. C. 929 coepit] exutus fuit Moctader Chalifatu, ideo maxime, quod duces cum copiis aegre ferebant ipſum ſeque imperiumque feminis et eunuchis permiſiſſe, qui furore inſatiabili privatorum pecunias, praedia, facultates omnes rapiebant. Quo Munaſi in herum ſimultas accedebat. Hunc ad ducem confluebant copiae, hoc duce regiam adorti (293) principem cum liberis matreque et matris ſorore pellicumque cariſſimis et potentiſſimis extrahebant, et penes Munaſum cuſtodiae mandabant. Inde fratrem eius, Muhammedem, filium Motadedi, arceſſitum, Chalifam ſimul Caherum billah [ſeu cum deo victorem] ſalutabant, poſtquam Moctaderum coram Cadio urbis auguſtae, Abu-Amruo, ſollemnis actus teſte futuro, ſuis ſe verbis abdicare principatu coëgiſſent. Inde ſedes Chalifarum direpta, et ex ſola buſti, quod mater Moctaderi condiderat, cella ſexcenties mille aurei protracti fuerunt.

Brevis autem erat haec reum mutatio. Nam die poſt illum turbidum tertio, is Lunae erat, ſeptimus et decimus primi menſis, coibat multitudo mane ad regiam tam frequens, ut plateas oppleret: indicta enim in eum diem fuerat ſollemnis et ſplendida proceſſio. Munas Modaffericus nullus tum comparebat. Sed aderant in armis Maſaffitae (294), convicioque flagitabant ius et fas inaugurationis. Quibus placandis Iarucum im-

 mittebat

ليطيب خواطرهم فراي في ايديهم السيوف المسلولة فخافهم فرجع وتبعوه وقتلوه في دار الخلافة وصرخوا يا مقتدر يا منصور وهجموا علي القاهر فهرب واختفي وتفرق عنه الناس ولم يبق في دار الخلافة احد ، ثم قصد الرجالة دار مونس الخادم فطلبوا المقتدر منه ، فاخرجه *i* وسلمه اليهم فحملة الرجالة علي رقابهم حتي ادخلوه دار الخلافة ، ثم ارسل المقتدر خلف اخيه القاهر بالامان واحضره وقال قد علمت ان لاذنب لك وقبّل بين عينيه وامنه ، فشكر احسانه ، ثم حبس القاهر عند والدة المقتدر فاحسنت اليه ووسّعت عليه ، واستقرّ المقتدر في الخلافة وسكنت الفتنة وكان ايثار مونس اعادة المقتدر الي الخلافة وانما خلعه موافقة للعسكر ✻

ذكر ما فعله القرامطة بمكة واخذهم الحجر الاسود ، وفي هذه السنة وافي ابو طاهر القرمطي مكة يوم التروية وكان الحجاج قد وصلوا الي مكة سالمين ، فنهب ابو طاهر اموال الحجاج وقتلهم حتي في

Haririus conſ. xxx. init. اجفلت اليها اجفال النعامة Hamaſa de coma volante: اشعث الراس جافله "horridus capillitii, volitans eius." Hinc جفل in I. *trepidavit*, in IV. *fecit trepidum.*

d) الحبال Forte الحُبُل

e) زيار. Sic plerumque, et recte, ut videtur, ſcribitur hoc nomen. Cod. Leid. habebat زيان Elmacinus legit رمار D'Herbelot ريار

f) موكب *proceſſio ſplendida, equeſtris.* Tebrizius ad Hamaſam: المواكب جمع الموكب وهم الجماعة يكونون ركبانا Deinde generaliter notat *coetum omnem*, praeſertim honoratiorum. Exemplum infra habebimus ſub init. anni 668. Poſſit ergo hoc quoque loco verti: "erat dies publici in aula conventus."

g) المظفر Forte المظفري

mittebat Caher. Ille vero gladiorum adſpectu territus, quos nudos vibrabant ſaevientes, retro pedem trepidus referebat. At illi fugientem perſecuti in ipſo perimunt palatio, et ſublato clamore O Moctader, o auguſte! faciunt impetum in Caherum, qui deſertus a ſuis in latebram aliquam ſe abdebat. Breviſſimo temporis momento tam vacuum erat palatium, ut in conſpectum nemo veniret. Seditioſi autem, ita purgata regia ab adverſa factione, ad Munaſi contendebant aedes, Moctaderum repetentes, et productum traditumque ſibi a Munaſo, ſublatum humeris, in regiam reportabant. Ita redditus ille conſuetis laribus in fratrem, Caherum, inquirebat, eumque interpoſita incolumitatis ſponſione arceſſitum bono iubebat animo eſſe; in iis, quae contigiſſent, eum culpa vacare, ſibi non latere; ſimul cum dicto, conteſtandae ſincerae benevolentiae ergo, frontem fratris oſculo ſignabat. Caher, actis pro tanto beneficio gratiis, iubebatur apud Moctaderi matrem habitare, quae captivum bene habebat, et laxius agere permittebat. Sic compoſita fuit ea ſeditio, ſic reſtitutus in poteſtatem Moctader, illius ipſius Munaſi ſtudio et aſſenſu maxime, qui paullo ante ipſum, non tam ſponte ſua, quam quod ardori militum concedendum exiſtimaret, gradu deiecerat.

Hoc anno invadebat Abu-Taher, Carmatita, Meccam, in ipſis ſacris diebus, menſis puta duodecimi octavo die, qui Iaum-et-Tarvia vulgo appellatur. Magnam edebat ſtragem in religioſos peregrinatores, ut magno ibi numero congregatos, et iam poſt confectum iter in loco ſacro ſecuros. Verum tam parum tenebat ſceleratum locorum ſanctimonia, ut opes eorum diriperet, et vel in ipſo oratorio ſacro, in ipſa tandem Caaba,* eos qui ſacros circulos obibant, trucidaret (295), et cadavera caeſorum, quos inter Ibn-Mohalleb erat, Meccae princeps, in pu-

 teum

* Oratorium quod dicitur, Masgad al-harâm, eſt omnis templi ambitus, Caaba ipſum templum. *A.*

في المسجد الحرام وداخل الكعبة وقلع الحجر الاسود من الركن ونقله الي هجر وقتل امير مكة ابن محلب واصحابه وقلع باب البيت واصعد رجلا ليقلع الميزاب فسقط ومات وطرح القتلي في بير زمزم ودفن الباقين في المسجد الحرام وحيث قتلوا واخذ كسوة البيت فقسمها بين اصحابه *

وفيها وقع بسبب تفسير قوله تعالي عسي ان يبعثك ربك مقاما محمودا، ببغداد فتنة عظيمة بين الحنابلة وغيرهم ودخل فيه الجند والعامّة واقتتلوا فقتل بينهم قتلي كثيرة، فقال ابو بكر المروزي الحنبلي واصحابه ان معناه ان الله تعالي يقعد النبي معه علي العرش، وقالت الطايفة الاخري انما هي الشفاعة، واقتتلوا بسبب ذلك *

وفيها توفي محمد بن جابر بن سنان الحراني الاصل البتّاني الحاسب المنجّم المشهور صاحب الزيج الصابي له الارصاد المتقنة وابتدي بالرصد في سنة اربع وستين ومايتين الي سنة ست وثلثماية، واثبت الكواكب الثابتة في زيجه لسنة تسع وتسعين ومايتين، وزيجه نسختان اولي وثانية والثانية اجود، والبتاني بفتح الباء الموحدة وقيل بكسرها نسبة الي بتان وهي ناحية من اعمال حران *

وفيها توفي نصر بن احمد بن نصر البصري المعروف بالخبزارزي الشاعر المشهور وكان اديبا راوية للشعر وكان امّيا لا يعرف

h) يارزك Elmacinus بارزك Hamza Iſfahanenſis نازول et نازوك

i) فاخرجة Cod. Leid. habet فاخرجوه

teum Zemzem abiiceret, eoque oppleto reliquos in oratorio ſacro, et ubi locorum quisque cecidiſſet, ſepeliret. Evellebat lapidem nigrum, et ſecum Hagarum aſportabat. Id agebat quoque, ut canalem aureum, per quem collectus e tecto imber deſtillat, evelleret. At id quidem ipſi molimen proſpere haud ceſſit. Is enim, quem ei rei peragendae iuſſerat in tectum eſcendere, ruina ſibi cervices rumpebat. Pannum autem, quo tecta erat Caaba pro more, ſuos inter ſatellites diribebat.

Hoc anno magnus oriebatur Bagdadi tumultus inter ſectam Hanbaliticam et ceteras, ob illud Corani: "Fieri poteſt ut dominus tuus te ſuſcitet in iocum laudatum." (296) Quo commiſſi fuerunt plebs et milites, multique utrinque caeſi, iurgio ad arma delato. Contendebat enim Abu-Becrus Marvazi, ſectae Hanbalicae addictus, cum aſſeclis, hunc eius loci ſenſum eſſe, fore ſcilicet, ut deus Muhammedem olim in ſolio ſuae gloriae penes ſe collocet. Altera vero pars nihilo plus affirmabat iis ſignificari, quam promiſſionem favoris, quo deus extremi iudicii die Muhammedis interceſſionem et deprecationem pro Muſlemis ſit admiſſurus. Haec rixa rabiem illam et lanienam traxit.

Eodem obiit Muhammed, filius Gaberi, filii Senani, Harrani [ſeu Charris oriundus, per maiores ſcilicet,] Battani; eſt autem Battan, vel Bettan, ut alii ſcribunt, pagus agri Harranenſis. Hic eſt ille ab aſtrorum et numerorum ſcientia celeber tabularum auctor, quae, quod ipſe Sabaeus eſſet, ex eo Sabaeae vulgo audiunt. Obſervationes eius ſumma cura ſunt perfectae, ab anno, quo coepit obſervare CCLXIV, usque ad a. CCCVI: fixit etiam ſtellas fixas in tabulis ſuis ad annum CCIC. Harum tabularum duae feruntur editiones, prior et poſterior, quarum haec illi praeſtat.

Eodem obiit Naſr, filius Ahmedis, filii Naſri, Baſrenſis, poëta celeber, vulgo Chabazaraſii nomine notus. Hic vir quamvis litterarum tam rudis eſſet, ut neque recte ſciret illas ore com-

لايعرف ان يتهجي وكان الخبز حبر * * *k* الارز بمربد البصرة ،
وله الاشعار الغايقة منها ،

خليليّ هل ابصرتما او سمعتما باحسن من مولي يمشي الي عبد ،
اتي زايري من غير وعد وقال لي اجلّك عن *l* تعليق قلبك بالوعد ،
فما زال نجم الوصل بيني وبينه يدور بافلاك السعادة والسعد ،
فطورا علي تقبيل نرجس ناظر وطورا علي تقبيل تفاحة الخد *

ثم دخلت سنة ثماني عشرة وثلثماية ، وفيها اخرجت الرجال المصافيّة من بغداد فانهم استطالوا بالكلام والفعل من حين اعادوا المقتدر الي الخلافة ، فجري بينهم وبين الجند وقعة وقتل بينهم قتلي فهزمت الرجالة المصافية الي واسط واستولوا عليها ، فسار اليهم مونس الخادم وقتل منهم وشرّدهم *

وفيها وقيل بل بالسنة التي تليها توفي ابو بكر الحسن بن علي بن احمد بن بشار المعروف بابن العلاف الضرير النهرواني وقد بلغ عمره ماية سنة وهو ناظم من اتي الهر المشهورة التي منها ،

يا هرّ فارقتنا ولم تعد وكنت منّا بمنزلة الولد ،
وكان قلبي عليك مرتعدا وانت تنساب غير مرتعد ،
تدخل برج الحمام متّيدا وتبلع الفرخ *m* غير متيد ،

صادوك

k) Hic erat in codice Leid. ſpatium vacuum dimidiae lineae. Ibidem quoque بمربد legebatur pro بمربد

l) اجلّك عن eſt vel prima futuri IV Coni. verbi جل *ego te digniorem reputo, quam ut* — vel comparativum pro اجل انت *dignior es, quam ut* — Ita أكبره habet Haririus pro هو اكبر in illo conſ.

comprehendere et velut colligare, quod ſyllabiſare dicunt, nihilominus tamen eleganti erat ingenio, et eorum, quae poëtae veteres ſcite dixiſſent, percallens. Ipſe quoque carmina dedit excellentia; quorum en ſpecimen:

O vos duo mei amici, vidiſtisne unquam, an audiviſtis, pulchrius quidquam hero ad ſervum ſuum ſuccedente,
qui advenit ad me viſitans nullo condicto, aſſeverans me digniorem eſſe, quam qui condictionibus et promiſſis atque exſpectatione ſuſpendatur?
Itaque non deſiit ſol coniunctionis et amicitiae meque inter et ipſum obire in ſphaeris felicitatis et fortunae,
modo ſuper oſculatione narciſſi [ſeu candidae frontis], modo ſuper oſculatione pomi malarum.

Anno CCCXVIII [qui die 2 Febr. A.C. 930 coepit] eiecti Bagdado fuerunt pedites Maſaffitae, nimium dictis factisque, ex quo Moctaderum in regnum reſtituerant, inſoleſcentes: unde pugna cum militibus commiſſa, fugati et caeſi Vaſetam occupabant. Sed et inde illos eo miſſus Munas eunuchus expulit, magnaque clade minutos diſſipavit.

Eodem obiit, aut, aliis auctoribus, anno proxime inſecuto, centum natus annos, Abu-Becr Haſan, filius Alii, filii Ahmedis, filii Baſchari, cognomine Ibn-el-Alâfi (297) notus poëta, coecus, Nahravanenſis, qui celebres illos in felem elegos compoſuit, unde decerptam hanc particulam afferre iuvat:

O catte, qui infantis loco nobis fuiſti, deſeruiſti nos, neque rediiſti!
Meum quidem cor tua cauſſa ſollicitum et quaſi praeſentiens futurorum tremebat; tu autem eo repebas [ubi periiſti] plane ſecurus.
Ingrediebaris columbare lento et ſuſpenſo gradu, quo columbas ſecuras opprimebas; at non item lente deglutiebas columbas.

صادوك غيظا عليك واتقموا منك وزادوا من يصد يصد *n* ،

ولم تزل للحمام مرتصدا حتي سقيت الحمام بالرصد ،

يا من لذيذ الفراخ اوقعه ويحك هلا قنعت بالغدد *o* ،

لابارك الله في الطعام اذا كان هلاك النفوس في المعد *

ومنها ،

كم دخلت لقمة حشي شره فاخرجت روحه من الجسد ،

ما كان اغناك عن تسلق البرج ولو كان جنة الخلد *

وهي قصيدة طويلة مشهورة واختلف في سبب عملها وقيل كان له قط حقيقة وقتله الجيران فرثاه ، وقيل بل رثي بها ابن المعتز ولم يقدر يذكره خوفا من المقتدر فوري بالقط ، وقيل بل هويت جارية لعلي بن عيسي غلاما لابي بكر ابن العلاف المذكور فقطن بهما علي بن عيسي فقتلهما جميعا ، فقال ابو بكر مولاه هذه القصيدة وكني عنه بالهر *

ثم دخلت سنة تسع عشرة وثلثماية ، فيها ارسل المقتدر عسكرا لقتال مرداويج فالتقوا بنواحي همذان فانهزم عسكر الخليفة واستولي مرداويج علي بلاد الجبل جميعها وبلغت

اعجب ما فيه التباهي بعجبه واكبره عن ان conf. XXIII. افوه بكبره "maxime mirabile in eo eſt id, quod de ſua philautia ipſe gloriatur; maior enim eſt, quam ut dicam, de ſuperbia ſua." ubi Scholiaſtes اكبره per اجلّه reddit.

m) وتبلع الغرخ Cod. Leid. وتبلغ الغرج

n) وزادوا من يصد يصد Forte: وقالوا من يصد يصاد

Ideo, ob accepta a te damna, frementes te venati ſunt ultique, cenſentes, eum, qui venatur, rurſus oportere in caſſides incidere.

Non deſtitiſti columbis inſidias ſtruere, donec ab aliis tibi viciſſim inſidiantibus leti poculo invitareris.

O tu, quem dulcedo molliculorum pullorum praecipitem exitio dedit, quare, o miſer, muribus contentus non eras?

Male perdat deus cibum, qui ventriculo receptus ſpiritum elidit.

Ex iisdem eſt etiam hoc:

Quot bucellae ſubierunt voracis inteſtina, quae ſpiritum eius expulerunt!

O quam tu feciſſes bene, ſi columbare non calcaſſes, etiam ſi paradiſus fuiſſet!

Carmen illud longum eſt et fama celebratum, varieque diſputatur, quae condenti cauſſa et occaſio deſignatioque fuerit. Sunt, qui poëtam reapſe cattum habuiſſe volunt, cuius in triſte fatum his elegis luſerit. Alii, eum ſub felis perſona occultatum lugere tendunt, quem Moctaderi metu nominare non audebat, Motazzi filium, illum, qui geſto Radii titulo unius diei Chalifatu miſera morte, quod ſupra narravimus, periit. Placet tandem aliis, puellam quandam e gynaeconitide Alii, filii Iſae, Veziri, in iuvenem aliquem de familia huius noſtri poëtae, Ibn-el-Alâfi, exarſiſſe; de quo clandeſtino amborum commercio quum ſuboluiſſet Veziro, eum ambos in flagitio deprehenſos confodiſſe. In hunc ſui mancipii caſum hos elegos herum compoſuiſſe, felis perſona abutentem.

Anno CCCXIX [qui die 23 Ianuar. A. Chr. 931 coepit] obiiciebat Moctaderus exercitum Mardavigo; cum quo collata ſigna prope Hamadanam. Qua e pugna ut victor diſceſſit Mardavigus (298), tota potiebatur regione montana, populationesque

وبلغت عساكره في النهب الي نواحي حلوان ، ثم ارسل مرداويج عسكرا الي اصفهان فملكها *

وفي هذه السنة في ذي الحجة تاكدت الوحشة بين مونس الخادم والمقتدر ☼

ثم دخلت سنة عشرين وثلثماية ، فيها سار مونس الخادم الي الموصل مغاضبا للمقتدر واستولي المقتدر علي اقطاع مونس الخادم وماله واملاكه واملاك اصحابه وكتب الي بني حمدان امراء الموصل بصدّ مونس عن الموصل وقتاله ، فجري بين مونس وبينهم قتال ، فانتصر مونس واستولي علي الموصل واجتمعت عليه العساكر من كل جهة واقام مونس بالموصل تسعة اشهر * ذكر قتل المقتدر، ولما اجتمعت العساكر بالموصل عند مونس الخادم سار بهم الي جهة بغداد فقدم تكريت ثم سار حتي نزل بباب الشماسية ، فلما راي المقتدر ضعفه وانعزال العسكر عنه قصد الانحدار الي واسط ، ثم اتفق من بقي عنده علي قتال مونس ومنعوه من التوجّه الي واسط ، فخرج المقتدر الي قتال مونس وهو كاره ذلك وبين يدي المقتدر الفقهاء والقراء ومعهم المصاحف منشورة وعليه البردة ، فوقف علي تلّ ثم الحّ عليه اصحابه بالتقدّم الي القتال فتقدّم ثم انهزمت اصحابه ولحق المقتدر قوم من المغاربة فقال لهم ويحكم انا الخليفة ،

فقالوا

o) بالغدى Sitne proba lectis, non dixerim. E coniectura, ſenſu poſtulante, reddidi *mures*.

per emiſſas cohortes ſuas Holvanum usque, [hoc eſt, ad Irakae confinia] proferebat. Tandem Isfahanam quoque, copiis eo miſſis, occupabat.

Hoc anno exeunte confirmata fuit ſimultas Moctaderum inter et Munaſum eunuchum; quae quantas illi calamitates pepererit, patebit ex iis, quae ad annum inſequentem dicemus.

Anno enim CCCXX [qui die Ian. 12. A. C. 932 coepit] contendebat Mauſelam, iratus Moctadero, Munas; cuius pecunias fundosque ceterasque cum ipſius, tum amicorum facultates, fiſco addicebat Moctader, ipſo abſente, mandabatque Hamdanidis, tunc Mauſelae imperantibus, per litteras, ut Munaſum obiectis armis ab urbe ſua arcerent. Quo factum, ut illi cum Munaſo manus conſererent. Sed ſuperior eo in praelio factus Munas urbe potitus eſt, quam novem menſibus, Hamdanidis vacuam, tenuit. Eodem ad ſe undecunque confluentes copias conciebat. Quibuscum Bagdadum per Tacritam contendens, caſtra ponebat apud vicum Bab-es-Schamaſia (299) dictum. Itaque ſuae debilitatis memor Moctader, ab exercicu deſertus, tendebat Vaſetam per Tigridem delabi. Verum familiares, ut miſſo eo conſilio, Munaſum armis potius exciperet infeſtis, ſuadebant. Quibus aegre obſecutus, contra Munaſum e Bagdadi portis, in amiculo Muhammedis exibat, praeeuntibus Fakihis et Carraeis, qui explicitos prae ſe ferebant Corani codices [hoſti ſui reverentiam incuſſuri, ſimul et moturi miſericordiam*]. Primum quidem ſubſiſtebat in colle quodam ceſſitans et quaſi detrectans pugnam; tandem tamen urgentium amicorum, et convicio quaſi pugnam flagitantium impulſu ſigna inferri iubebat, et proelium committi, in quo periit. Deprehenſus enim inter fugientes ſuos ab aliquibus militibus Africanis [de factione Munaſi] fuit; quos in ſe funeſta arma expedientes increpabat, Chalifam ſe ferens,

 iube-

* Conf. Abulfedae noſtri Tom. I. pag. 315. et adn. hiſtor. (127).

فقالوا قد عرفناك يا سفلة انت خليفة ابليس ، فضربه واحد بسيفه فسقط الي الارض وذبحوه ، وكان المقتدر ثقيل البطن عظيم الجثة ، فلما قتلوه رفعوا راسه علي خشبة وهم يكبّرون ويلعنونه واخذوا ما عليه حتي سراويله ، ثم حفر له في موضعه وعفي قبره وحمل راس المقتدر الي مونس وهو بالرشيدية ولم يشهد الحرب ، فلما راي المقتدر لطم وبكي ، وكان المقتدر قد اهمل احوال الخلافة وحكّم فيها النساء والخدم وفرط في الاموال ، وكانت مدة خلافته اربعا وعشرين سنة واحد عشر شهرا وستة عشر يوما وكان عمره ثمانيا وثلثين سنة *

ذكر خلافة القاهر بالله وهو تاسع عشرهم ، وكان مونس قد اشار باقامة ولد المقتدر ابي العباس ، فاعترض عليه ابو يعقوب اسحاق بن اسماعيل النوبختي بان هذا صبي ولا يولي الاّ من يدبّر نفسه ويدبرنا ، وكان بذلك كالباحث عن حتفه بظلفه *p* فان القاهر قتل النوبختي المذكور فيما بعد ، فاحضروا

p) كالباحث عن حتفه بظلفه Celebre proverbium in ſcriptis Arabum, de ove deſumtum, quae lanioni cultrum deſideranti, cum virgulis ſuis e terra erutum monſtravit et ſic ipſa ſibi caedem conſcivit. Dicitur de omni ſibi ipſe malum arceſſente. قوله كما نبحث الشاة مثل في كل من اعان علي حتف نفسه ، وفي المثل الساير حتفها تبحث ضان بالظلافها وكما تبحث الشاة عن مديتها ولا تكون كالباحث عن الشفرة — والمغول كل ما يهلك به الشي ويراد به السكين هاهنا وقد اشتهر السكين

iubebatque ſuam maieſtatem revereri. Bene te novimus, reſpondebant illi, de ſterquilinio nate: Chalifa [hoc eſt vicarius] diaboli es, non Muhammedis prophetae! Simulque cum dictis eum barbarorum aliquis gladio tranſigebat, quo ex vulnere humi collapſum, conficiebant deinceps reliqui iacentem, et corpus quidem, quod ipſi vaſtum et carnibus grave contigerat, ſpoliatum prorſus vel ipſis femoralibus, ibi loci humabant, ubi ceciderat, egeſta raptim fovea, quam protinus aequabant, ut ſepulcri ne notae quidem ſupereſſent; caput autem ſude ſuffixum diris devovebant, et convitiis inceſſebant, et Acbar allah, quae vox ovantium eſt, identidem ingeminantes hunc in modum Munaſo Raſchidiam perferebant. Is enim ibi tum agebat, neque interfuerat pugnae, neque, ut credibile eſt, ſi adfuiſſet, tam triſte et indignum exemplum in principem ſtatui permiſisſet. Ad conſpectum capitis quidem luctum magnum oſtendebat, plangebat genas et caput, et lacrimabat. Annum aetatis agebat Moctader tum temporis octavum et trigeſimum, quorum viginti quinque annos minus paucos dies in Chalifatu exegerat, ſed nomine tenus, feminis et eunuchis, quod ſupra iam dictum, obnoxius, qui eius facilitate, ſocordia et prodiga opum luxurie ſuam in rem abutebantur.

Huic dare ſucceſſorem volebat Munas filium eius, Abu-l-Abbaſum. At Abu-Iacob Ishac, filius Iſmaëlis, Naubechtenſis, intercedebat, eum puerum adhuc eſſe cauſſatus. Rei autem publicae opus eſſe viro, qui ſeque ſuosque gubernare ſciat. Caherum potius optarent principem, caeſi fratrem, qui iam, quod ſupra vidimus, tumultuarius paucorum dierum Chalifa fuerat. Sed eiusmodi conſiliorum auctor ſimilis erat ovi, quae proverbio fertur, ungula dum ſolum ſcalpit, eruiſſe, et monſtraſſe quaerenti lanioni cultrum illum, a quo iugulata fuit. Caher enim tempore poſt Naubechtenſem, in beneficii compenſationem, occidebat. Sed, miſſis his aetate poſterioribus, obtinuit

eius

فاحضروا القاهر بالله وهو محمد بن المعتضد وبايعوه لليلتين بقيتا من شوال هذه السنة ، ثم احضر القاهر ام المقتدر وسالها عن الاموال فاعترفت بما عندها من الضياع والثياب فغلظ ، فضربها اشد ما يكون من الضرب وكانت مريضة قد بدا بها الاستسقاء ثم علّقها برجلها فحلفت انها ما تملك غير ما اطلعته عليه ، واستوزر القاهر ابا علي بن مقلة وعزل وولّي وقبض علي جماعة من العمّال ✻

وفيها توفي القاضي ابو عمرو محمد بن يوسف وكان فاضلا ، وابو الحسن بن صالح الفقيه الشافعي وكان عابدا ، وابو نعيم عبد الملك الفقيه الشافعي الجرجاني المعروف بالاشتر الاستراباذي ✻

ثم دخلت سنة احدي وعشرين وثلثماية ، فيها في ذي الاخرة ماتت شغب والدة المقتدر ودفنت بتربتها بالرصافة ✻

وفيها حصلت الوحشة بين مونس وبين القاهر وكان مونس قد اقام بليق حاجبا وجعل امر دار الخلافة اليه فضيّق علي القاهر ومنع دخول امراة الي دار الخلافة حتي يعرف من هي ، فان القاهر قد استمال جماعة في الباطن للقبض علي بليق الحاجب ومونس واتفق

السكين بهذا الاسم ، Ita interpretes ad illud Hamaſae:

ان بجيرا واشياعه كما نبحث الشاة ان تدال
اثارت عن الحتف فاغتالها ، فمرّ علي حلقها المغول ،

Addam, verbum بحث videri proprie ſignificare *ſollicitare*, *findere*. Ita Succari ad Div. Hudeil. دعبج *per medium fiſſus*, reddit per مبحوث

eius ſententia. Arceſſitum igitur Caherum ſalutabant Chalifam gentis Abbaſicae decimum nonum, die 27 menſis decimi huius anni; qui multa protinus in aulae conſtitutione mutabat. Moctaderi, fratris, non ſuam, matrem, arceſſitam de facultatibus interrogabat. Neque fidem illi habebat illas ſolummodo edenti, quas in fundis et mundo habebat, ſed quo plura indicaret, iubebat eam vi, quanta maxima, verberibus caedi, nulla hydropis miſeratione, quo illa iam coeperat languere, nulla beneficiorum memoria, quae olim ipſa in eum contulerat, quum ad ſe in cuſtodiam datum benigne haberet; quin etiam ad extremum iubebat eam e pedibus ſuſpendi (300), prius non mittendam, quam ſanctiſſimo illa ſacramento, ſibi nihil quidquam, praeter indicata, in facultatibus eſſe, affirmaſſet. Deinde Vezirum conſtituebat Abu-Alin filium Moclae, ex aliis in alios transferebat dignitates et munia, praefectorumque bene multos in cuſtodiam mittebat.

Eodem obiit Cadi [Bagdadi nimirum, cuius aliquoties in ſuperioribus facta mentio fuit,] Abu-Amru Muhammed, filius Ioſephi, vir eruditus; item Abu-l-Haſan, filius Salehi, fakihus Schafeiticus, egregius dei cultor; et Abu-Noaim Abd-el-Malec, alius pariter fakihus eiusdem ſectae, origine Gorganenſis, vulgo Eſterabadeni nomine celeber.

Sexto menſe anni CCCXXI [qui annus die Decembr. 31. A. C. 932 coepit] obiit illa, de qua modo dicebamus, Moctaderi mater, Schagab, et humata eſt in buſto, quod viva ſibi curaverat apud Ruſafam exſtrui.

Eodem nata fuit inter Munaſum et Caherum diffidentia et ſimultas. Balik enim, quem Hagebum [ſeu cubicularium] conſtituerat, et cui curam domus auguſtae iniunxerat Munas, tam arcte habebat principem, ut vel ignotas feminas a palatio arceret. Ideo perſuadere quibusdam clanculum ſtuduerat Caher pollicitationibus, ut Balicum ſimul et Munaſum comprehenderent.

 Praeci-

واتفق مع القاهر علي ذلك طريف السبكري وهو من اكبر القواد * ذكر القبض علي مونس الخادم وبليق ، في هذه السنة في اول شعبان قبض القاهر بالله علي بليق الحاجب وابنه ومونس لانهم اتفقوا علي خلع القاهر واقامة ابي احمد بن المكتفي واتفق معهم الوزير ابن مقلة علي ذلك ، فاستمال القاهر طريف السبكري واتفق معه ومع الساجية علي قبض ابن بليق وامكنهم من الدهالين والممرّات ، وحضر ابن بليق بجماعة وقصد الاجتماع بالخليفة واظهر انه يريد الاجتماع به بسبب القرامطة وكان قصده القبض علي الخليفة ولم يعلم ابن بليق بما اعدّ *q* له القاهر ، فلما دخل دار الخلافة قبض عليه ، وبلغ اباه بليق ذلك وكان منقطعا في داره بسبب مرض حصل له فركب وحضر الي دار الخلافة بسبب ذلك فقبض عليه ايضا ، ثم ارسل القاهر يستدعي مونسا ، فامتنع عن الحضور ، فحلف له انه امن ويريد *r* ان يعرفه ما بلغه من اتفاق بليق وابنه علي خلعه فان كان كذبا افرج عنهما ، وما زال يحلف لمونس حتي حضر ، فقبض عليه ايضا وعزل ابا علي بن مقلة واستوزر ابا جعفر محمد بن القسم بن عبيد الله ،

ثم

q) اعدّ Cod. Leid. اعتد

r) ويريد Laconiſmus pro وانه يريد

Praecipuam operam, neque fruſtra, ea in re ipſi navabat, ducum e ſummis, Tarif Sabcarita, quo miniſtro, octavo ineunte huius anni menſe, ſui iuris faciebat Caher Balicum, et eius filium, et Munaſum, et, quem illi Chalifam ipſi ſubrogare cogitaverant, Abu-Ahmedem, filium Moctafii, omnesque neci dabat. Quod his perfectum artibus. Vt ſuas in partes pertraxerat Caher Tarifum Sabcaritam, facinorisque ſatellitem acceperat, collocabat Sagitas, qui Tarifo parebant, et molitionis conſcii atque adminiſtri erant, in veſtibulis, ceterisque ad palatium viis. Aderat interim cum ſuorum manu Baliki filius, ad principem admitti poſtulans, et, eſſe ſibi, quae ad eum de Carmatitis relata velit, ſimulans. At is id reapſe agebat, ut ſacro corpore poti-retur, neſcius inſidiarum, quas Caher in ipſius caput ſtruxerat. Intromiſſus igitur attinetur. Qua de re certior factus Balic, qui propter morbum, quo tum forte decumbebat, domi ſe continuerat, anxius de filii ſalute, ſuaque illum auctoritate et interventu liberandum nullus dubitans, conſcenſo raptim equo, propere pergit ad regiam. Sed et hic easdem in plagas incidebat. Potitus hoc pari, Munaſum quoque tandem arceſſebat Caher, et ſui copiam dare tergiverſanti, iure iurando perſuadere ſatagebat, nihil ipſi periculi imminere; velle tantummodo cum ipſo de conſpiratione Baliki et filii communicare, qua id actum, ut ſede poteſtateque ſua ſe everterent. Eius famae in veritatem cum ipſo, Munaſo, inquiſiturum; quae ſi falſa deprehendatur, absque mora utrumque libertati reſtitutum iri. Aegre quidem poterat Munaſo id perſuaderi, fraudis cauto, tandem tamen importunitate taedioque flagitationum et ſponſionum victus atque circumventus copiam ſui facit. Protinus tum comprehenſus etiam ille fuit; Moclae filius vero, in conſilia factionis huius implicitus, Veziri dignitate privatus ſucceſſorem accepit Abu-Gafarum Muhammedem, filium Caſemi, filii Obaidallae. Novus, cuius gratia ea omnia deſignata, ſpe et deſtinatione Chalifa,

 Abu-

ثم جدّ في طلب ابي احمد بن المكتفي فظفر به فبني عليه حايطا فمات * ذكر قتل مونس وبليق وابنه ، لما قبض القاهر المذكورين شغب الجند اصحاب مونس (وكانوا غالب العسكر) وثاروا بسبب حبس مونس وطلبوا اطلاقه ، فعمد القاهر الي ابن بليق ونبحه ووضع راسه في طشت ، وكان قد حبسهم متفرقين ، ثم احضر الراس في الطشت الي ابيه بليق ، فاخذ ابوه بليق يبكي ويترشف الراس ، ثم قتله القاهر وجعل راس بليق مع راس ولده واحضرهما الي مونس ، فلما راي مونس الراسين تشاهد ولعن قاتلهما ، فقتله ايضا واطلع ثلثة روسهم يطيف بها ونودي هذا جزاء من يخون الامام ، ثم نطفت وجعلت الروس في خزانة الروس علي عادتهم ، ثم عزل القاهر ابا جعفر الوزير وولّي الخصيبي الوزارة ، ثم قبض علي طريف السبكري وكان من اكبر القواد وهو الذي اتفق مع القاهر علي قبض مونس وغيره ولولاه لم يقدر القاهر علي فعل ما فعله *

ذكر ابتداء دولة بني بويه ، كان بويه رجل متوسط الحال بين الديلم وكنيته ابو شجاع ، فلما عظمت مملكة بني بويه اشتهر نسبهم فقالوا بويه بن فنا خسره

Abu-Ahmed, filius Moctafii, poſteaquam indagatorum ſtudium diu eluſiſſet, protractus tandem e latebris anguſtam in cellam, eius tollendi cauſſa recens opere caementitio ſtructam, includitur, in qua periit. Exercitus interim, cuius maxima pars Munaſi erat, tumultuari et fremere ob herum cuſtodia coërcitum, et miſſionem eius flagitare. Quos ut compeſceret atque terreret Caher, primum occidebat Baliki filium, eiusque caput impoſitum lanci ad patrem mittebat. Diverſis enim carceribus aſſervabantur. Tum pater, poſteaquam carum caput filii lacrimis humectaſſet, et oſculis triviſſet, ipſi adiunctus eſt. Tandem Munaſo ambo capita una in lance proponuntur, qui, ad eorum conſpectum, fidei Muſlemicae confeſſione iterum iterumque edita, deoque iniuriae ſibi et ſociis factae teſte et ultore citato, caedis auctorem exſecrabatur: ſed confeſtim eadem clade oppreſſus iacuit. Tria haec capita primum circumlata per Bagdadum, anteeunte et proclamante praecone, tale praemium omnes perfidiam in Imamum de ſe monſtrantes manere; deinde a ſordibus et tabo purgata, et in horreo capitum pro more fuerunt condita. Deinde amovebat Caher Abu-Gafarum a Veziratu, eique ſufficiebat Choſaibitam. Tariſum Sabcaritam quoque comprehendebat, e ducum potiſſimis, illum ipſum, cuius ope Munaſum ceterosque aggreſſus erat, et absque quo tantam rem numquam perfeciſſet.

Incidunt in eos dies principatus Buidarum initia. Erat inter Dailomitas * vir mediocris fortunae, nomine Buia, praenomine Abu-Schogaa dictus, tum quidem obſcuri generis; tempore autem poſt, in famam et potentiam eniſa eius progenie, inventi fuerunt, qui ſeriem gentis ab illuſtriſſimis maioribus repetitam hanc vulgarent. Buia illis auctoribus fuit filius Fana **

 Choſru,

* Vide de his Golii adnot. ad Alfarganum pag. 204 ſeqq. *A.*

** Fana فنا, non Caba قبا, ut exhibet Herbelotus.

خسره بن تمام بن كوهي بن شيرزيل الاصغر بن شيركنده بن شيرزيل الاكبر بن سيران شاه بن شيرفنه بن بستان شاه بن شير فيروز بن شيرزيك بن سنسنا بن بهرام جور الملك بن يزدجرد الملك وباقي النسب الي اردشير بن بابك قد تقدم في اخبار ملوك الفرس الاكاسرة ، وكان لبويه المذكور ثلثة اولاد عماد الدولة ابو الحسن علي وركن الدولة الحسن ومعز الدولة ابو الحسين احمد اولاد بويه ابي شجاع المذكور ، وكانوا في خدمة ماكان بن كالي الديلمي ، ولما ملك من الديلم اسفار بن شيرويه ومرداويج علي ما اشرنا اليه ملك ماكان بن كالي الديلمي طبرستان وكان اولاد بويه الثلثة المذكورون من جملة عسكره متقدمين عنده ، فلما استولي مرداويج علي ما كان بيد ماكان بن كالي من طبرستان سار ماكان عن طبرستان واستولي علي الدامغان ، ثم انهزم ماكان بن كالي وعاد الي نيسابور منهزما واولاد بويه الثلثة معه لا يفارقونه ، فلما راوا ضعفه وعجزه عن مقاتلة مرداويج قالوا نحن معنا جماعة وانت مضيق والاصلح ان نفارقك لنخفف المونة عنك ، فان صلح s) امرك عدنا اليك ، فاذن لهم ففارقوه ولحقوا بمرداويج وتبعهم في ذلك جماعة من قواد ماكان ، فاحسن اليهم مرداويج

s) صلح Cod. Leid. اصلح Poteſt quoque legi اصلحت imo اصلح retineri, ſi accipiatur pro paſſivo IV Coniugationis.

Choſru, filii Tamani, fil. Cuhi, f. Schirzir * minoris, f. Schircondeh, f. Schirzir maioris, f. Schiraz Schah, f. Schirſana, filii Boſtan Schah, f. Schir Piruz, f. Schirzic, f. Sanſana, f. Baharamgaur, regis Perſarum, filii Iezdegerdi, pariter regis, cuius maiores, Perſicos reges, Coſroës vulgo dictos, ad gentis auctorem, vel regni potius conditorem, Ardaſchirum [vel Artaxerxem] filium Babeki, productos, in prima Compendii huius parte, ibi loci expoſuimus, ubi de regibus Perſarum diſſeruimus. Huic itaque Buiae tres erant filii: Abu-l-Haſan Ali, cui poſtmodum additus a Chalifa titulus fuit Emad-ed-daula [ſeu columna principatus, vel regiae], quo ſollemniter citatur; alter, Haſan, cui deinceps acceſſit titulus Rocn-ed-Daula [ſeu lapis angularis regiae et principatus, Bagdadici puta]; tertius Abu-l-Hoſain Ahmed, idem ille, qui nobis deinceps Maaz-ed-daulae titulo veniet. [Vox robur et praeſidium aulae notat.] Hi tres Buiae filii merebant primum ſub Macano, filio Cali, Dailomita, Tabareſtanae domino, eo tempore, quo Aſpar, filius Schiruieh, et Mardavigus eas, quas ſupra nominatim diximus, regiones ſubigebant. Buidas Macan prae ceteris ſuis tribunis ſummi faciebat, eiusdem ſecum fortunae aliquamdiu conſortes. Quum enim Mardavig eam Tabareſtanae partem occuparet, quae Macani ditionis erat, emigrabant cum hero Dameganam; et inde porro pulſi Niſaburam. Verum tamen perſpecta tandem heri debilitate, ſuſtinendo tanto adverſario, quantus erat Mardavig, prorſus non paris, qui ad eum diem fidi comites fugae errorumque Macano fuerant, ab eo veniam abeundi petebant. Satius ſibi videri facturos, ſi commeatum comparationem eî faciliorem ſeceſſu ſuo fecerint. Animum ſibi eſſe ad conſueta munia redeundi, quando res eius in melius mutatae fuerint. Venia igitur a Macano impetrata tranſibant Buidae ad Mardavigum. Quod exemplum ſecuti Macanicorum plures a novo domino

* Graecis Latinisque *Xerxes*. *A.*

مرداويج وقلّد عماد الدولة علي بن بويه الكرج ، ولما استقرّ عماد الدولة في كرج قوي وكثر جمعه ثم اطلق مرداويج لجماعة من قواده مالا علي كرج ، فلما وصلوا لقبض المال احسن اليهم عماد الدولة المذكور واستمالهم ، فمالوا اليه حتي اوجبوا طاعته ، فبلغ ذلك مرداويج فاستوحش من ابن بويه ، ثم قصد ابن بويه المذكور اصفهان وبها ابن ياقوت فاقتتلوا فانهزم ابن ياقوت واستولي ابن بويه علي اصفهان وكان اصحاب ابن بويه تسعماية رجل وعسكر ابن ياقوت عشرة الاف ، فلما هزم ابن بويه بتسعماية عشرة الاف عظم في عيون الناس وقويت هيبته وبقي مرداويج يراسل ابن بويه ويستدعيه بالملاطفة وابن بويه يعتذر ولا يحضر اليه ، واقام ابن بويه باصفهان شهرين وجبي اموالها وارتحل الي ارجان ، وكان قد هرب اليها ابن ياقوت واسمه ابو بكر ، فانهزم من بين يدي ابن بويه بغير قتال فاستولي ابن بويه علي ارجان في ذي الحجة سنة عشرين وثلثماية ، ثم سار ابن بويه الي النوبندجان واستولي عليها في ربيع الاخر من هذه السنة (اعني سنة احدي وعشرين وثلثماية) ، ثم ارسل عماد الدولة اخاه ركن الدولة الي كازرون وغيرها من اعمال فارس فاستخرج اموالها ، ثم كان منهم ما سنذكره ان شاء الله *

وفي هذه السنة توفي ابو بكر محمد بن الحسين بن دريد اللغوي

domino benigne omnes ſunt excepti. Hos inter Emad-ed-daulae, Buidarum natu maiori, attribuebat Mardavig Caragum (301) [urbem Parthiae], ubi magnas ille vires et numeroſam legionem conſcribebat. Tempore poſt accidebat, ut Mardavig ducum ſuorum aliquibus repetenda e Caragae reditibus ſtipendia aſſignaret. (302) Duces, ut eo percipiendi commodi cauſſa venerunt, tanta comitate et honorificentia a Buida excepti, tantis illecti blanditiis fuerunt, ut in eius poteſtatem ſe darent. Quo cognito Mardavig formidare et odio habere coepit Buidam; qui eo tempore novum ipſe regnum condebat. Contendebat enim Isfahanam, eamque, victo Abu-Becro, Iacuti filio, qui Chalifae nomine urbi et provinciae praeerat, occupabat (303), ſucceſſu tam facili et prono, tam miraculi pleno, ut haec victoria magno terrore et Buidae reverentia hominum animos perculerit, planamque viam inſecutis ſtraverit. Nongentis enim viris, tantum agmen Buida omnino trahebat, profligarat decem illa millia, quae Iacuti filius ipſi obiecerat. Mardavig itaque non iam nunc aperta vi, ſed arte agendum ſibi cum Buida eſſe intelligens, blandis eum verbis iterum atque iterum miſſitans arceſſebat. Sed neque ſic proficiebat apud Buidam, varia ex variis cauſſantem. Interim expilabat hic Isfahanam per duos menſes; inde Arganam promovebat, Iacutidam perſequens (304), qui eo ſe receperat, ſed ſubeunte Buida proelii fortunam rurſus experiri non audens, urbe excedebat et victori facilem praedam permittebat. Factum id extremo anni CCCXX. Naubendeganam inde procedebat Emad-ed-daula, eamque menſe quinto huius anni CCCXXI ſubigebat; tum fratrem, Rocn-ed-daulam, Cazerunae aliisque Perſidis praeturis immittebat, imperatas pecunias exactum. Quae autem porro fecerint hi fratres Buidae, ſuo quaeque loco diſtinctius exponemus.

Huius anni octavo menſe obiit philologus Ibn-Doraidi nomine celeber, Abu-Becr Muhammed filius Hoſaini, centum pro-

اللغوي في شعبان وولد سنة ثلث وعشرين ومايتين واخذ العلم عن ابي حاتم السجستاني وابي الفضل الرياشي وغيرهما ، وكان فاضلا شاعرا نظم قصيدته المقصورة المعروفة بمقصورة ابن دريد ، وله تصانيف كثيرة في النحو واللغة ، منها كتاب الجمهرة ، وله كتاب الخيل ، وكان ابن دريد قد ابتلي بشرب النبيذ ومحبّة سماع العيدان ، قال الازهري دخلت علي ابن دريد فوجدته سكرانا فلم اعد بعدها اليه ، قال ابن شاهين كنّا ندخل علي ابن دريد ونستحيي مما نري من العيدان المعلّقة والشراب المصفّي وكان قد جاوز التسعين ✻

وفيها توفي ابو هاشم بن علي الجباني *t* المتكلم المعتزلي ومولده سنة سبع واربعين ومايتين اخذ العلم عن ابيه علي *v* واجتهد حتي صار افضل من ابيه ، قال ابو هاشم كان ابي اكبر مني بثنتي عشرة سنة ، وكان موت ابي هاشم وابن دريد في يوم واحد فقال الناس اليوم دفن علم الكلام وعلم اللغة ، ودفنا بمقابر الخيزران ببغداد ✻

وفيها توفي محمد بن يوسف بن مطر الفربري وكان مولده سنة احدي وثلثين ومايتين وهو الذي روي صحيح البخاري عنه وكان قد سمعه من البخاري عشرات الغوف *x* ،

وهو

t) الجباني idem eſt atque الجباي ut ſupra الداراي et الداراني

v) ابيه علي Cod. Leid. habebat ابيه ابي علي

x) الغوف Vox nihili. Forte دفوع *decem vicibus*, aut الوف Prius rectius videtur.

pemodum annos natus, quippe qui anno CCXXIII in lucem editus fuit. Magiſtros audiverat Abu-Hatemum Segeſtanenſem (305), et Abu-Fadlum Raiaſchitam, et alios. Erat vir eruditiſſimus, et in poëſi quoque excellens, cuius rei documento eſt nota illa Macſura, ex auctore Doraidica dicta. Multos praeter eam libros argumenti partim grammatici, partim litterarii, ſcripſit; ut Lexicon, quo et maxima et puriſſima linguae Arabicae pars explicatur (306), item librum de equis. Dolendum, tantum virum infami vini et muſices amore tentatum et exagitatum a malo genio fuiſſe. Tradit ſane Azarita, ſe aliquando Ibn-Doraidum conveniſſe, at, quod crapula ſepultum cerneret, idcirco ad eum numquam rediiſſe. Simile quid narrat Ibn-Schahin: Saepe, inquiens, pudorem nobis incutiebant, ad Ibn-Doraidum doctrinae accipiendae gratia convenientibus, citharae de pariete dependentes, et calices vitrei claro et colato vino radiantes. (307)

Eodem obiit Abu-Haſchem, filius Alii, Gobbaita,* Motacallem [vel dialecticus, aut metaphyſicus, aut ſophiſta] ſecta Motazalita. Natus fuerat anno CCXLVII habueratque patrem magiſtrum, ſed quem, ſedulitate uſus, ſuperavit. Rarum eſt, quod ipſe Abu-Haſchem de ſe narrare ſolebat; iuniorem ſe patre plus duodecim annis non fuiſſe. (308) Eadem hic die, qua modo laudatus Doraidides, finiit; quo factum, ut iactatum per academiam Bagdadicam fuerit, eo die, quo humabantur, humatam ſimul eſſe et philologiam et dialecticam. Conditi ambo fuerunt in publico ſepulcreto Bagdadico, quod a conditrice ſepulcra Chaizaranae (309) appellatur. [Ea uxor Haruni Raſchidi fuit.]

Eodem anno Muhammed obiit, filius Ioſefi, filii Matri, vulgo Farbarenſis dictus, anno CCXXXI natus, vir, qui decies Bocharium audiverat, ſuum corpus genuinarum traditionum

 prae-

* Alius eiusdem nominis anno CCCIII obiiſſe dicitur.

وهو منسوب الي فربر (بالفاء والرايين المهملتين ثم باء موحدة من تحتها) وفربر المذكورة قرية من قري بخارا ، كذا نقله ابن الاثير في تاريخه الكامل ، وقد ذكر القاضي شمس الدين ابن خلكان ان فربر المذكورة بلدة علي طرف جيحون *

وفيها توفي بمصر ابو جعفر احمد بن محمد بن سلامة الازدي y الطحاوي الفقيه الحنفي انتهت اليه رياسة اصحاب ابي حنيفة وبرع وصنّف كتبا مفيدة منها احكام القران واختلاف العلماء ومعاني الاثار، وله تاريخ كبير، وكانت ولادته سنة ثلاث وثلثين ومايتين ۞

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين وثلثماية ، فيها استولي عماد الدولة علي شيراز *

ذكر خلع القاهر بالله ، وفي هذه السنة في جمادي الاولي خلع القاهر بسبب ما ظهر منه من الغدر بطريف السبكري وغشه z في اليمين بالامان للذين قتلهم ، وكان ابن مقلة استتر من القاهر ويجتمع بالقواد ويغريهم به ، وكان ابن مقلة تارة يظهر بزيّ اعجمي وتارة بزي مكدي واعطي لبعض المنجّمين ماية دينار ليقول للقواد ان عليهم قطعا a من القاهر ، وكذلك اعطي لبعض معبّري المنامات ممن كان يعبّر المنامات لسيما القايد انه اذا قصّ عليه سيما مناما يعبره بما يخوّفه به من القاهر ، ففعلوا ذلك ، فاستوحش سيما مقدم الساجية وغيره من القاهر واتفقوا علي القبض علي القاهر ،

فاجتمعوا

y) الازدي Cod. Leid. habebat الازري Mecum facit Raud el-Achiar.

z) وغشه Sic ſcribendum putavi pro وخشه quod eſt in cod. Leid. Poteſt quoque وخبه legi. غش hoc loco eſt, *doloſus fuit* in iureiurando:

praelegentem; et e cuius recenſione liber ille Bocharii vulgo proſtat. Farbarenſi appellatur ex urbe patria Farbar, quam Ibn-al-Atir in Camelo [ſeu Chronico completo] unde a nobis repetita ſunt, quae hoc de viro tradimus, oppidum agri Bocharenſis ait eſſe. Cadi Schamſeddin Ibn-Chalican urbem Oxi ripae aſſitam appellat.

Eodem obiit Miſrae Abu-Gafar Ahmed, filius Muhammedis, filii Salamae, Azdita, Tahavi, qui Rais [ſeu Capitaneus, vel Pater generalis] ordinis Hanafitici per Aegyptum fuit, et magnam adeptus eſt famam a virtutibus, et libris, quos dedit utiliſſimos, ut: ſanctiones Corani, et de diſſidiis eruditorum, et de ſenſu traditionum, item Chronicon magnum. (310) Natus fuerat anno CCXXXIII.

Anno CCCXXII [qui die 21 Dec. A. C. 933 coepit] potiebatur Emad-ed-daula, filius Buiae, Schiraza.

Eiusdem anni menſe quinto exutus Chalifatu fuit Caher, ob perfidiam, qua erga Tarifum Sabcaritam uſus fuerat, eosque, quos, ſponſa nequicquam incolumitate, occiderat. Multum contulit ad eius cladem Ebn-Mocla, qui, poſtquam Veziratu deiectus fuerat, Caheri metu latitabat, et aliis aliisque perſonis, modo Perſae, modo mendici, obreptans conveniebat, et irritabat adverſus Caherum magnates; aſtrologis (311) etiam, inſomniorumque interpretibus, in rem ſuam abutebatur. Illorum enim aliquem centum aureis numis conducebat, ut illis, a quibus ad interpretationem futurorum caſuum advocaretur, ſignificaret, metuendam ipſis Caheri ſaevam iram eſſe: horum autem ſimiliter largis corrumpebat eum muneribus, quo Sima, Sagitarum dux, inſomniorum interprete utebatur, ut ea Simae ſubiiceret, quae animum eius odio metuque Caheri ſollicitarent. Neque carebat artificium effectu. Nam Sima, ceterique duces, ſubeunte principis odio et diffidentia, conſpirabant in id, ut Caheri corpore potirentur. Ideoque accedebat ad eum aliquo

 mane,

فاجتمعوا وحضروا اليه ، وكان القاهر قد بات يشرب آكثر ليلته وهو سكران نايم ، فاحدقوا بالدار ، فاستيقظ القاهر مخمورا واوثقت الابواب عليه فهرب الي سطح حمام هناك فتتبعوه *b* واخذوه واتوا به الي الموضع الذي فيه طريف السبكري فاخرجوا طريفا وحبسوا القاهر موضعه ثم سملوا عيني القاهر ، وكانت خلافته سنة واحدة وستة اشهر وثمانية ايام *

ذكر خلافة الراضي بالله وهو العشرون من خلفاء بني العباس ،
لما قبض علي القاهر كان ابو العباس احمد بن المقتدر ووالدته محبوسين ، فاخرجوه واجلسوه علي سرير القاهر وسلّموا عليه بالخلافة ولقّبوه الراضي بالله ، وبويع بالخلافة يوم الاربعا لستّ خلون من جمادي الاولي من هذه السنة (اعني سنة اثنين عشرين وثلثماية) ، فاشار سيما القايد بوزارة ابن مقلة ، فاستوزره الراضي بالله ، وراودوا القاهر ان يشهد عليه بالخلع فامتنع وهو في الحبس اعمي *

ذكر وفاة المهدي العلوي صاحب افريقية وولاية ابنه القايم ،
في هذه السنة في ربيع الاول توفي المهدي عبيد الله العلوي الفاطمي بالمهدية واخفي ولده القايم ابو القسم محمد موته سنة لتدبير كان له ، وكان عمر المهدي ثلثا وستين سنة وكانت ولايته اربع وعشرين سنة وشهرا وعشرين يوما ، ولما اظهر ابنه القايم وفاته بايعه الناس واستقرّت ولايته *

ذكر قتل ابن الشلمغاني وغرابة *c* شي من مذهبه الخبيث *d* ،
في هذه السنة قتل محمد بن علي الشلمغاني ، وشلمغان المنسوب اليها قرية بنواحي واسط ، واحدث مذهبا مداره علي حلول الالهية والتناسخ

mane, noctem inſecuto, cuius maximam partem Caher inter pocula exegerat, et ſomno crapulaque adhuc ſepultum opprimebant, palatium corona ſatellitum cingentes. Per hunc ſtrepitum experrectus princeps, gravis adhuc et torpens a vino, quum evadere per clauſas fores nequiret, in tectum adſtructi balnei confugit; quo eum ſecuti abſtrahunt, et eo transferunt, ubi Tariſum Sabcaritam in cuſtodia tenebat, et huius in libertatem aſſerti locum occupare iubent, uſu tandem oculorum per candentem laminam privant. Sic deſiit Caheri Califatus, qui octodecim menſes et octo dies tenuerat.

Inter haec haerebat Abu-l-Abbas Ahmed, filius Moctaderi, cum matre in carcere; unde protractum eum in vacuefacto ſolio collocant, et Chalifam ſimul, atque Radium billah [ſeu acquieſcentem in divina voluntate] ſalutant, et ſacramentum ipſi dicunt, ſeptimo die, qui Mercurii tunc erat, quinti menſis huius anni CCCXXII: eſtque is Chalifarum Abbaſicae gentis ordine vigeſimus. His peractis confertur Veziratus, Simae ſuaſu, in Ebn-Mocla. Interim Caher iure ſuo novo principi cedere et coram teſtibus imperio ſe abdicare, rogatus quamvis ſemel atque iterum, et coecus, et carcere clauſus, nolebat tamen.

Eiusdem anni menſe tertio Libyae dominus obiit, Mahdi Obaidalla, Alida Fatemita, anno aetatis ſexageſimo tertio, poſt exactos in imperio viginti quatuor annos et quinquaginta dies. Cuius mortem filius, Abu-el-Caſem Muhammed, Caiemi nomine celebrior, quo firmiorem gradum in novo principatu figeret, aliasque ob occultas rationes, integro anno celavit; evulgata vero, absque controverſia dominus agnitus eſt.

Huius anni menſe undecimo ſupplicium ſubiit meritum Muhammed, filius Alii, vulgo Schalmaganenſis (312), a patria Schalmagan dictus; id oppidum eſt agri Vaſeteni; ob tetram, cuius auctor erat, ſectam, illo triplici ridicularum opinionum monſtro nixam, primo, deum in humano corpore habitare;

altero,

والتناسخ والتشبّع ، وقيل انه اتبّعه علي ذلك الحسين بن القسم
بن عبيد الله الذي وزر للمقتدر واتبعه ايضا ابو جعفر وابو علي
ابنا بسطام وابراهيم بن ابي عون واحمد بن محمد بن عبدوس ،
وكان محمد الشلمغاني واصحابه مستترين وظهر في شوال هذه السنة
(اعني سنة اثنين وعشرين وثلثماية) فامسكه ابن مقلة الوزير ،
فانكر الشلمغاني مذهبه وكان اصحابه يعتقدون فيه الالهية ،
فامسك واحضر الي عند الراضي وامسك معه ابن ابي عون وابن
عبدوس ، فامروهما بصفع الشلمغاني ، فامتنعا ، فلما اكرها مدّ
ابن عبدوس يده وصفعه ، واما ابن ابي عون فمدّ يده ليصفعه
فارتعدت يده ، فقبل لحية الشلمغاني وراسه وقال الهي وسيّدي
ورازقي ، فقالوا للشلمغاني اما *e* قلت انك لم تدّع الالهية فقال
انني ما ادعيتها قطّ وما عليّ من قول ابن ابي عون مثل هذا ،
ثم اصرفا واحضر الشلمغاني عدة مرات بحضور الفقهاء واخر الامر ان
الفقهاء افتوا باباحة دمه ، فصلب الشلمغاني وابن ابي عون في
ذي القعدة من هذه السنة واحرقا بالنار ، ومن مذهبه لعنه الله
ان الله يحلّ في كل شي علي قدر ما يحتمله ذلك الشي
وان

rando: غاش *doloſus* opponitur ناصح *ſincero* apud Arabſiadem in hiſt. Tamerl. pag. 398 ult. Et de lacte aqua adulterata habet Meidanius غش hoc loco: قد همّت العجوز ان تمزق لبنها فجعلت الشابة تقول يا ام لا تمذ فيه ولا تغشيه ،

a) قطعا Ita quoque Ibn-Schehna. Nihilo minus praeferrem قطعا

b) فتبعه Cod. Leid. فتبعوه *c*) وغرابة Vox ſuſpecta.

d) Cod. Leid. ومن مذهب الحنبيب

altero, animas ex uno corpore in aliud migrare; poſtremo Alin mortalium excellentiſſimum, et, aut ipſum deum, aut deo ſimillimum, eſſe. Multi feruntur illuſtres homines, huic ſectae impliciti fuiſſe, ut Hoſain, filius Caſemi, filii Obaidallae, qui quondam Moctadero Vezirus fuit, item fratres, Abu-Gafar, et Abu-Ali, filii Baſtami; porro Ibrahim, filius Abu-Auni, et Muhammed, filius Abduſi. Latitaverat ad id tempus miſer cum aſſeclis, huius autem anni menſe decimo prodeuntem in publicum, palamque virus ſuum ſpargentem, comprehendebat, qui tunc Veziri munus gerebat, Ibn-Mocla. Infitias quidem ibat Schalmaganenſis, quarum accuſetur, eas ſuas ſanctiones atque doctrinas eſſe: at diſcipulis tamen, in eo divinum numen agere et ſedem poſuiſſe, firmiter perſuaſum erat. Delato igitur ad ſummum principem, Radium, cum cauſſa reo, iubentur pariter praeſentes criminis et periculi conſortes, filius Abu-Auni, et filius Abduſi, ſuum hunc deum ſcilicet et dominum impacto in cervices pugno caedere. Sed tergiverſabantur. Adhibitis autem minis et vi, Abduſi tandem filius ferit Schalmaganenſem; alter autem, filius Abu-Auni, attollebat quidem manum, ictum intentans: at tremore correpta, quod minabatur, perficere non valebat: barbam (313) potius et caput Schalmaganenſis deoſculatus filius Abu-Auni, Mi deus, aiebat, mi domine, mi altor! Interrogatus igitur Schalmaganenſis, annon paullo ante negaſſet talium quidquam ſibi unquam arrogaſſe, reſpondebat, ſe talia, qualia nunc effuderit filius Abu-Auni, ſua nolle facere, neque unquam de ſe iactaſſe. Sic tum quidem fuerunt dimiſſi; ſaepius autem deinceps adfuit dicto die Schalmaganenſis coram doctorum coetu, qui tandem, eum ultimum quodque ſupplicium meruiſſe, pronunciarunt. Iuxta quam ſententiam ille, una cum Abu-Auni filio, menſe penultimo huius anni, cruci ſuffixus, dein combuſtus fuit. (314) In teterriminis hominis erroribus erat ille quoque, dei tantum unicuique rei poſſe ineſſe, quantum eius

وان الله خلق الضدّ ليدلّ به علي المضدود ، فحلّ في ادم وفي ابليس ايضا وكلاهما ضد لصاحبه ، ومن مذهبه ان الدليل علي الحقّ افضل من الحق وان الضد اقرب الي الشي من شبهه ، وان الله داخل في جسد ناسوتي اظهر *f* فيه من القدرة والعجزة ما يدلّ علي انه هو ، وان الالهية اجتمعت في نوح وابليسه ثم افترقت بعده ثم اجتمعت في صالح وابليسه عاقر الناقة ثم افترقت بعده ثم اجتمعت في ابراهيم وابليسه نمرود ثم افترقت بعدهما وكذلك القول في هارون وفرعون ثم في سليمان وابليسه ثم في عيسي وابليسه ثم افترقت في الحواريين *g* ثم اجتمعت في علي بن ابي طالب وابليسه ، ومن مذهبه ان من احتاج الناس اليه فهو اله ، ومن مذهبه ومذهب اصحابه انهم يسمّون موسي ومحمدا الخاينين لان هرون وعليا ارسلا موسي ومحمدا فخاناهما ، وان عليا امهل موسي عدة سنتي اهل الكهف وهي ثلثماية وخمسون سنة فاذا انتهت انتقلت الشريعة ، ومن مذهبه ترك الصلوة والصوم وغيرهما من العبادات ويبيحون الفروج وان يجامع الانسان بين نساء من ذوي رحمه

e) اما Cod. L. ما

f) اظهر Forte يظهر

g) الحواريين Sic *Apoſtoli Chriſti* a Muhammedanis nominantur. Credidi aliquando ab حاور *collocutus eſt* ita appellatos fuiſſe. Sed rectius origo vocis repetenda videtur ab Aethiopis, quibus *havera* eſt *ire*, *incedere*, et *havarjah* plur. *havarjate*, nuncii, legati, quo nomine apoſtolos deſignant.

ea ferre queat; et deum ideo creaſſe το εναντιον, contrarium, quo per id agnoſcatur το εναντιουμενον, id quod ab altero contrario impugnatur. Sic habitaſſe deum in Adamo et Ibliſo [ſeu diabolo] pariter, quamvis altero alteri contrario. Eadem inſania ſtatuebat, argumentum veritatis ipſi veritati praeſtare; et contrarium alicui rei propius ab ea, quam eius ſimile, abeſſe. Deum in humano corpore agentem edere potentiae pariter et infirmitatis indicia, unde argui numen eius queat. Divinitatem ſimul in Noacho et eius diabolo ſubſtitiſſe; deinceps ſeparatam fuiſſe usque ad Salehum, in quem et eius diabolum coierit: erat autem hic Aker en-Nacat [ſeu profanus ille Tamudita, qui camelum Salehi prophetae ſucciſis ſuffraginibus ſternebat*]. Deinde rurſus ſeorſim diſceſſiſſe divinitatem, donec denuo iuncta fuerit in Abrahamo, et eius diabolo Nimrodo; dein rurſus ſeceſſiſſe. Idem porro cenſebat de Aarone et eius diabolo, Faraone; de Salomone et eius diabolo; de Ieſu Chriſto et eius diabolo, a quo Chriſto divinum numen diſtributum fuiſſe inter duodecim apoſtolos. Tandem iterum illud in Ali, filio Abu-Talebi, et eius diabolo, coiiſſe. Porro aſſeverabat eum cuique deum eſſe, quo iſti opus ſit. (315) Muhammedem et Moſen impoſtores appellabat. Moſen enim ab Aarone miſſum, et Muhammedem ab Alio, non mutata, ut vulgo fit, vice; legationis propheticae dignitatem et in civilibus rebus auctoritatem, res iuris non ſui, per vim et fraudem arripuiſſe. Alin tamen Muhammedi ſpatium, quo lex eius vigeat et floreat, annorum ter centum et quinquaginta fuiſſe largitum, tot ſcilicet, quot illi a longo ſomno clari ſeptemviri in cavea haeſiſſent. Eo ſpatio exacto leges ambas vices mutaturas, Muhammedicamque Aliticae locum facturam eſſe. Vetebat preces et largitiones in pauperes, alioſque honores, quibus divinum numen cultores eius merito proſequuntur. Promiſcui iuris faciebat coniugia etiam arctiſſimae neceſſitudinis affinium. Nam eas

 eſſe

* Qua de re vide Sale ad Coranum pag. 124. *A.*

رحمه وانه لابدّ للفاضل فيهم ان ينكح المفضول ليولج النور فيه وانه من امتنع من ذلك قلب في الدور الثاني امراة اذ كان مذهبهم التناسخ ، ولعلّ هذه المقالة هي مقالة النصرية *

ذكر غير ذلك من الحوادث ، وفي هذه السنة قتل اسحق بن اسماعيل النوبختي قتله القاهر قبل ان يخلع وكان النوبختي المذكور هو الذي اشار باستخلافه *

وفيها سار الدمستق الي بلاد الاسلام ففتح ملطية بالامان بعد حصار طويل واخرج اهلها واوصلهم الي مامنهم وذلك في مستهل جمادي الاخرة وفعل الروم الافعال القبيحة بالمسلمين وصارت اكثر البلاد في ايديهم *

وفيها توفي ابو نعيم الفقيه الجرجاني الاستراباذي وابو علي محمد الروذباري الصوفي * وفيها توفي حسين بن عبد الله النساج الصوفي من اهل سامرا وكان من الابدال ، ومحمد بن علي بن جعفر الكتاني المشهور وهو من اصحاب الجنيد *

ثم دخلت سنة ثلاث وعشرين وثلثماية ، ذكر قتل مرداويج بن زيار ، في هذه السنة قتل مرداويج الديلمي صاحب بلاد الجبل وغيرها وسبب ذلك انه لما كان ليلة الميلاد من هذه السنة امر بان تجمع الاحطاب وتلبس الجبال والتلال ، وخرج الي ظاهر اصفهان لذلك وجمع ما يزيد علي الفي طاير من الغربان ليعمل في ارجلها النفط ليشعل ذلك كله ليلة الميلاد

واصر

eſſe partes praeſtantis et potioris, ut ordinis ſui ſequius atque debilius impraegnet, quo nempe lucem (316) ei inſinuet: quisquis repugnet, eum in ſecundo animae orbe (ſciſcebant enim animarum circulationes) feminam fore. Forſan haec ſententia quoque Noſairitarum * eſt.

Hoc anno necabat Caher, antequam Chalifatu privaretur, Iſmaëlem, filium Ishaki, Naubechtenſem, illum ipſum, cuius opera atque commendatione maxime ſupremam dignitatem conſecutus fuerat. Qua de re iam ſupra diximus.

Eodem invadebat Domeſticus [Ioannes Curcuas] in agrum Muſlemicum, et Malatiam, poſt diuturnam obſidionem, Calendis ſexti menſis, deditione in fidem accipiebat: unde Muſlemos emigrare iuſſit, et addito praeſidio deduxit ad locum Muhammedanae ditionis, ubi ſecuri a Graecorum iniuriis eſſe poterant. Nihilo minus tamen foede cum Muſlemis egerunt Graeci, plurimamque partem iſtius tractus poteſtatis ſuae tum fecerunt.

Eodem obierunt Abu-Noaim fakihus Gorganenſis Aſtàrabadenſis, et Abu-Ali Muhammed Rudbari, Suficus, et Hoſain, filius Abdallae Naſag [ſeu tector], Suficus, civis Samirrae, de ordine Abdaliorum (317); nec non Muhammed, filius Alii, filii Gafari, Catani [h. e. lintearius], celeber diſcipulus Gonaidi.

Anno CCCXXIII [qui die 10 Dec. A. Chr. 934 coepit] occiſus eſt Mardavig Dailomita, dominus regionis montanae, [vel Parthiae] et aliarum. Caedis haec erat cauſſa et ratio. Iusſerat, quo ſplendidius feſtiviusque celebraret diem ſuum natalem (318), per circumpoſitos Isfahanae montes collesque lignorum ingentes conſtrui acervos, qui per noctem proximam arderent, et tenebras illuminarent. Accendebat autem eos miniſterio corvorum et aliarum avium, quarum plus duo millia coëgerat, et cum naphtha in earum pedibus ardente dimittebat. Lautiſſi-

* Vide Pocockii ſpecimen hiſtoriae Arabum p. 265. et infra ad ann. 717. *A.*

** Hunc autem ſupra pag. 369 anno CCCXX mortuum eſſe dicit auctor. *A.*

وامر بعمل سماط *h* عظيم فيه الف فرس والفاراس بقر ومن الغنم
والحلوي شي كثير، فلما استوي *i* ذلك فراه استحقره وغضب علي
اهل دولته، وكان كثير الاساءة الي الاتراك الذين في خدمته، فلما
انقضي السماط وايقاد النيران واصبح ليدخل الي اصفهان اجتمعت
الجند للخدمة وكثرت الخيل حول خيمته فصار للخيل صهيل
وغلبة *k* حتي سمعها، فاغتاظ وقال لمن هذه الخيل الغريبة،
فقالوا للاتراك، فامر ان يوضع سروجها علي ظهور الاتراك وان
يدخلوا البلد كذلك، ففعل بهم ذلك، وكان له منظر قبيح
استقبحه الديلم والترك، فازداد حنق الاتراك عليه، ورحل
مرداويج الي اصفهان وهو غضبان، فامر صاحب حرسه ان لا يتبعه
في ذلك اليوم ولم يامر احدا غيره ليجمع الحرس ودخل الحمام،
فانتهزت الاتراك الفرصة وهجموا عليه وقتلوه في الحمام، وكان
مرداويج قد تجبّر وعتي وعمل لاصحابه كراسي فضة يجلسون
عليها وعمل لنفسه تاجا مرصّعا علي صفة تاج كسري، ولما قتل قام
بالامر بعده اخوه وشمكير بن زيار *

ذكر فتنة الحنابلة ببغداد، وفيها عظم امر الحنابلة علي الناس
وصاروا يكبسون دور العامّة والقواد واذا وجدوا نبيذا اراقوه وان وجدوا
مغنية

h) سماط *convivium.* Mirum, hanc ſignificationem perfrequentem Lexico Goliano deeſſe. Habet Abulfaragius pag. 371. lin. 13. Eſt a سمط *ſeries, filum, linea.* Orientales enim principes, cum convivantur, non in rotundum conſidere iubent, ſed in longum porrigunt convivas, et dapes illis in una quaſi longa ſerie et linea proponuntur. Hinc illae dapes سمط *lineae* dicuntur, et totum quoque convivium سماط *linearum inſtructio.*

mas praeterea iuſſerat epulas apparari, mille mactari equos, bis mille boves, pecudum incredibilem vim; multum quoque dulciariorum comparari. Parata tamen et coram poſita atque conſtructa omnia improbat, ut minuta et maieſtate ſua inferiora, multumque ad purpuratos, qua erat ad iracundiam proclivitate, ideo ſtomachabatur: prae ceteris vexare Turcas amabat ſub ipſo merentes. Soluto convivio, et emortuis ignibus, quum altero mane vellet in urbem redire (nam in agro Isfahanenſe epulatus fuerat), aderant copiae ad domini tentorium in armis et equis, qui multi eundem in locum conducti ſtrepitum et hinnitum mirificum edebant. Vnde fremens ira Mardavig interrogabat, quinam illi eſſent equi, ad praetorium ſuum tam prope accedere auſi, cognitoque, Turcarum eſſe, iubebat Turcas, [quo caſtigaret et infamaret nationem ſibi exoſam,] ſellas, equis ademtas, in cervicibus geſtantes in urbem ingredi. Quod quin facerent, effugere quum nullo modo Turcae poſſent, multum ea res addebat odio, quo hominem proſequebantur, ne gentilibus quidem Dailomitis valde acceptum, vultus turpem morumque gravem. Intrabat itaque Mardavig Isfahanam plenus irarum, et praefecto ſatellitum illo die a cuſtodia ſui corporis dabat otium, nulli alii mandata excubiarum cogendarum cura. Id quod funeſtum ei fuit. Turci enim, occaſione uſi, non opinantem praeſidiisque nudum opprimebant et necabant in balneo. Sane nimis inſolenter ſe geſſerat Mardavig, et ſaevierat, inflatus potentia, et, ut ipſe ſolio inſidere ſolebat aureo, infulam in capite gerens, qualem Coſroës olim gerere conſueverant, auro et gemmis intextam: ita purpuratis argentea ponebat ſedilia. Sublato Mardavigo ſuccedebat frater, Vaſchmegir, filius Zeiari.

Hoc anno invaleſcebant Bagdadi tumultus ab Hanbalitica ſecta excitati. Privatorum enim iuxta principumque domos invadebant illi ſectae dediti derepente, vinum, ſi qua invenirent, effundebant, aut ſi quam cithariſtriam cum inſtrumentis muſicis,

cade-

مغنية ضربوها وكسروا الة الغناء واعترضوا في البيع والشراء وفي مشي الرجال مع الصبيان ونحو ذلك، فنهاهم صاحب الشرطة عن ذلك وامر ان لا يصلي منهم امام الا اذا يجهر ببسم الله الرحمن الرحيم، فلم يغن فيهم، فكتب الراضي توقيعا ينهاهم ويوبّخهم باعتقاد التشبيه، فمنه انكم تارة تزعمون ان صورة وجوهكم القبيحة السمجة على مثال رب العالمين وهيئتكم على هيئته وتذكرون له الشعر القطط والصعود الى السماء والنزول الى الدنيا، (وعدد فيه قبايح مذهبهم) ان امير المومنين يقسم قسما عظيما لئن لم تنتهوا ليستعملنّ السيف في رقابكم والنار في منازلكم ومحالّكم *

ذكر ولاية الاخشيد مصر، وفي هذه السنة تولّى الاخشيد (وهو محمد بن طغج بن جف) مصر من جهة الراضي، وكان الاخشيد المذكور قبل ذلك قد تولى مدينة الرملة سنة ست عشرة وثلثماية من جهة المقتدر واقام بها الى سنة ثمان عشرة وثلثماية، فوردت كتب المقتدر بولايته دمشق فسار اليها وتولاها، وكان حينئذ المتولي على مصر احمد بن كيغلغ، فلما تولى الراضي عزل احمد بن كيغلغ وولى الاخشيد مصر وضمّ اليها البلاد الشامية، فسار الاخشيد من الشام الى مصر واستقرّ بها يوم الاربعا لسبع بقين من شهر رمضان من هذه السنة (اعني سنة ثلاث وعشرين وثلثماية) *

ذكر

i) استوى Rarior uſus verbi: *perfectus, abſolutus fuit.* De aetate animalis perfecta, quam in homine virilem appellamus, habet Divan Hudeil. بها كان طفلا ثم اسدس فاستوى لهما في لهوم قراهب "in eo (ſc. luſtro) fuit (rupicaper, de quo ſermo,) parvulus, tum mutavit dentes, deinde ad perfectam evaſit aetatem, aeque acer et robuſtus quam alii acres et robuſti." *k*) وجلبت aut وغلبت

caedebant verberibus, haec comminuebant; in foro et ubique ſe commerciis ingerebant turbatores, et, ſi qua viderent viros cum iuvenibus ambulantes, intercedebant [tamquam ſi ſenior iuniorem absque infamia et flagitii ſuſpicione comitari non poſſet]. Alia plura eius generis ſeditioſa inſtituebant, praefectum praetorio nihili facientes, qui auctoritatem ſuam interponebat, et a quoquam eius ſectae Imamo in fano quocumque preces praeiri vetabat, niſi qui ſollemnem formulam Biſmillâh-er-Rahmân er-Rahîm [ſeu In nomine clementiſſimi et ſumme miſericordis dei] clara voce praemiſerit. (319) Ipſius ſummi principis edicto componendis hisce motibus opus erat, quo non tantum eos ab iſto furore reſipiſcere iubebat Radi, ſed etiam comminationibus territos, praeter alia, vehementer ideo increpabat, quod deum homini ſimilem eſſe in animum induxiſſent. Excerpamus, ſi placet, ex illis tabulis nonnulla. "Vos, ait Chalifa, vultus veſtros, foedos illos et ridiculos, et ſimiarum ſimiles, effictos ad imaginem potentiſſimi creatoris eſſe, qui coelum et terras condidit, reliquumque veſtri corporis habitum conformatum ad eius habitum eſſe exiſtimatis: tribuitis illi criſpum capillitium, aſcenſum in coelos, deſcenſum in terram. Princeps fidelium iurat, (ſic, poſt recenſita multa eorum crimina pergebat,) at quanta poteſt maxima iurat religione, niſi deſiſtatis, in veſtras cervices gladio, et ignibus in aedes et vicos veſtros, et ubicunque vos deprehendat, graſſaturum."

Hoc anno praeficiebatur Aegypto, Radii nomime, Achſchid qui vulgo dicitur. Is eſt Muhammed, filius Tagagi, filii Goffi. Primum quidem, legatus a Moctadero, iam a. CCCXVI rexerat Ramlam: deinde translatus Damaſcum eiusdem voluntate fuerat a. CCCXVIII. Regebat eo tempore Aegyptum Ahmed, fil. Kiglagi. Quem Radi Chalifatu potitus avocabat, et Achſchido utramque provinciam, Aegyptum cum Syria, mandabat. Inde factum, ut Achſchid die 23 menſis noni huius anni Miſram occuparet.

ذكر قتل ابي العلا بن حمدان ، كان ناصر الدولة الحسن بن عبد الله بن حمدان هو امير الموصل وديار ربيعة وكان اول من تولّي الموصل منهم ابو ناصر الدولة المذكور وهو عبد الله وكنيته ابو الهيجا ولاه عليها المكتفي ، وقتل ابو الهيجا المذكور ببغداد في المدافعة عن القاهر لما قبض عليه ، وكان ابنه ناصر الدولة المذكور نايبا عنه بالموصل واستمرّ بها الي هذه السنة ، فضمن عمه ابو العلا بن حمدان ما بيد ابن اخيه من ديوان الخليفة بمال يحمله وسار ابو العلا الي الموصل فقتله ابن اخيه ناصر الدولة ، فلما بلغ الخليفة ذلك ارسل عسكرا الي ناصر الدولة مع ابن مقلة الوزير، فلما وصل الي الموصل هرب ناصر الدولة ولم يدركه ، فاقام ابن مقلة بالموصل مدة ، ثم عاد الي بغداد ، فعاد ناصر الدولة الي الموصل وكتب الي الخليفة يساله الصفح وضمن الموصل بمال يحمله ، فاجيب الي ذلك *

ذكر فتح جنوة وغيرها ، في هذه السنة سيّر القايم العلوي صاحب المغرب جيشا من افريقية الي البحر، ففتحوا مدينة جنوة واوقعوا باهل سردانية وعادوا سالمين *

وفيها استولي عماد الدولة بن بويه علي اصفهان وبقي هو ووشمكير يتنازعان تلك البلاد وهي اصفهان وهمذان وقم وقاشان وكرج والري وكنكور وقزوين وغيرها *

وفيها

Hoc anno peremtus eſt Abu-l-Ola, filius Hamdani, a ſuo ex fratre nepote, Naſer-ed-Daula Haſano, filio Abu-Haiga Abdallae, filii Hamdani, qui tunc Mauſelam et Deiar-Rabia tenebat. Iuvat hunc in locum de Hamdanidarum origine breviſſima quaedam conferre, cuius gentis frequens iam veniet mentio. Primus Hamdanidarum habuit Mauſelam, ex indultu Moctafii, Abu-Haiga Abdalla; qui per tumultum Bagdadi confoſſus tum periit, quum Caherum tueri vellet, eo tempore, quo ille [primum poſt tridui Chalifatum] corripiebatur [et frater eius, Moctader, ſummam poteſtatem recuperabat]. Reliquerat Abu-Haiga interim Mauſelae, ſe abſente rerum curatorem filium, Naſer-ed-Daulam, qui poteſtatem a caede patris inde ad hunc annum obtinuit. Tunc autem, evertere illum cupiens patruus, Abu-l-Ola, filius Hamdani, efficiebat apud Chalifam, ut quantum tenebat ſuus ex fratre nepos, ad Chalifae patrimonium et ditionem pertinens (320), eique reditus pendens, pro certo, quod ſpondebat, annuo tributo ſibi addiceretur; ideoque contendebat Mauſelam, occupaturus provinciam ſuam, ibi vero a nepote, Naſer-ed-Daula, necabatur. Vltorem parricidae et perduelli immittebat Radi Vezirum ſuum, Ibn-Moclam, cum copiis. Cuius adventum ille non ſuſtinens urbe excedebat, nemine eum aſſequente. Tempore poſt Veziro degreſſo rurſus redibat, litterisque veniam a Chalifa ſupplex deprecabatur, et tributum ſpondebat, eaque conditione veniam impetrabat.

Eodem anno expediebat Caiem, qui per Libyam regnabat, Alida, claſſem in Italiam, quae, poſt expugnatam Genuam (321), et afflictos Sardos, domum ſalva redibat.

Eodem occupabat Emad-ed-Daula, filius Buiae, Isfahanam, et de huius poſſeſſione pariter, atque de ceteris omnibus, quae Mardavigi quondam fuerant, cum huius fratre et ſucceſſore, Vaſchmekiro, armis diu pertinaciterque contendebat; ſcilicet de Hamadan, Com, Caſchan, Carag, Rai, Kenkevar, Cazvin, et aliis.

وفيها في جمادي شغب الجند ببغداد ونقبوا دار الوزير وهرب الوزير وابنه الي الجانب الغربي ، ثم راضوهم فسكنوا ✻

وفيها توفي ابراهيم بن محمد بن عرفة المعروف بابن نفطويه النحوي الواسطي وله مصنفات وهو من ولد المهلب بن ابي صفرة ولد سنة اربع واربعين ومايتين ، وفيه يقول الشيخ محمد بن زيد بن علي المتكلم ،

من سرّه ان لا يري فاسقا فليجتهد ان لا يري نفطويه ،
احرقه الله بنصف اسمه وصيّر الباقي صراخا عليه ✻

ثم دخلت سنة اربع وعشرين وثلثماية ، فيها قبض الحجرية والمظفر بن ياقوت علي الوزير بن مقلة لما حضر الي دار الخلافة علي العادة وارسلوا اعلموا الخليفة فاستحسن ذلك ، ثم اتفقوا علي وزارة علي بن عيسي فامتنع ، فولّوا الوزارة اخاه عبد الرحمان بن عيسي ، ثم قبض عليه ، وولّوا الوزارة ابا جعفر محمد بن قاسم الكرخي ✻ وفي هذه السنة قطع بن رايق حمل واسط والبصرة ، وقطع البريدي حمل الاهواز واعمالها ، فضاقت اموال بغداد وعجز الوزير ابو جعفر فعزل *l* وكانت ولايته ثلاثة اشهر ونصفا واستوزروا

l) فعزل Cod. L. فعزله Poteſt quoque legi فعزلوه

Eiusdem anni quinto aut ſexto menſe tumultuabantur milites Bagdadi, et cuneis atque vectibus admotis effringebant Veziri domum [Ibn-Moclae puta], qui ſe celeriter, cum filio, per Tigridem in occidentale urbis latus proripiebat. Placati tamen deinceps animi datis acceptisque conditionibus conquieſcebant.

Eodem obiit Ibrahim filius Muhammedis, filii Arafae, vulgo Naftuieh appellatus, grammaticus, plurium librorum auctor, Vaſeta et illuſtri oriundus proſapia. Nam ab illo celebri Mohallebo, filio Abu-Sofrae, Choraſanae quondam gubernatore, genus ducebat: natus anno CCXXIV. In eum edidit Schaich Muhammed, filius Zaidi, filii Alii, Motacallem [ſeu dialecticus] par hoc verſuum:

Quisquis in improbum incidere metuit, caveat Naftuiae occurrere,
quem ex una nominis dimidia parte deus ambuſſit, et alteram dimidiam fecit vae ſuper ipſum clamare.*

Anno CCCXXIV [qui die 29 Nov. A. Chr. 935 coepit] comprehendebant Hogritae et eorum dux, Modaffer, Iacuti filius, Ibn-Moclam, Vezirum, pro conſuetudine in aulam venientem, factique ſui certiorem factum Chalifam laudatorem ferebant. Inde Veziratum offerebant primum Alio, filio Iſae; tum, eo deprecato, fratri eius, Abd-er-Rahmano, imponebant; et tandem, illo paullo poſt pariter comprehenſo, mandabant Abu-Gafaro Muhammedo, filio Caſemi, Carchitae. Sed neque ille ultra tres menſes et dimidium tueri gradum poterat. Nam quum aerario ad incitas redacto, unde regiae neceſſitatibus militumque ſtipendiis ſatisfaceret, non haberet, praefectis e lautiſſimis provinciis debita tributa negantibus, quorum in numero erant Ibn-Raiek Baſrae et Vaſetae, et Baridicus (322) Ahvazae; exuto hoc

* Nomen Naftuieh enim apud Arabes conſtat ſex litteris, quarum tres priores *Naft* Naphtham, materiam ignis innuunt, reliquae exclamationem *vae!* Hinc illud acumen. *A.*

واستوزروا سليمان بن الحسين ودام الحال علي توقّفه ، فراسل الخليفة محمد بن رايق وهو بواسط يستقدمه ليقوم بالامور وقلّده امارة الجيش وامر ان يخطب له علي المنابر، وقدم ابن رايق بغداد في اواخر ذي الحجة من هذه السنة، وكان ابن رايق قد امسك الساجية قبل دخوله الي بغداد، فاستوحشت الحجرية منه، ومن حين دخل ابن رايق بغداد بطلت الوزارة وبقي ابن رايق هو الناظر في الامور جميعها وتغلّب عمال الاطراف عليها ولم يبق للخليفة غير بغداد واعمالها والحكم فيها لابن رايق وليس للخليفة فيها حكم، واما باقي الاطراف فكانت البصرة في يد ابن رايق المذكور، وخوزستان *m* في يد البريدي ، وفارس في يد عماد الدولة بن بويه، وكرمان في يد ابي علي محمد بن الياس، والري واصفهان والجبل في يد ركن الدولة بن بويه ويد وشمكير بن زيار اخي مرداويج يتنازعان عليها ، والموصل وديار بكر ومضر وربيعة في يد بني حمدان، ومصر والشام في يد الاخشيد محمد بن طغج ، والمغرب وافريقية في يد القايم العلوي بن المهدي ، والاندلس في يد عبد الرحمان بن محمد الملقّب بالناصر، وخراسان وما وراء النهر في يد نصر بن احمد الساماني ، وطبرستان وجرجان في يد الديلم، والبحرين واليمامة في يد ابي طاهر القرمطي ✲

وفيها

m) وخوزستان Cod. Leid. وخراسان

hoc quoque Solaimanum, filium Hoſaini, ad ſuſcipiendum munus invitabant. Nihilo tamen ideo res proficere, Solaimano ceſſitante, morasque de die in diem nectente; donec tandem Chalifa ipſum Raieki filium per litteras rogaret, vellet Vaſeta Bagdadum venire, curamque rerum ordinandarum ſubire; ſimul ipſi quoque ſummum in copias imperium delatum, et honor Chotbae [hoc eſt, ut eius nomen poſt nomen Chalifae per templorum ſuggeſtus publico praeconio et piis votis cohoneſtaretur]. Hoc pacto Bagdadum veniebat ſub huius anni finem filius Raieki, e quo plane deſiit Veziratus rerum omnium adminiſtratione in eum ſolum translata. Sed antequam intraret in urbem, comprehendebat [et exarmabat] Sagitas; unde ſtatim ipſum averſari et timere Hagritae. Ad ſummam agitabant eo tempore aulam Bagdadicam turbae immanes, et ad nihilum paene redierat priſtinus ille Chalifarum ſplendor et venerabilis quondam maieſtas. Nam non tantum Chalifis, praeter Bagdadum, eique annexas praeturas, nihil reliquerant, qui paſſim provinciis praeerant, easque ſui iuris fecerant; ſed ne in ipſa quidem urbe ſua ulla erat Chalifae auctoritas, ſed ſolus regnabat Raiekides; qui praeterea Vaſetam et Baſram, ut peculium, tenebat. Baridicus tenebat Chuziſtanam; Emad-ed-Daula, filius Buiae, Perſidem; Abu-Ali Muhammed, filius Eliaſi, Samanita, Kermanam; alter Buida, Rocn-ed-Daula, cum Vaſchmekiro, de Raia, Isfahana, et Gabal [ſeu Parthia] dimicabat; Hamdanidae inter ſe partiti fuerant Mauſelam, Deiar Becr, Deiar Modar, et Deiar Rabia; Aegypto atque Syriae dominabatur Achſchid Muhammed, filius Tagagi; Libyae et Mauritaniae Caiem, filius Mahdi, Alida. Hiſpania parebat Abd-er-Rahmano, Naſero, filio Muhammedis, Ommiadae; Chooraſana, et quae ultra Oxum poſita, Naſro, filio Ahmedis, Samanitae; Tabareſtana et Georgiana Dailomitis; Baharain et Iamama Abu-Tahero Carmatitae. Sed redimus ad Ibn-Raiecum; qui Vezirum e Syria Fadlum, filium Gafari,

Farati

وفيها استقدم محمد بن رايق الفضل بن جعفر بن الفرات وكان علي خراج مصر والشام فقدم بغداد وتولي الوزارة لابن رايق والخليفة *

وفيها قلد الخليفة محمد بن طغج مصر واعمالها الي ما بيده من الشام بعد عزل بن كيغلغ عن مصر *

وفيها ولد عضد الدولة ابو شجاع فنا خسرو بن ركن الدولة الحسن بن بويه باصفهان *

وفيها توفي جحظة *n* البرمكي من ولد يحيي بن خالد بن برمك، وكان عارفا بفنون شتي من العلوم * وفيها توفي عبد الله بن احمد بن محمد بن المغلس الفقيه الظاهري صاحب التصانيف المشهورة، وعبد الله بن محمد الفقيه الشافعي النيسابوري ومولده سنة ثمان وثلثين ومايتين وكان قد جالس الربيع والمزني ويونس اصحاب الشافعي وكان اماما *

ثم دخلت سنة خمس وعشرين وثلثماية، فيها اشار محمد بن رايق علي الراضي بالمسير معه الي واسط لحرب ابن البريدي *o*، فاجابه وسار الراضي الي واسط وامسك ابن رايق بعض الاجناد الحجرية، واجاب ابن البريدي الي ما طلب منه، ثم عاد الراضي وابن رايق الي بغداد، ثم نكث ابو عبد الله ابن البريدي عما اجاب اليه، فارسل ابن رايق عسكرا مع بجكم فاقتتل مع ابي عبد الله بن البريدي فانهزم ابن البريدي الي عماد الدولة بن بويه وطمّعه في العراق وهوّن عليه امر الخليفة *

وفيها اساء عامل *p* صقلية السيرة وظلم وكان عاملا للقايم العلوي واسمه سالم بن راشد، فعصت عليه جرجنت من صقلية

وكتب

Farati fil., arceſſebat, ubi ad eum diem Syriae et Aegypti reditus curaverat. Is, ut Bagdadum venit, Vezirus Chalifae et Ibn-Raieki fiebat.

Eodem dabat Chalifa Aegyptum ſollemnibus tabulis et ritibus in fidem Achſchido Muhammedi, filio Tagagi, ſic, ut ipſi retinere, quae prius in Syria poſſidebat, permittebat. Kiglagi vero filium ex Aegypto revocabat.

Eodem natus eſt Adad-ed-Daula Abu-Schoga Fanachoſru, filius Rocn-ed-Daulae Haſani, filii Buiae, apud Isfahanam.

Eodem obiit Hagaza Barmaki, oriundus a Iahia, filio Chaledi, filii Barmaki, vir variis ſcientiarum generibus exultus; item vulgo ſic dictus Ibn-el-Moſles, Abdalla, filius Ahmedis, filii Muhammedis, fakihus, ſecta Tahericus, auctor plurium magni nominis librorum; item Imam Abdalla, filius Muhammedis, Niſaburenſis, fakihus ſectae Schafeiticae, natus anno CCXXXVIII, qui magiſtros audivit Rabium, et Mazanitam et Iunaſum, diſcipulos ipſius Schafiaei.

Anno CCCXXV [qui die 18 Novemb. A. C. 936 coepit] perſuadebat Muhammed, filius Raieki, Chalifae, ut ſecum Vaſetam, et inde bello Baridicum Abu-Abdallam novas res molientem peteret. Vt Vaſetam pervenerunt, comprehendebat Raiekides Hagritarum (militum genus ſunt) aliquos. Baridicus, ut ſenſit vim ſibi admoveri, nulli non ſubſcribebat libens conditioni imperatae: verum, quam primum Raiekides cum Chalifa Bagdadum redierat, negabat et reſcindebat pactiones omnes; et, non exſpectatis, quas illi Raiekides immittebat cum duce Bahcamo copiis, perfugiebat ad Emad-ed-Daulam, eique invadendae Irakae cupidinem movebat, oſtentans res Chalifae volenti occupatu perquam faciles et in propatulo poſitas.

Hoc anno coepta eſt Garganti [ſeu Agrigenti] obſidio, quae ad annum CCCXXIX tenuit, quam Salemi, filii Raſchedi, qui Caiemi Alidae nomine Siciliae praeerat, acerbitas ciebat.

وكتب الي القايم بذلك ، فجهز اليه عسكرا فحاصروا جرجنت ، فاستنجد اهل جرجنت بملك قسطنطينية فانجدهم ودام الحصار الي سنة تسع وعشرين ، فسار بعض اهلها ونزل الباقون بالامان ، فاخذوا *q* كبارهم وجعلوهم في مركب ليقدموا علي القايم في افريقية ، فلما توسطوا اللجة امر مقدم جيش القايم فنقب مركبهم وغرقوا عن اخرهم *

وفيها توفي عبد الله بن محمد الخراز النحوي وله تصانيف في علم القران *

ثم دخلت سنة ست وعشرين وثلثماية ، فيها سار معز الدولة بامر اخيه عماد الدولة بن بويه الي الاهواز وتلك البلاد فاستولي عليها ، وكان سبب ذلك مسير البريدي الي عماد الدولة كما اشرنا اليه *

ذكر قطع يد ابي علي بن مقلة ، وكان سببه انه سعي في القبض علي ابن رايق واقامة بحكم موضعه ، وعلم بن رايق بذلك ، فحبسه الراضي لاجل بن رايق ، وتردّدت الرسل بين الراضي وبين ابن رايق في معني ابن مقلة مرات عدة واخرها انهم اخرجوا بن مقلة وقطعوا يده في منتصف شوال وعولج فبرا وعاد يسعي في الوزارة وكان يشد القلم علي يده المقطوعة ويكتب ، ثم بلغ بن رايق سعيه وانه يدعو عليه وعلي الراضي فامر بقطع لسانه فقطع وضيّق عليه بالحبس ثم

n) حجط quid ſibi velit, neſcio. An forte جاحظ? Hagi Chalifa habet حجيرة quem in verſione latina ſecutus ſum.

o) ابن البريدي Modo adeſt, modo abeſt ابن Ibn-Schehna pro البريدي habet البزيدي

Is enim, quibus totam vexabat inſulam, iniuriis adeo irritaverat Agrigentinos, ut parere nollent. Quapropter Caiem, harum rerum per litteras praefecti certior factus, claſſem mittebat, quae Agrigentum obſidebat. Oppidani vero Byzantini [Romani Lecapeni] auxilium implorabant: quo freti ad annum quintum usque extrahebant obſidionem; donec tandem pars excederet urbe, pars reliqua vitae pactione victori, claſſis Africanae praefecto, ſe dederet. Ille autem ſeditioſorum anteſignanos in navim impoſitos, qua in Africam ad Caiemum perveherentur, in medio mari, perforata navi, ſubmerſit undis ad unum omnes. (323)

Eodem obiit Abdalla, filius Muhammedis, Charaz, grammaticus, qui aliquot libros in Coranum ſcripſit.

Anno CCCXXVI [qui die 7 Nov. A. C. 937 coepit] invadebat et occupabat Ahvazam vicinosque tractus Maaz-ed-daula, filius Buiae, iuſſu fratris Emad-ed-daula, adhortationibus Baridici, quem paullo ante dicebamus ad eam expeditionem ſuſcipiendam Buidam precibus et oſtenſa ſpe proſperi ſucceſſus et opimae praedae impuliſſe.

Hoc anno amputata fuit filio Moclae dextra manus; hac de cauſſa. Moliebatur Raieki filium comprehendere, et eius in locum Bahcamum ſufficere. Quo comperto dabat eum Radi Chalifa in cuſtodiam, in gratiam et ad preces Raiekidae. Multis principem inter et Raiekidem miſſitatis litteris legatisque agitata evaſit eo tandem res, ut medio menſe huius anni decimo productum e carcere dextra manu multarent. Nihilo magis tamen a tantis damnis ſapiebat Moclae filius, quin ſanato vulnere denuo Veziratum ambiret, et ne inhabilis eſſe videretur muneri, quod rerum maximam partem exercendo calamo agit, alligabat calamum trunco cubiti, eaque ratione ſcriptitabat. Raieki autem filius, cognita eius hac ambitione et maledicentia dirisque, quibus et ipſum, et Chalifam, inſectabatur, arctiore illum, quam antea, carcere damnabat, iam lingua quoque minutum. Accedebat

ثم لحق ابن مقلة مع ما فيه الضرب ولم يكن عنده في الحبس من يخدمه فقاسي شدة الي ان مات في الحبس في شوال سنة ثمان وعشرين وثلثماية ودفن بدار الخليفة ثم ان اهله سالوا فيه فنبش وسلّم اليهم فدفنوه في داره ثم نبش ونقل الي دار اخري، ومن العجايب انه ولي الوزارة ثلاث دفعات ووزر لثلث خلفاء المقتدر والقاهر والراضي وسافر ثلاث سفرات ثنتين الي شيراز وواحدة الي الموصل ودفن بعد موته ثلاث مرات ✱

ذكر استيلا بجكم علي بغداد، وفي هذه السنة سار بجكم من واسط الي بغداد غرّة ذي القعدة وجهّز ابن رايق عليه عسكرا فهزمهم بجكم، فلما قرب من بغداد هرب ابن رايق الي عكبرا واستتر ودخل بجكم الي بغداد ثالث عشر ذي القعدة فخلع عليه الراضي وجعله امير الامراء، وكانت مدة امارة ابن رايق سنة وعشرة اشهر وستة عشر يوما، وهذا بجكم كان مملوكا لوزير ماكان بن كالي الديلمي ثم اخذه ماكان منه ثم انه فارق ماكان مع من فارقه ولحق بمرداويج ثم كان في جملة من قتل مرداويج ثم سار الي العراق واتّصل بخدمة ابن رايق وانتسب اليه حتي كتب علي رايته الرايقي وسيره ابن رايق الي الاهواز فاستولي عليها وطرد ابن البريدي، ثم لما استولي ابن بويه علي الاهواز سار بجكم الي واسط

p) اساء عامل Cod. Leid. habebat اسماعيل

q) فاخذوا Cod. Leid. فاخذ

debat tandem his Moclae filii miſeriis diarrhoea, unde, adminiſtro deſtitutus, miſerabiliter periit, menſe decimo a. CCCXXVIII et intra regiam ſepultus eſt. Sed quieſcere gentiles eum ibi non ſinebant; nam rogata a principe venia eum effodiendi, domi ſuae humabant. At et illinc quoque cadaveri alio migrandum deinceps, neſcio quam ob cauſſam, fuit. Miris profecto modis fata virum iactarunt. Ter Veziratum adiit ſub tribus Chaliſis, Moctadero, Cahero, et Radio; ter legiones duxit, bis Schirazam, ſemel Mauſelam; et tandem ter tribus diverſis locis humatus fuit.

Huius anni Calendis menſis undecimi movebat Bahcamus Vaſeta Bagdadum, et exercitum a Raiekida ipſi obiectum in fugam dabat: quo facto ipſe quidem Bagdadum propius atque propius admovebat; Raiekides autem, illinc Ocbaram excedens, in latebras ſe abdebat. Itaque nullo impediente intrabat Bahcam urbem auguſtam die decimo tertio huius menſis, et exquiſitis cum honoribus a Chalifa acceptus, trabea ornatus, et Emir-el-Ommara [ſeu ducum ſupremus] nuncupatus eſt. Itaque deſiit Raiekidae poteſtas Bagdadi, poſteaquam unum annum, decem menſes, et ſedecim dies obtinuiſſet, ab ipſiusmet quondam mancipio deſtructa. Bahcam enim tenuibus a principiis ad magnas res tandem eniſus primum emtum aere mancipium [mamluc] fuerat alicuius, qui munere Veziri apud Macanum, filium Calii, Dailomitam fungebatur. Huic eum ademtum Macanus familiae ſuae vindicaverat deinceps. Ab eo, una cum aliis herum a fortuna deſertum deſerentibus, ad Mardavigum tranſibat. Manum porro trucidando huic ipſi Mardavigo commodaverat. Denique in Iracam et familiam Raiekidae migrabat, quod ipſum adeo non puduit profiteri, ut potius vexillo ſuo cum ſuo nomine nomen Raiekici curaret intexi. Eius opera quoque Raiekides Baridicum Ahvaza expulerat. Inde autem viciſſim expulſus Bahcam ab Emad-ed-Daula Buida invadebat

واسط ثم سار الي بغداد فطرد ابن رايق واستولي عليها وعلي حضرة *r* الخليفة ❊

وفيها فسد حال القرامطة ووقع بينهم الفتن والقتل واستقرّوا في هجر ❊

ثم دخلت سنة سبع وعشرين وثلثماية ، فيها سار بجكم والراضي الي الموصل فهرب ناصر الدولة بن حمدان عنها ثم حمل مالا واستقرّ الصلح معه ، ثم عاد الخليفة وبجكم الي بغداد وظهر ابن رايق مع جماعة انضمّوا اليه ببغداد قبل وصول الخليفة اليها ، فخافه الخليفة وبجكم ثم استقر الحال علي ان يولّي علي حران والرها وقنسرين والعواصم ، فسار ابن رايق واستولي عليها ❊

وفيها عصي امية بن اسحق علي عبد الرحمان الاموي بشنترين واستنجد بالجلالقة فانجدوه وهزموا المسلمين ثم التقوا مرة ثانية فانهزمت الجلالقة وكثر القتل فيهم وطلب امية المذكور الامان من عبد الرحمان الاموي فامنه ❊

وفيها مات عبد الرحمان بن ابي حاتم الرازي صاحب الجرح والتعديل ، وعثمان بن الخطاب ابو الدنيا المعروف بالاشجّ الذي يقال انه لقي علي بن ابي طالب وله صحيفة تروي ولا تصح وقد رواها كثير من المحدّثين علي علم منهم بضعفها ❊

وفيها

r) حضرت proprie *inviolabilitatem* notans, titulus eſt, quem orientales ſummis principibus, item ſanctis hominibus, prophetis tribuunt. حضرت عيسي *Hedret Iſa* de Chriſto dicunt. "Ces infideles, ait Bernier II. 85, ne parlent jamais de Jeſus Chriſt, qu'avec beaucoup de

Vaſetam, quae Raiekidae erat, et tandem ipſam Bagdadum, unde Raiekiden exegit, et ſacrum Chalifae corpus obnoxium ſibi fecit.

Hoc anno retro ſublabi coeperunt Carmatitarum res, laceratique diſcordiis et caedibus inteſtinis, Hagarum tueri ſatis habuere.

Anno CCCXXVII [qui die 28 Octobr. A. C. 938 coepit] movebant Bahcam et Radi Mauſelam, unde fuga ſe ſubtrahebat accedentibus Naſer-ed-daula filius Hamdani [eius tum dominus]; penſo tamen tributo pacem impetrabat, et infeſtis hoſpitibus Bagdadum redeuntibus liberabatur. Interim, antequam redirent, rurſus Bagdadi, e latebris in publicam lucem emerſerat Raieki filius, et cum contracta manu volitabat. Qui ſubitus caſus valde terrebat Bahcamum et Chalifam. Tandem tamen pactionibus ſubactus Raiekides Bagdado exceſſit, eiusque loco praefecturas Harranae, Rohae, Kinneſrinae et Avaſem adiit. Quo compoſita fuit ea contentio.

Eodem anno Ommia, filius Ishaki, animos adverſus dominum ſuum Abd-er-Rahmanum, de gente Ommiadarum, Andaluſiae principem, in urbe Schantarin tollebat, et arceſſitis Gallaecorum auxiliis nixus fundebat Muſlemos. At hi viciſſim, altera commiſſa pugna, ſtragem in Gallaecos ingentem edebant; unde Ommia pacem ab Abd-er-Rahmano petere coactus impetravit.

Eodem obiit Abd-er-Rahman, filius Abu-Hatemi, Razi, unus eorum traditionariorum, quorum opus et ſtudium eſt Harg et Taadil;* item Abu-Donia Otman, filius Chatabi, vulgo Aſchagg [ſeu vulneratus in capite] dictus, quem traditio vult Alin, filium Abu-Talebi, vivendo attigiſſe. Exſtat ſub eius nomine codex [traditionum]; quem etiam permulti traditionariorum recenſuerunt, et porro propagarunt, quamvis bene gnari ſuppoſitum et nulla

* De quibus ſupra pag. 181 et adnot. hiſtor. (172). *A.*

وفيها توفي محمد بن جعفر بمدينة يافا صاحب التصانيف المشهورة كاعتلال القلوب وغيره * وفيها توفي العلني المعتزلي واسمه عبد الله بن احمد بن محمود وكنيته ابو القاسم وهو صاحب مقالة *

ثم دخلت سنة ثمان وعشرين وثلثماية ، ذكر استيلاء ابن رايق علي الشام ، وفي هذه السنة استولي ابن رايق علي الشام فاستولي علي دمشق وحمص وطرد بدرا نايب الاخشيد وسار حتي بلغ العريش يريد الديار المصرية ، فخرج اليه الاخشيد وجري بينهم s) قتال شديد اخره ان ابن رايق انهزم الي دمشق ، ثم جهّز الاخشيد اليه جيشا فاقتتلوا وانهزم عسكر الاخشيد وقتل اخوه ، فارسل ابن رايق يعزّي الاخشيد في اخيه ويقول انه لم يقتل في امري ، وارسل ولده مزاحم فقال ان احببت فاقتل ولدي به ، فخلع الاخشيد علي مزاحم واعاده الي ابيه ، واستقرّت مصر للاخشيد والشام لابن رايق *

وفيها قتل السبكري بالثغر * وفيها توفي محمد الكليني t) (بالنون) وهو من ايمة الامامية ، ومحمد بن احمد المعروف بابن شنبوذ المقري ، وابو محمد المرتعش وهو من مشايخ الصوفية * وفيها توفي ابو بكر محمد بن القاسم المعروف بالانباري وهو مصنّف كتاب الوقف والابتداء الامام المشهور في النحو والادب وكان ثقة وولد سنة احدي وسبعين ومايتين *

وفيها

de veneration, et ils ne prononcent jamais le mot d'Ayſa, qui veut dire Jeſus, qu'ils n'y joignent celui d'Azeret [Hedret], qui veut dire Majeſté."

s) بينهم Forte بينهما

t) الكليني Forte الكلابني Infra certe ad a. DXLVII occurrit كلابين

nulla fide dignum eſſe. Item obiit Muhammed, filius Gafari, Ioppis, urbe Palaeſtinae, auctor celebrium librorum, ut eſt liber Itilal el Colub [de frivolis forte excuſationibus peccatorum agens], et aliorum. Etiam obiit qui vulgo dicitur Alani, Motazalita, Abu-l-Caſem Abdalla, filius Ahmedis, filii Mahmudi, auctor peculiaris opinionis.

Anno CCCXXVIII [qui die Octob. 17. A.C. 939 coepit] ſubigebat Raieki filius Syriam, et Badro, qui Achſchidi nomine Damaſcho praeerat, inde depulſo, Aegyptum petens procedebat usque ad Ariſch; inde vero illum, collatis ſignis, reiiciebat Achſchid acerrimo praelio victum, et fugienti Damaſcum e veſtigio copias ſubmittebat. Sed eas quidem verſa martis vice Raiekides caedebat, ipſumque una fratrem Aegyptii. Cuius de iactura miſſis legatis Achſchidum conſolabatur, occiſum ſe inſcio et invito aſſeverans; mittere filium, Mozahemum, (is in legatione Aegyptium conveniebat;) cuius ſanguine ſi lubeat fratri parentare, quin faciat, ſe non intercedere. Verum tantum aberat Achſchid ab ultione in inſonte exſequenda, ut potius ornatum ſplendidiſſimis palliis aliisque ſummis honoribus patri filium remitteret, et Syriae tranquillam permitteret poſſeſſionem, ſola Aegypto contentus.

Eodem occiſus eſt Sabcarita (324) in Togro [ſeu Marchia, vel Syria Antiochitide]. Eodem obiit Muhammed Calini, unus ex Imamis Imamicorum; item Ibn-Schanbud (325), Mocri, Muhammed, filius Ahmedis; item Abu-Muhammed Mortaaſch [ſeu tremulus] e numero doctorum Suficorum; nec non celeberrimus Ibn-el-Anbari nomine grammaticus et litterator, Abu-Becr Muhammed, filius Caſemi, fide dignus in iis, quae tradit et docet; auctor libri Vacf va-l-Ibteda:* natus ille anno CCLXXI fuerat.

Eodem

* Ignoti libri titulus obſcurus. *A.*

وفيها توفي ابو عمر احمد بن عبد ربّه بن حبيب القرطبي
مولي هشام بن عبد الرحمان الداخل الي الاندلس الاموي ، وكان
من العلماء المكثرين في المحفوظات ، وصنف كتاب العقد وهو من
الكتب النفيسة ومولده سنة ست واربعين ومايتين ❊

ثم دخلت سنة تسع وعشرين وثلثماية ، ذكر موت الراضي بالله ،
وفي هذه السنة في منتصف ربيع الاول مات الراضي بالله ابو العباس
احمد بن المقتدر بالله ابي الفضل جعفر بن المعتضد بالله ابي
العباس احمد بن الموفق طلحة ، وكانت خلافته ست سنين وعشرة
ايام وكان عمره اثنين وثلثين سنة وكان مرضه علة الاستسقاء ، وكان
اديبا شاعرا ، فمن شعره ،

يصفرّ وجهي *v* اذا تامّله طرفي فيحمرّ وجهه خجلا ،
حتي كانّ الذي بوجنته من دم قلبي *x* اليه قد نقلا ❊

ومن شعره ايضا من ابيات ،

كل صفو الي كدر كلّ امن الي حذر ،
ايها الآمن الذي تاه في لجة الغرر ،
اين من كان قبلنا درس العين والاثر *y* ،
لله درّ *z* المشيب من واعظ ينذر البشر ❊

وكان الراضي سخيا يحبّ الادباء والفضلاء وكان سنان بن
ثابت الصابي الطبيب من جملة ندماء الراضي وجلسايه
وكان

v) وجهي addidi ex Elmacino pag. 207. qui pro ſequente وجهه multo elegantius خده habet.

x) قلبي Non tam bene habet Elmac. جسمي

Eodem obiit Abu-Omar Ahmed, filius Abd-Rabbihi, filii Ganibi, Cortobenſis. Ganib ille libertus fuerat Heſchami, filii Abd-er-Rahmani Dacheli [ſeu Advenae illius, qui Ommiadicum in Andaluſia imperium condidit]. Abu-Omar erat unus eruditorum, qui permulta volumina traditionibus memoria conſervatis impleverunt. Teſtatur de viri meritis liber eius, Filum margaritarum, inſcriptus, merito ſuo inter excellentes numerandus: natalem habuerat annum CCXLVI.

Anno CCCXXIX [qui die Octobr. 5. A. Chr. 940 coepit] obiit medio menſe tertio Radi billah Abu-l-Abbas Ahmed, filius Moctaderi billah Abu-l-Fadli Gafari, filii Motadedi billah Abu-l-Abbaſi Ahmedis, filii Movaffeki Talhae, poſteaquam Chalifatum per ſex annos et decem dies geſſiſſet, anno aetatis ſecundo et trigeſimo, ex aqua intercute. Litteris excultus condebat carmina, quorum iuvat ſpecimen huc apponere.

Flaveſcit ex pallore vultus meus, ubi eum contemplatur oculus meus; illius gena e contrario prae pudore rubeſcit:
quaſi de cordis mei ſanguine ademtum et in eius vultum translatum eſſet, quidquid ruboris in eius genis conſpicitur.

Accipe etiam hoc eiusdem.

Omnis animi fortunaeque ridentis ſerenitas evadit tandem in turbidum; omnis ſecuritas in pavorem.
O ſecure, qui temere vagatur in vaſto ſocordiae et ſuperbiae ſalo,
ubi eſt, qui ante nos fuit, cuius et ipſum corpus et relicta veſtigia nusquam comparent.
O praeclarum prae ceteris, o amabilem et divinum monitorem, canitiem, qui genus humanum inſtantis fati admonet!

Erat porro hic Chalifa mitis et munificus, amabat homines ingenii morumque elegantium, et habebat prae ceteris congerronibus celebrem illum medicum Senanum, filium Tabeti, Harranen-

وكان الراضي اسمر خفيف العارضين وامه ام ولد اسمها ظلوم ، وهو اخر خليفة له شعر يدوّن واخر خليفة خطب كثيرا علي منبر وان كان غيره قد خطب فانه كان *y* نادرا لا اعتبار به ، وكان اخر الخلفاء جالس الجلساء واخر خليفة كانت نفقته وجراياته وخزائنه ومطابخه واموره علي ترتيب الخلفاء المتقدمين ✻

ذكر خلافة المتّقي لله وهو حادي عشرينهم ، لما مات الراضي بقي الامر موقوفا انتظارا لقدوم ابي عبد الله الكوفي كاتب بجكم من واسط وكان بجكم هناك ايضا ، واحتيط علي دار الخلافة ، فورد كتاب بجكم مع ابي عبد الله الكوفي كاتب بجكم يامر فيه ان يجتمع مع ابي القاسم سليمان وزير الراضي كل من تقلّد الوزارة واصحاب الدواوين والعلويون والقضاة والعباسيون ووجوه البلد ويشاورهم الكوفي فيمن ينصب للخلافة ، فاجتمعوا واتفقوا علي ابراهيم بن المقتدر بالله ابي الفضل جعفر وبويع له بالخلافة في العشرين من ربيع الاول وعرضت عليه الالقاب فاختار المتقي لله ، ولما بويع سيّر الخلع واللواء الي بجكم وهو بواسط ، وكان بجكم قبل استخلاف المتقي قد ارسل الي دار الخلافة واخذ فرشا والات كان يستحسنها وجعل سلامة الطولوني حاجب المتقي واقرّ

y) درس العين والاثر Saepe ſibi opponuntur عين *oculus* h. e. *res ipſa* et الاثر *veſtigium eius* vel *monumentum*. Hariri conſ. X. خفّض الحزن يا معنى فما يجدي طلاب الاثار بعد عين "ſapi et moderare triſtitiam, o afflicte. Quid enim prodeſt, veſtigia quaerere poſt rei iacturam!" h. e. quid iuvat, in aeternum amiſſa requirere? Item proverbium habent: تطلب اثرا بعد عين "quaeresne veſti-gium

ranenſem, familiarem. Erat colore fuſcus, rara barba, pellice natus, cui nomen erat Talum. Hic eſt ultimus Chalifa, qui carmina ſcripſerit, ſaltem in codicillos et annales relata; ultimus item, qui multum atque ſaepius pro concione perorarit. Quamvis enim alii quoque poſt eum id fecerint, fecerunt tamen tam raro, ut in cenſum non veniat. Fuit etiam ultimus, qui otium cum eruditis et facetis hominibus fallere hilariterque agere ſoleret; ultimus tandem Chalifarum, cui ſumtus, ſtipendia, reditus et theſauri, culinae, ceteraque omnis aulica pompa priorum Chalifarum ad inſtar comparata fuerint.

Poſt Radii exceſſum manebat novi principis eligendi negotium integrum, donec Vaſeta, qui Bahcamo ab epiſtolis erat, Abu-Abdalla Cufenſis, cum heri litteris adveniret, quibus Bahcam, ibidem tum agens, imperabat, ut apud Vezirum Radii, Abu-l-Caſemum Solaimanum congreſſi, quotquot aut eodem munere aliquando functi fuiſſent, aut tribunali cuiquam adſcripti eſſent, aut Scharifi titulo inſignes, ab Alio, genere prophetae, genus ducerent, aeque ac Cadii [ſeu praetores], et Abbaſidae, et urbis auguſtae reliqui principes cum Veziro de digno Chalifatus candidato deliberarent. Hi Chalifam omnes uno conſenſu creabant Ibrahimum filium Moctaderi billah, eique ſacramentum die vigeſimo tertii menſis dicebant, et, qui ſollemnis in tali actu ritus eſt, novo principi tituli adſciſcendi optionem dabant. Hic de pluribus propoſitis ſibique laudatis titulum Mottaki lillah [ſeu deum reverentis]* optabat; et Bahcamo pallia et vexilla, honoris et poteſtatis documenta, Vaſetam mittebat. Ante vero, quam haec fierent, curaverat Bahcam regiam tapetibus et cetera, ſi quae arriſiſſet, ſupellectile ſpoliari. Novo principi dabat idem Hagebum [ſeu oſtiarium, aut cubicularium] Salamam Tulunicum, [ex antiquis heris, Tulunidis, quorum mancipium fuerat, ſic appellatum;] confirmabat quoque ſua in digni-

* Male hunc Elmacinus pag. 209 appellat *Moctaſi billah.* *A.*

واقرّ سليمان بن الحسن وزير الراضي علي وزارته وليس له من الوزارة الّا اسمها وانّما التدبير كله الكوفي كاتب بجكم ٭

ذكر قتل ماكان بن كالي ، كان ماكان بن كالي قد استولي علي جرجان ، فقصده احد قواد السامانية بعسكر خراسان وهو ابو علي بن *c* محمد بن مظفر بن محتاج ، فهزم ماكان عن جرجان ، فقصد ماكان طبرستان واقام بها ، ثم سار ابو علي بن المحتاج المذكور عن جرجان الي الري ليستولي عليها وبها وشمكير بن زيار اخو مرداويج ، فارسل وشمكير يستنجد ماكان بن كالي من طبرستان ، فقدم ماكان بن كالي من طبرستان وبقي مع وشمكير ، وقاتلهما ابو علي بن المحتاج فجاء سهم غرب *d* فوقع في راس ماكان ونفذ من الخوذة الي جبينه حتي طلع من قفاه فوقع ماكان ميتا وهرب وشمكير الي طبرستان واستولي ابو علي بن المحتاج علي الري ٭

ذكر قتل بجكم ، وفي هذه السنة قتل بجكم وكان بجكم ارسل جيشا الي قتال ابي عبد الله البريدي ، ثم سار من واسط ، فاتاه الخبر بنصرة عسكره وهرب بن البريدي ، فقصد الرجوع الي واسط وبقي يتصيّد في طريقه حتي بلغ نهرخور *e* فسمع ان هناك اكراد لهم مال وثروة *f* ، فشرهت عينه فقصدهم في جماعة قليلة واوقع بهم فهربوا من بين يدي بجكم وجاء صبي من الاكراد من خلف بجكم وطعنه برمح في خاصرته ولا يعرفه فمات بجكم ، ولما بلغ قتله المتقي استولي علي دار بجكم واخذ منها اموالا عظيمة واكثرها كانت مدفونة ، واتي البريدي الفرج بقتل بجكم من حيث لا يحتسب ، وكانت مدة امارة بجكم سنتين وثمانية اشهر واياما ٭

ولما

tate Vezirum deceſſoris, Solaimanum, filium Haſani, ſed eum ſolo nomine ſpectabilem, auctoritatis omnis expertem. Bahcami enim litterarum magiſter, Abdalla ille Cufenſis, e voluntate conſilioque ſuo agebat omnia.

Eodem anno periit Macan, filius Calii, hunc in modum. Occupaverat Georgianam; unde illum exactum e Samanidarum ducibus aliquis, Abu-Ali, filius Muhammedis, filii Modafferi, Ibn-Mohtagi, cum exercitu Choraſanico ibat. Itaque depulſus Georgiana Macan in Tabareſtanam cum copiis commigrabat; unde deinceps eum auxilii ferendi ergo arceſſebat Mardavigi frater, Vaſchmekir, quem Mohtagides Raia exturbare tendebat. Iunctis hi viribus, ambo Dailomitae, Choraſanicum oppugnabant, ſed adverſa fortuna. Commiſſi enim praelii is fuit exitus, ut non tantum neceſſe haberet Vaſchmekir, in Tabareſtanam aufugere, Raia victori permiſſa, verum etiam ſagitta ictus cadebat Macan, quae incertum a quo acta, galea et fronte traiectis per cervices exierat. (326)

Eodem occiſus quoque fuit Bahcam hac ratione. Praemiſerat Vaſeta copias contra Obaidallam Baridicum, quas ipſe dein aſſectari tendebat. Accepto autem per viam nuncio de fuga hoſtis et ſuorum victoria, remeabat unde venerat, viamque venando conficiebat, usque ad Nahr Chur; ubi Curdos opulentos et numeroſos degere quum audiret, avidus praedae, et eam oculis iam devorans, petebat cum parva manu Curdos illos, et repentino territos inſultu caede fugaque diſſipabat. Vnus autem aliquis eorum, vix dum puber, circumventum eum, ignorans Bahcamum eſſe, haſta per abdomen a tergo transacta confodit. Huius rei famam ut accepit Mottaki, protinus occupabat tyranni aedes, unde incredibiles divitias, humo maximam partem conditas, extrahebat. Sic defiit Emiratus Bahcami, poſtquam biennium cum octo menſibus et aliquot diebus tenuiſſet; Baridico autem, praeterquam quod ſalus et libertas, quo tempore

et

ولما قتل بجكم سار البريدي الي بغداد واستولي علي الامر اياما ثم اخرجه العامة عنها لسوء سيرته ، ثم استولي علي الامر كورتكين مدة قليلة ، فسار ابن رايق من الشام الي بغداد واستخلف علي الشام ابا الحسن احمد بن علي بن مقاتل ، ولما وصل ابن رايق الي بغداد جري بينه وبين كورتكين قتال اخره ان ابن رايق انتصر علي كورتكين وهزمه ، ثم ظفر بعد ذلك ابن رايق بكورتكين وحبسه ، وقلد المتقي لابن رايق امرة الامراء ببغداد *

وفيها توفي متي بن يونس الحكيم الفيلسوف ، وبختيشوع بن يحيي الطبيب *

ثم دخلت سنة ثلثين وثلثماية ، ذكر استيلا ابن البريدي علي بغداد وقتل ابن رايق ، في هذه السنة عاد البريدي واستولي علي بغداد ، فهرب ابن رايق والخليفة المتقي الي جهة الموصل ، فنهب البريدي بغداد وحصل منه من الجور والظلم والعسف ما لا زيادة عليه ، ولما وصل ابن رايق والمتقي الي تكريت كاتبا ناصر الدولة بن حمدان يستنجدانه وقدما الي الموصل فخرج عنها ناصر الدولة الي الجانب الاخر ، فارسل اليه المتقي ابنه ابا منصور وابن رايق فاكرمهما ناصر الدولة ونثر علي ابن الخليفة الدنانير ، ولما قاما لينصرفا امر ناصر الدولة اصحابه بقتل ابن رايق فقتلوه ، ثم

gium poſt ipſam rem?" h. e. rem praeſentem omittis, praeteritae veſtigia requiris. De cuius origine lepidam fabellam narrat Meidanius. Bis mihi occurrit haec elocutio in Arabſiadae hiſtoria Tamerlanis, ſed utroque loco textus emendandus eſt. Pag. 34 lin. 13 legendum: لم يبن لها عين ولا اثر "non apparebat urbi oculus [ipſa antiqua integra

et unde omnium minime ſperaſſet, occurrebat, etiam iter patebat Bagdadum, quam ille quoque occupabat, diu tamen non tenuit, a plebe ob intolerabiles mores et tyrannidis impotentiam aliquot diebus poſt exactus. Pariter quoque perbrevi ſpatio valuit Curtekin.* Raiekides enim Bagdadum veniens e Syria, relicto ibi rectore Abu-l-Haſano Ahmede, filio Alii, filii Mocateli, committebat cum Curtekino praelium, per quod in fugam dato adverſario, Bagdado et ſummi Emiri dignitate, tempore poſt ipſo quoque Curtekino, potiebatur, quem cuſtodiae mandabat.

Eodem obiit Matta [vel Matthaeus], filius Iunas [ſeu Ionae], ſapiens,** philoſophus; et Bachtiſchua, filius Iahiae, medicus.

Anno CCCXXX [qui die 25 Sept. A. C. 941 coepit] occupabat altera vice expilabatque Bagdadum Baridicus, per Chalifae et Raiekidae abſentiam, qui in fugam verſus Mauſelam trepidi ſe coniecerant; et, quanta poteſt excogitari, ſumma graſſabatur in cives inſolentia, et ſaevitie. Vbi Tacritam Chalifa cum fugae comite pervenerat, litteras ad Naſer-ed-Daulam Hamdanidam, Mauſelae principem, praemittunt, quibus auxilium eius implorant, et ſimul eodem iter continuant. Hamdanida benevole litteras excipiebat, et advenientibus urbis altera parte cedebat, cis Tigridem commigrans; quo Chalifa filium ſuum, Abu-Manſurum, una cum Raiekida, mittebat; quos Naſer-ed-Daula magnifice excipiebat; aureosque numos ſupra caput filii Chalifae effundebat. In eo autem quum eſſent, ut diſcederent, confodiunt, heri iuſſu, Hamdanici ſatellites Raiekiden, die quarto et vigeſimo ſeptimi menſis. Octavi deinde calen-

* Alibi *Cutekin* ſcribitur hoc nomen. *A.*

** *Hakim* in Arab. Titulus honoris, qui medicis et philoſophis in primis tribuitur. *A.*

ثم سار ابن حمدان الي المتقي فخلع المتقي عليه وجعله امير الامراء، وذلك مستهلّ شعبان من هذه السنة، وخلع علي اخيه ابي الحسن علي ولقّبه سيف الدولة، وكان قتل ابن رايق يوم الاثنين لسبع بقين من رجب من هذه السنة (اعني سنة ثلثين وثلثماية)، ولما بلغ الاخشيد صاحب مصر قتل ابن رايق سار الي دمشق فاستولي عليها، ثم سار المتقي وناصر الدولة الي بغداد فهرب عنها ابن البريدي ونهب الناس بعضهم بعضا ببغداد، وكان مقام ابن البريدي ببغداد ثلاثة اشهر وعشرين يوما، ودخل المتقي الي بغداد ومعه بنو حمدان في جيوش كثيرة في شوال من هذه السنة، ولما استقر ناصر الدولة ببغداد امر باصلاح الدنانير، وكان الدينار بعشرة دراهم فبيع الدينار بثلثة عشر درهما *

وفيها مات ابو بكر محمد بن عبد الله الصيرفي g الفقيه الشافعي ومولده سنة خمس وثلثين ومايتين * . وفيها توفي ابو الحسن علي بن اسماعيل بن ابي بشر الاشعري وكان مولده سنة ستين ومايتين ببغداد ودفن بمشرعة الزوايا h ثم طمس قبره خوفا عليه لئلّا تنبشه الحنابلة وتحرقه فانهم عزموا علي ذلك مرارا عديدة ويردهم السلطان عنه، وهو من ولد ابي موسي الاشعري واشتغل بعلم الكلام علي مذهب المعتزلة زمانا طويلا ثم خالف المعتزلة المشبّهة فكانت

integra ſtructura] neque veſtigium [ſeu rudera relicta]." Et pag. 83 lin. 2. leg. قد اضمحلّ فلا عين ولا اثر "vides torrentem evaneſcere, ut neque ipſe, neque veſtigium eius ſuperſit."

z) لله درّ Cod. L. habebat درور Noſtrum لله در proprie eſt, *deo ſit fluxus*

calendis tranſit Naſer-ed-daula ad Chaliſam, a quo palliis et ſupremi Emiratus dignitate ornatus eſt, et frater eius, Abu-l-Haſan Ali, praeter chlamidem honoris titulum Seif-ed-daulae [ſeu gladii imperii, Bagdadici puta] accepit. Achſchid quidem, Aegypti gubernator ex quo Raiekidae caedem accepit, Damaſcum protinus occupavit.* Naſer-ed-daula autem Chaliſam Bagdadum deduxit, ad cuius adventum auſugiebat Baridicus, poſteaquam tres menſes et viginti dies urbi incubuiſſet. Itaque capite et rectore deſtituti cives unus alterum agentes ferentes, mutuis rapinis ſeſe carpebant, donec Naſer-ed-daula cum Chalifa urbem decimo menſe, gentilibus ſuis et ingente ſtipatus exercitu, intraret. Primum eorum, quae ibi inſtituebat, erat auri flandi feriendi ad priſtinum probumque modulum reſtitutio. Numi enim aurei, qui tum uſu terebantur, quamvis tam vilis materiae eſſent, ut decem argenteos, neque plus, pretio aequarent, uſu tamen et aeſtimatione vulgari tredecim valebant.

Eodem obiit Abu-Becr Muhammed, filius Abdallae, Mogamelicus, fakihus Schafeiticus, natus anno CCXXXV. Item Abu-l-Haſan Ali, filius Iſmaël, filii Abu-Beſchri, Aſcharita, obiit et ſepultus fuit in platea monaſteriorum Bagdadi, qua in urbe anno CCLX etiam natus fuerat. Tempore tamen poſt deleverunt amici ſepulcri veſtigia, ne Hanbalitici cadaver effoſſum comburerent, id quod facere non decreverant ſolummodo, ſed etiam aliquoties tentabant, quamvis, qui ex Chalifae auctoritate Bagdadum tum regebat, Sultanus interdicto eos identidem abſterreret. Aſcharita dicitur a tribu, unde pariter appellatum celebrem illum Abu-Muſam Aſcharitam** inter maiores numerabat. Operam olim diu dederat dialecticae [vel theologiae philoſophicae] ad mentem Motazalitarum; deinde vero horum illis adverſabatur, qui deum humano corpori ſimilem ſtatuunt, eaque

Ggg 2 in

* Plura hoc loco omiſſa erant in verſione Reiskiana, a me reſtituta. *A.*

** De quo in vita Alii, ad an. XXXVI.

فكانت مقالته امرا متوسطا، وناظر ابا علا الجباي بوجوب الاصلح علي الله تعالي فاثبته الجباي علي قواعد مذهبه، فقال الاشعري ما تقول في ثلثة صبية اخترم *i* الله احدهم قبل البلوغ وبقي الاثنان فامن احدهما وكفر الاخر، ما العلة في اخترام الصغير، قال الجباي انما اخترمه لانه علم انه لو بلغ كفر، فكان اخترامه له اصلح، فقال الاشعري فقد احيي احدهما فكفر، فقال الجباي انما احياه ليعرضه لاعلي المراتب، (اي ليبلغ ويصير اهلا للتكليف *k* لان الصبي والحيوان غير مكلّف، فاذا ادرك *l* الصبي صار مكلّفا وهي اعلي المراتب لانها المرتبة الانسانية)، فقال الاشعري فلم لا احيي الذي اخترمه ليعرضه لاعلي المراتب، فقال الجباي وسوس، فقال

fluxus lactis, vel abundantia lactis ſc. commendata. Formula laudandi et admirandi Arabibus uſitata, quibus abundantia lactis ſymbolum eſt omnis opulentiae et hilaritatis. Gauhari in Lexico: الدر اللبن يقال في الذم لا درّ درّه اي لا كثر خيره، ويقال في المدح لله دره اي عمله ولله درك (من رجل) Paulo amplius Meidanius: لله دره اي خيره وعطاوه اي ما يوخذ منه، هذا هو الاصل، ثم يقال لكل متعجب منه Secundum hanc poſteriorem explicationem foret formulae noſtrae ſenſus: divinum donum et emolumentum, quod a ſenectute percipitur. Apte. *a*) فانه كان deſunt in cod. L.

b) جراية *penſio*, proprie *currens*, quae absque interruptione de anno in annum procedit. A formula اجري له كذا وكذا *currere fecit ipſi*, h. e. aſſignavit *tantum et tantum*. *c*) Hoc بن forte delendum.

d) سهم غرب *ſagitta*, *quae a quo miſſa ſit*, *neſcitur*. Ita Golius. Equidem mallem, *ſagitta acuta* aut *penetrans*. Nam certe غرب vehementiam, agilitatem notat.

e) نهرخور vel, ut habet Hagi Chalifa anno 330 نهرجوري

in re ſententiam amplectebatur mediam quandam, neque Motazaliticae, neque illi, quam recte ſentientes probant et tuentur, omni ex parte reſpondentem. Celebris etiam eſt eius illa cum Abu-Ola Gobbaïta, vitrico, diſputatio, de neceſſitate, qua deus teneatur, ſemper optimum optandi et exſequendi; quod quin ſtatueret Abu-Ola per ſectae ſuae ſcita non poterat. Verum Aſcharita caſum hunc ipſi opponebat, de quo quid ſentiret, aiebat audire cupere. Finge, aiebat, tres infantes, quorum unum impuberem tollit deus, duorum reliquorum alter verae fidei nomen dat, alter eam deumque numquam agnoſcit. Dic quaeſo, pergebat, quid eſt cauſſae, quare deus unum natu minimum rapuit? Ideo id fecit deus, reſpondebat Gobbaïta, quia futurum praevidebat, ut ille puer, ſi ad plenam aetatem et uſum rationis admitteretur, impiae ſectae verumque deum ignoranti adhaereret; adeoque, aiebat, nequibat deus aliud magis ſalutare in eum ſtatuere, quam ut impuberem exſtingueret. Atqui, inferebat Aſcharita, eorum, quos deus ſupereſſe voluit, unus a vera fide ſemper manſit alienus; quare igitur hunc non item ſuſtulit deus? Reſpondebat Gobbaïta, deum voluiſſe, dum in vivis eum ſervaret, ad ſummum gradum perducere; (ſic nempe loqui amat iſta ſchola; hoc eſt, eo perducere plenae quum aetatis, tum prudentiae, per quam deus ipſi ſuas leges ferre, homo autem ſuſcipere ſuarum rerum ex arbitrio et conſilio adminiſtrationem, facinorumque poenas aut praemia mereri queat. Is autem procul dubio ſupremus gradus eſt perfectionis; nam neque infans, neque beſtia ſe ſuaque novit ſapienter moderari, aut aliquid agere, quo ſeu praemium, ſeu poenam, mereatur; novit autem homo ad pubertatem adultus, eoque ſummum attigit gradum, ſoli humanitati proprium.) Quare igitur, excipiebat rurſus Aſcharita, non ſivit deus item illum, quem parvulum exſtinxit, in vivis manere, tandemque ad ſummum gradum aſcendere? Inſanis, aiebat Gobbaïta, et malus genius te

 agitat.

فقال الاشعري ما وسوست ولكن وقف حمار الشيخ علي القنطرة m ،
(يعني انه انقطع) ، ثم اظهر الاشعري مذهبه وقرّره وصارت مقالته
اشهر المقالات حتي طبق الارض ذكرها ومعظم الحنابلة يحكمون
بكفره ويستبيحون دمه ودم من يقول بقوله وذلك لجهلهم ، وكان
ابو علي الجبائي المعتزلي زوج ام ابي الحسن الاشعري ۞

ثم دخلت سنة احدي وثلثين وثلثماية ، فيها سار ناصر الدولة
عن بغداد الي الموصل وثارت الديلم ونهبت داره ، وكان اخوه سيف
الدولة بواسط فثارت عليه الاتراك والذين معه وكبسوه ليلا في شعبان ،
فهرب سيف الدولة ابو الحسن علي الي اخيه ناصر الدولة ابي
محمد الحسن بن عبد الله بن حمدان ولحق به ، ثم قدم سيف
الدولة الي بغداد وطلب من المتقي مالا ليفرّقه بين العسكر ويمنع
توزون والاتراك من دخول بغداد ، فارسل اليه المتقي اربعماية الف
دينار ففرّقها في اصحابه ، فلما وصل توزون الي بغداد هرب سيف
الدولة عنها ودخل توزون بغداد في الخامس والعشرين من رمضان في
هذه السنة ، فخلع المتقي عليه وجعله امير الامراء ، وبقي المتقي خايفا
من توزون ، (وتوزن بضم التا المثناة من فوقها وسكون الواو وضم الراء
المهملة ثم واو ثانية وبعدها نون وهو اسم تركي مشتق من اسماء الباطية
لان الباطية اسمها بالتركي تزوق بتا وراء مضمومتين وواوين ساكنين) ،

ذكر موت نصر بن احمد بن اسماعيل الساماني ، في هذه السنة
توفي ابو n السعيد نصر بن احمد الساماني صاحب خراسان وما وراء
النهر وكان مرضه السلّ فبقي مريضا ثلثة عشر شهرا وكانت ولايته ثلثون
سنة

f) ثروة *multitudo in numero hominum aeque ac pecudum.* Videntur Arabum philologi, Meidanius aliique, a ثري *terra uvida* vel *humida* derivare.

agitat. (327) Neutiquam, reſpondebat Aſcharita, ſed aſinus tuus ſtat in ponte; volebat dicere, tibi haeret aqua. Ab hac parta victoria propalabat et ſtabiliebat Aſcharita ſuam ſententiam, ſeu ſectam, quae omnes inter evaſit ubique terrarum celeberrima. Quo tam exacerbavit Hanbaliticorum in ſe animos, ut eum numero infidelium adſcribere nulli dubitent, cenſeantque pro ſtoliditate ſua, et licuiſſe, absque piaculo contrahendo, eum occidere, et licere adhucdum eorum omnium, qui eius opinioni ſubſcribant, in ſpiritus impune graſſari. Ceterum affines erant Gobbaïta et Aſcharita.

Anno CCCXXXI [qui die 14 Septemb. A. C. 942 coepit] Bagdado excedebat Mauſelam Naſer-ed-daula Hamdanides; quo facto ſaevientes Dailomitae ipſius aedes depraedabantur. Hunc frater paullo poſt aſſectabatur Seif-ed-daula, vix ſalvus evadens e Turcarum, quos ſecum habebat, manibus. Noctu enim eum Vaſetae domi ſuae opprimebant. Hic Bagdadum dein Mauſela redibat, et Chalifam pecuniam rogabat, qua ſuos inter milites diſtributa, eoque confirmatis ad fortiter pugnandum animis, Turunum eiusque Turcas Bagdado arcere poſſet. Mittebat ipſi Chalifa quadringenta aureorum millia, quos ille diſtribuebat quidem inter ſuos, at tam parum officii promiſſorumque memor, ut auguſta urbe excedens advenienti praedam vacuam permitteret. Sic ergo Turun intrabat die 25 noni menſis, et chlamide atque titulo ſummi Emiri ornabatur a Chalifa, ſed eo, non tam benevolo et amico, quam meticuloſo et de Turuno ſiniſtra ſibi omnia ſuſpicante.*

Hoc anno tredecim menſium tolerato morbo, tabe periit Emir-es-Said [is ipſi titulus erat, principem felicem notans], Naſr, filius Ahmedis, Samanita, dominus Choraſanae, et eorum, quae trans Oxum iacent, exactis in regno annis triginta cum

* In Arabicis adduntur nonnulla de ſcriptione et etymologia nominis Turun. *A.*

سنة وثلثة وثلثون يوما وكان عمره ثمانيا وثلثين سنة وكان حليما كريما ، ولما مات نصر بن احمد تولّي بعده ابنه نوح بن نصر وبايعه الناس وحلفوا له في شعبان واستقر ملكه علي خراسان وما وراء النهر *

وفيها ارسل ملك الروم يطلب من المتقي منديلا زعم ان المسيح مسح به وجهه فصارت صورة وجهه فيه وان هذا المنديل في بيعة الرها وانه ان ارسله اطلق عددا كثيرا من اسري المسلمين ، فاحضر المتقي القضاة والفقهاء يستفتيهم في ذلك ، فاختلفوا وقال بعضهم دفعه اليهم واطلاق الاسري اولي ، وقال بعضهم ان المنديل لم يزل في بلاد الاسلام ولم يطلبه ملك الروم منهم o ففي دفعه اليهم غضاضة ، وكان في الجماعة علي بن عيسي الوزير فقال ان خلاص المسلمين من الاسر والضنك اولي من حفظ هذا المنديل ، فامر الخليفة بتسليمه اليهم وارسل من يتسلم الاسري فاطلقوا *

وفيها توفي محمد بن اسماعيل الفرغاني الصوفي استاذ ابي الدقّاق وهو مشهور بين المشايخ * وفيها مات سنان بن ثابت بن قرة بعلة الذرب وكان حذقا بالطب فلم يغن عنه شيا عند دنو الاجل *

ثم دخلت سنة اثنتين وثلثين وثلثماية ، فيها سار المتقي عن بغداد خوفا من توزون وابن شيرزاد الي جهة ناصر الدولة بالموصل

وانحدر

g) المجاملي Ita reſtitui ex Hagi Chalifa, pro الخاملي

h) الزوايا *cellarum, monaſteriorum.* Plural. a ſing. زاوية *monaſterium, cella,* quae notio in Lexico Goliano deſideratur. Patet, ut alia omittam, haec vocis notio e loco Marai: بني المدارس والجوامع والتكايا والزوايا والخوانق ودار الشفا للمرضي, ubi *Chaneca* eſt monaſterium pro Suficis, *Tekia* et *Zavia* alia monaſteria, quorum diſcrimen ignoro.

cum triginta tribus diebus, anno aetatis octavo et trigeſimo, clementis et excelſi vir animi. Cuius in locum filius, Nuh [ſ. Noachus] ſuccedens imperium capeſſivit anni huius octavo menſe.

Eodem repetebat Romanus imperator [Lecapenus] a Mottakio mantile, cui Chriſtum Ieſum impreſſiſſe ſui vultus, dum ſudantem detergeret, imaginem aſſeverabat; id in Edeſſena eccleſia aſſervari; velle Muſlemorum, quos in catenis haberet, magnum numerum eius pretio dimittere. Convocabat Chalifa idcirco Cadios et Fakihos, qui rogati ſententiam, quid abnuendum annuendumve ſit, idem omnes non cenſebant. Erant enim, qui tradi linteum, eoque redimi captivos Muſlemos, cenſerent potius eſſe. Alii contra Romanum contendebant eo id unum agere, ut ignomiam ſibi, Muſlemis, adſpergeret, et palam quaſi laboranti ſuo regno inſultaret. Quod ſudarium a primis Iſlamiſmi exordiis nunquam in manu et poteſtate Muſlemorum non fuiſſet, quod Romanorum imperatorum nemo unus unquam repetere fuiſſet auſus, id non poſtulari, niſi per ſuperbiam et ludibrium; id tradi, proiectae humilitatis, et aeternae infamiae eſſe. Vincebat tamen prior ſententia, Alio, filio Iſa, Veziro, cenſente, linteum tradi magis e re et aequius eſſe, quam Muſlemos in vinculis et aerumnis pereuntes negligi. Sic permutatio facta ſindonis et captivorum, quos eo delegati commiſſarii ſuſceperunt.

Eodem obiit Muhammed, filius Ishaki, Farganenſis, Suficus, magiſter Abu-Docaki, celeber doctor. Obiit etiam e ventris proluvio Senan, filius Tabeti, filii Corrae, expertus et ſagax medicus, cui tamen ars inſtante fato nihil proderat.

Anno CCCXXXII [qui die 3 Sept. A. C. 943 coepit] excedebat Mottaki Bagdado, Turuni et filii Schirzadi formidine, et verſus Mauſelam ad Naſer-ed-daulam contendebat. Et magnum quidem ipſi honorem animumque amicum oſtendebant

وانحدر سيف الدولة الي ملتقي المتقي بتكريت ثم انحدر ناصر الدولة الي تكريت ايضا واصعد الخليفة الي الموصل وصار الخليفة وبنو حمدان الي الرقة فاقاموا بها وظهر للمتقي تضجّر بني حمدان منه وايثارهم مفارقته ، فكتب الي توزون يطلب الصلح منه ليتقدم الي بغداد ، فخرجت السنة علي ذلك ❊

وفيها خرجت طايفة من الروس في البحر وطلعوا في البحر *p* نهر الكر فانتهوا الي مدينة برذعة واستولوا علي برذعة وقتلوا ونهبوا ، ثم عادوا في المراكب الي بلادهم ❊

وفيها مات ابو طاهر القرمطي رييس القرامطة بالجدري ❊

وفيها كان ببغداد غلاء عظيم ❊

وفيها استعمل ناصر الدولة بن حمدان محمد *q* بن علي بن مقاتل علي قنسرين وحمص والعواصم ، ثم استعمل بعده في السنة المذكورة ابن عمه الحسين *r* بن سعيد بن حمدان علي ذلك ❊

ثم دخلت سنة ثلث وثلثين وثلثماية ، ذكر مسير المتقي الي بغداد وخلعه ، كان قد كتب المتقي الي الاخشيد صاحب مصر يشكو اليه حاله وما هو فيه ، فسار الاخشيد من مصر الي حلب ثم الي الرقة واجتمع بالمتقي وحمل اليه هدايا عظيمة واجتهد بالمتقي ان يصير معه

ignoro. Proprie eſt زاوية *angulus.* Arabes igitur cum vita monaſtica nomen quoque acceperunt a Graecis, qui cellas monachales appellabant γωνιας. Vid. Theophanes pag. 398.

i) اخترم *delevit, exſtirpavit, morti dedit.* Verbum rarius apud proſaicos. اخترم proprie eſt *findere*, aut *reſecare*, teſte Ibn-Doreido: خرمت الشي الدهر اخرمه خرما اذا خرقته او قطعته ، In V et VIII coni.

Hamdanidae (328); Seif-ed-daula, fratrum minor, primus ipſi Tacritam admoventi occurrebat in Tigride; Naſer-ed-daula ipſe deinceps eodem ſuccedens eadem via: et inde aſcendentem comitabantur Mauſelam. Tandem Raccam pergebant ſimul omnes, ubi videbantur ſedes fixuri. Verum tamen intelligens Mottaki, ſe Hamdanidis gravem eſſe, ipſosque malle ſe liberari, agitabat clam cum Turuno per litteras de reconciliationis conditionibus; quo liceret ipſi Bagdadum redire. Quae res quem ſortita fuerit exitum, ad alterum annum dicemus. Haec enim ſub huius finem contigerunt.

Hoc anno Ruſſorum aliqua natio, domo egreſſa navibus, per mare Caſpium et fluvium Cor ſubvecta usque ad urbem Bardaa penetrabat, eam occupabat, caedibus et rapinis complebat, et tandem domum eadem, qua venerat, via redibat. (329)

Eodem obiit Abu-Taher Carmatita e variolis.

Eodem magna fuit annonae caritas Bagdadi.

Eodem praeficiebat Naſer-ed-daula, Hamdani nepos, Muhammedem, filium Alii, filii Mocateli, Syriae, quae quidem ſui iuris eſſent, provinciis, Kinneſrinae, Emeſſae et Avaſemis. At eodem ipſo anno filio ſui patruelis easdem in fidem dabat, Hoſaino, filio Saidi, filii Hamdani.

Anno CCCXXXIII [qui die 23 Aug. A. C. 944 coepit] rediit quidem Mottaki Bagdadum, ſed adverſa fortuna. Nam Chalifatu ſimul et oculorum uſu privatus fuit. Res in hunc modum geſta. Exſul Chalifa litteris ad Achſchidum, Aegypti dominum, acerbe de rerum ſuarum miſerrimis et turbidis rationibus queſtus fuerat. Cui opem et conſilium laturus Aegyptius Miſra per Halebum Raccam, (nam ibi tunc agebat Chalifa) properat, non ſine pretioſis muneribus, quibus, quanto cultu Chalifam proſequeretur, teſtatum faceret. Multam quidem in id dabat operam ut auguſto perſuaderet, ſecum in ſuam ditionem,

معه الي مصر او الشام ، ليكون بين يديه ، فلم يفعل ، ثم اشار عليه بالمقام في الرقة وخوّفه من توزون ، فلم يفعل ، وكان قد ارسل المتقي الي توزون في الصلح كما ذكرنا ، فحلف توزون للمتقي علي ما اراد ، فانحدر المتقي لاربع بقين من المحرم الي بغداد وعاد الاخشيد الي مصر ، ولما وصل المتقي الي هيت اقام بها وارسل يجدد اليمين علي توزون ، فسار توزون عن بغداد لملتقي الخليفة فالتقاه بالسندية ووكّل عليه حتي انزله في مضربه *t* ، ثم قبض توزون علي المتقي وسمله واعمي عينيه ، فصاح المتقي وصاح من عنده من الحرم والخدم ، فامر توزون بضرب الدبادب لئلّا تظهر اصواتهن ، وانحدر توزون بالمتقي الي بغداد وهو اعمي ، وكانت خلافة المتقي لله (وهو ابراهيم بن جعفر المقتدر بن المعتضد) ثلاث سنين وخمسة اشهر وعشرين يوما ، وامه ام ولد اسمها خلوب *

ذكر خلافة المستكفي بالله وهو ثاني عشرينهم ، ولما قبض توزون علي المتقي بايع المستكفي بالله ابا القاسم عبد الله بن المكتفي بالله علي بن المعتضد احمد بن الموفق طلحة بن المتوكل جعفر

بن

coni. idem eſt atque *exſtirpare*, teſte Meidanio: تخرّمهم الدهر واخترمهم اي استاصلهم Scholiaſtes Abu-l-Olae reddit اخترمه per اهلكه *perdidit eum.* Proverbium, quod Golius laudat تخرّم زبده legendum eſt تخرّم زنده "igniarium eius ſe exhibuit rimoſum" h. e. ſedata fuit ira eius. Ceterum cod. L. hoc loco habebat et deinceps احترم Noſtrum اخترم probatur ab Ibn-Schehna.

k) التكليف Terminus technicus theologiae Muhammedanae, notans diſpoſitionem aptam ad ſuſcipiendum et mandandum aliquod munus.

Proprie

hoc eſt, Syriam, aut Aegyptum, concedendum ipſi eſſe; ubi ſecuro loco ſub ſua tutela agere ipſi liceat. Verum nequibat conſilium hoc approbare. Suadebat ergo ſaltim apud Raccam maneret, neque ſe Turuni perfidiae permitteret, profecto metuendae. Verum hac quoque in re adverſabatur Mottaki, Turuni pollicitationibus nimium confiſus. Is enim ad editas a Chalifa conditiones renovandae gratiae (qua de re paullo ante dicebamus) benigne reſponderat, et cum ſacramento ratas a ſe habendas, quascunque ipſe ferret, leges ſpoponderat. Ea ſpe fretus Bagdadum redire inſtituebat Mottaki, die vigeſimo ſeptimo primi menſis huius anni; Achſchid autem Miſram. Ille ut Hitam pervenerat, iniecta itineri mora, fidos homines ad Turunum ablegabat, ſacramento eum rogaturos, quo nuper pacta et conventa renovarentur. Nulla mora alligabat ſe Turun ſacramento, periurii ſecurus, dummodo miſerum principem in plagas ſuas pelliceret, et in occurſum eius Bagdado egreſſus, occurrit apud Sendiam, ſed ſtatim eum a ſuis cuſtodiri, tum in ſuum tentorium transferri iubet, ubi lamina candente uſu utriusque oculi eum privavit. Miſerabilis inde ſublata cum ipſius Chalifae, hanc tantam iniuriam tolerantis, tum ſpadonum et feminarum, quas comites trahebat, lamentatio. Quam ut obtunderet Turun, iubebat tympana pulſari. Sic redibat cum Turuno Bagdadum Mottaki, ſed luminis et Chalifatus exſors, quem per tres annos et quinque menſes et viginti dies geſſerat. Nomen ipſi verum erat Ibrahim; pater Gafar Moctader, mater pellex, nomine Chalub.

Eodem autem die, quo ſpoliatus Mottaki poteſtate fuit, arceſſebat Sendiam, et praeſenti ſacramentum dicebat Turun ceterique omnes Moſtacfio billah [titulus eum notat, qui rerum omnium loco deum ſibi ſufficere cupit]. Verum illi nomen Abu-Caſem Abdalla; filius erat Moctafii billah Alii, filii Motadedi Ahmedis, filii Movaffeki Talhae, filii Motavakkeli Gafari,

بن المعتصم محمد بن الرشيد هارون واحضره الي السندية وبايعه عامّة الناس ، وكانت بيعة المستكفي بالله يوم خلع المتقي في صفر من هذه السنة *

ذكر خروج ابي يزيد الخارجي بالقيروان ، وفيها اشتدّت شوكة ابي يزيد وهزم الجيوش ، وهو رجل من زناته واسم والده كنداد من مدينة توزر من بلاد قسطيلية ، فولد له ابو يزيد بتوزر من جارية سودآ وانتشي ابو يزيد بتوزر وسار الي تاهرت وسار الي مذهب *v* النكارية وهو تكفير اهل الملّة واستباحة اموالهم ودمايهم ودعي اهل تلك البلاد فاطاعوه فكثر جمعه ، فحصر قسطيلية في هذه السنة ، وكان ابو يزيد قصيرا قبيح الصورة يلبس جبة صوف ، ثم فتح تبسّة ثم سبيبة وصلب عاملها ثم فتح الاريس ، فاخرج القايم جيوشا لحفظ رقادة والقيروان فهزمهم ابو يزيد واستولي علي تونس ثم علي القيروان ورقادة ، ثم سار ابو يزيد الي القايم ، فجهّز اليه القايم جيشا فجري بينهم قتال كبير واخره ان جيوش القايم انهزمت ، وسار ابو يزيد وحصر القايم بالمهدية في جمادي الاولي من هذه السنة وضايقها وغلي بها السعر وعدم القوت ودام محاصرها حتي خرجت هذه السنة ، ثم رحل عن المهدية في صفر سنة اربع وثلثين وثلثماية وسار الي القيروان وتوفي القايم وملك ابنه اسماعيل المنصور علي ما نذكره ، فجهز المنصور العساكر وسار بنفسه الي القيروان واستعادها من ابي يزيد وذلك في سنة اربع وثلثين وثلثماية ،

ودام

v Proprie *oneris impoſitio*. Hinc مُكلّف *oneratus* dicitur, cui memoria, cura, amor rei mandata ſunt. Golio كلف eſt *vir amore captus.*; integra formula, كلف الفواد من حبّه *oneratum pectus amore eius.*

filii Motaſemi Muhammedis, filii Haruni Raſchidi. Vigeſimus ſecundus Chalifarum Abbaſicae domus hic fuit.

Hoc anno adducebat perduellis in Africa Abu-Iazid Caiemum totamque Alidarum ibi poteſtatem in ſummum diſcrimen. Erat ille barbarus, tribu Zenatenſis, patre natus, cui nomen Condad, e ſerva Aethiopiſſa, in urbe Tauzar [vel Toſer], ad Caſtiliae (330) ditionem ſpectante. Adultus hic abibat Tohortam, et in Nacaritis nomen profitebatur, foeda ſecta, quae omnes omnino Muſlemos infidelibus accenſet, ideoque iuſte et impune necandos, ſpoliandos iudicat. Ad eandem inſaniam invitabat iſtorum tractuum incolas; neque erat arduum tam iucunda ſuadenti, et auſteram ſimulanti ſanctimoniam (obibat enim in tunica lanea, teter aſpectu et ſtatura brevis homo) brevi tempore ingentes barbarorum copias contrahere, et in armis hoc anno ad Caſtiliam obſidendam adducere. Teniſſam (331) inde expugnabat, et Subaitam (332), cuius praefectum in crucem agebat; tandem Ariſam (333) quoque. Quo factum ut Caiem, de ſervandis urbibus praecipuis, Cairovana, et Raccada, ſollicitus, rebelli legitimos exercitus opponeret. Sed et hos fundebat Abu-Iazid, et praeter ambas illas, maximae dignitatis urbes, Tunetum quoque rapiebat. Iam paene ſola ſupererat arx Caiemi, Mahdia, quam neque ipſam relinquebat intentatam, et, parum aberat quin caperet. Legiones quidem, a Caiemo ſibi obiectas, fundebat acerrimo praelio, tum Alidam in arce ſua obſidebat ab huius anni menſe quinto inde usque ad anni exitum, tam arcte, ut conſumto in urbe commeatu, et occluſo ſupplementis aditu, annona cariſſima fieret, et eſculenta deficerent. Anni tamen inſecuti CCCXXXIV ſecundo menſe diſcedebat ab arce Mahdia, ubi vivis interea, tenente obſidione, exceſſerat Caiem, et imperium capeſſiverat eius filius, Iſmaël Manſur, ut ſuo loco dicemus. Hic Manſur Cyrenas iam profectum perduellem perſequebatur, eamque urbem repetebat eodem anno CCCXXXIV

bello-

ودام حالهم علي القتال الي سنة خمس وثلثين وثلثماية ، فهزم المنصور عساكر ابي يزيد وسار المنصور في اثره في ربيع الاول سنة خمس وثلثين فادرك ابا يزيد علي مدينة كاغلية ، فهرب ابو يزيد من موضع الي اخر حتي وصل طبنه ثم هرب حتي وصل الي جبل للبربر واسم ذلك الجبل برزال والمنصور في اثره ، واشتد علي عسكر المنصور الحال حتي بلغت عليقة الشعير دينارا ونصفا وبلغت قربة الماء دينارا ، فرجع المنصور الي بلاد صنهاجة وبلغ الي موضع يسمي قرية عمره واتصل هناك بالمنصور العلوي الامير زيري الصنهاجي وهو جد ملوك بني باديس علي ما سياتي ذكرهم ان شاء الله تعالي ، فاكرمه المنصور غاية الاكرام ، ومرض المنصور مرضا شديدا ثم تعافي ورحل الي المسيلة ثاني رجب سنة خمس وثلثين وثلثماية ، وكان قد اجتمع الي ابي يزيد جمع من البربر وسبق المنصور الي مسيلة ، فلما قدم المنصور الي مسيله هرب عنها ابو يزيد الي جهة بلاد السودان ثم صعد ابو يزيد الي جبال كتامة ورجع عن قصد بلاد السودان ، فسار المنصور عاشر شعبان اليه واقتتلوا في شعبان وقتل غالب جماعة ابي يزيد وانهزم ، فسار المنصور في اثره اول شهر رمضان فاقتتلوا ايضا وانهزم ابو يزيد واخذت اثقاله والتجي ابو يزيد الي قلعة كتامة وهي منيعة ، فحاصرها المنصور وداوم الزحف x علیها ثم ملكها المنصور عنوة ، فهرب ابو يزيد من القلعة من مكان وعر فسقط منه فاخذ ابو يزيد وحمل الي المنصور فسجد المنصور شكرا لله وكثر تكبير الناس وتهليلهم y وبقي ابو يزيد في الاسر مجروحا فمات

1) ادرك scil. الحلم *attigit pubertatem et annos diſcretionis.* كل شي بلغ

belloque in annum CCCXXXV extracto, vincebat iſtius anni menſe tertio ſeditioſos, et fugientibus inſtans aſſectabatur Abu-Iazidum apud Gageliam, pulſumque de loco in locum exagitabat uſque ad Tabenam, unde is ad montes barbarorum Barzâl (334) dictos aufugiebat, ſemper Manſurum perſecutorem habens cervicibus imminentem. Ille vero nimis acriter hoſtem urgendo eas in anguſtias coniiciebat exercitum ſuum, ut aquae uter aureo ſolido, ſaccus hordei ſeſcuplo, veniret. Quo coactus in provinciam Sanhagam pedem referre ad pagum Gomara [aut Gomaritarum] novas acquirebat vires acceſſione Emiri Zairii Sanhagitae, illius, qui pater gentis et conditor regni Badiſitarum fuit, de quibus deinceps plura dicemus. Hunc virum benigne admodum honeſteque habebat Manſur. Interim incidebat ibidem loci vehementem in morbum, quo ſuperato ſecundo ſeptimi menſis die anni CCCXXXV movebat Meſilam, quam urbem Abu-Iazid, magnis barbarorum copiis auctus, celeritate uſus, prior occupaverat. Non tamen audens Manſurum opperiri, ad Nigritas primum movebat, tum mutato conſilio, in altiſſimos Catamae [vel Catamitarum] montes ſe recipiebat; nihilominus et eo perſequebatur Manſur, octavi menſis decimo die, commiſſaque per illum ipſum menſem pugna paene funditus delebat Abu-Iazidi copias; et in fuga deprehenſum, nono ineunte menſe, novo rurſus praelio caeſum caſtris exuebat. Hinc Abu-Iazid quidem in arce Catamae validiſſima ſe includebat; ſed eam quoque tandem Manſur vi belli et diuturna obſidione coërcitam, menſe primo anni CCCXXXVI ſui iuris faciebat. Abu-Iazid, quo tempore arcem victor armata manu perrumpebat, fugam per praecipitia moliebatur; ſed ruina in praeceps latus, inter manus ſublatus et ad Manſurum deportatus eſt, qui tam cupitam, tanto labore partam ſibi praedam tandem obtigiſſe vehementer laetatus, humillima ſupplicatione gratum deo teſtabatur animum. Interim haerebat Abu-Iazid in carcere et catenis,

 donec

فمات وذلك في سلخ المحرم من سنة ست وثلثين وثلثماية فسلخ جلد ابي يزيد وحشي تبنا وكتب المنصور الي ساير البلاد بالفتح وبقتل ابي يزيد لعنه الله وعاد المنصور الي المهدية ودخلها في شهر رمضان من سنة ست وثلثين وثلثماية ،

وفي هذه السنة (اعني سنة ثلاث وثلثين وثلثماية) نقل المستكفي القاهر من دار الخلافة الي دار ابن طاهر وكان قد بلغ بالقاهر الضر والفقر الي ان كان ملتفا بجبة قطن وفي رجله قبقاب خشب ✲

ذكر ملك سيف الدولة مدينة حلب وحمص ، وفيها لما سار المتقي عن الرقة الي بغداد وسار عنها الاخشيد الي مصر كما ذكرنا سار سيف الدولة ابو الحسن علي بن ابي الهيجاء عبد الله بن حمدان الي حلب وبها يانس المونسي فاخذها منه سيف الدولة واستولي عليها ، ثم سار من حلب الي حمص فاستولي عليها ، ثم سار الي دمشق فحصرها ثم رحل عنها ، وكان الاخشيد قد خرج من مصر الي الشام بسبب قصد سيف الدوله دمشق وسار اليه فالتقيا بقنسرين فلم يظفر احد العسكرين بالاخر ورجع سيف الدولة الي الجزيرة ورجع الاخشيد الي دمشق z ، فلما رجع الاخشيد الي دمشق عاد سيف الدولة الي حلب فملكها ، ولما ملكها سارت الروم حتي قاربت حلب ، فخرج سيف الدولة اليهم وهزمهم وظفر بهم ✲

ثم دخلت سنة اربع وثلثين وثلثماية ، ذكر موت توزون ، وفي هذه السنة في المحرم مات توزون ببغداد وكانت امارته سنتين واربعة اشهر وتسعة

z بلغ منتهاه فقد ادرك verba Ibn-Doraidi. Plerumque in hoc verbo ſubintelligendum relinquitur accuſativus, quem regit, ut:

donec e vulneribus eodem primo menſe anni CCCXXXVI exeunte periret. Detracta tum turbatori cutis et foeno ſufferta fuit, et paſſim dimiſſi per omnes Manſuri provincias nuncii de ipſius victoria, et hoſtis caede. Itaque deſiit hoc bellum, et victor Mahdiam rediit nono menſe anni CCCXXXVI.

Sed redimus in ordinem et ad annum CCCXXXIII, unde nobis oratio exceſſit. Eo igitur transferebat Moſtacfius Caherum ex auguſto palatio in aedes Taheridae, eo redactum egeſtatis et miſeriae, ut, praeter cottoneam ſubuculam in corpore ligneasque ſculponeas in pedibus, gereret nihil.

Hoc etiam anno potitus eſt Saif-ed-daula Abu-l-Haſan Ali, filius Abu-Haiga Abdallae, filii Hamdani, Halebo et Emeſſa. Quum enim Racca deceſſiſſet Mottaki, et Achſchid Miſram repetiiſſet, ut paullo ſuperius traditum fuit, movebat Hamdanides Seif-ed-daula verſus Halebum, eamque Ianuſo, Munaſi quondam mancipio, tunc autem Aegyptii nomine urbis rectori extorquebat. Huic Emeſſam deinceps adiiciebat. Tentabat quoque Damaſcum addere; verum Achſchid, eius avertendi cauſſa ex Aegypto advolans, cogebat eum brevi obſidione abſiſtere; et perſecutus usque in praefecturam Kinneſrinenſem praelio adoriebatur, incerto utrimque exitu, et nullo effectu. Ambo enim ad ſua, Hamdanides quidem in Meſopotamiam, Aegyptius autem Damaſcum ſe recipiebat; quo facto ille Halebum rurſus ſui iuris faciebat, ubi paullo poſt a novo laceſſitur hoſte. Romani enim Halebum excurrebant, quos ille tamen ſecundo praelio repreſſit. (333)

Anno CCCXXIV ineunte [qui die 12 Aug. A. C. 945 coepit] vitae finem Bagdadi Turunus* obiit, Emiratu biennium et quatuor menſes cum novendecim diebus geſto. Sufficiebant

* Ita recte ſcribitur nomen. Temere alii *Tuzun*, *Burun*, *Tucan*. Vid. ſupra pag. 422. *A.*

وتسعة عشر يوما، ولما مات عقد الاجناد لابن شيرزاد الامرة عليهم (وكان بهيت) فحضر الي بغداد مستهلّ صفر وارسل الي المستكفي فاستحلفه وحلف له بحضرة القضاة وولّاه امرة الامراء *

ذكر استيلاء معزّ الدولة بن بويه علي بغداد، كان معز الدولة في الاهواز، فلما بلغه موت توزون سار الي بغداد، فلما قرب منها اختفي المستكفي بالله وابن شيرزاد، فكانت امارته ثلاثة اشهر وأياما، وقدم a الحسن بن محمد المهلبي صاحب معز الدولة الي بغداد وسارت الاتراك عنها الي جهة الموصل فظهر المستكفي واجتمع بالمهلبي واظهر الفرح بقدوم معز الدولة واعلمه انما استتر خوفا من الاتراك فلما ساروا عن بغداد ظهر، ثم وصل معز الدولة الي بغداد ثاني عشر جمادي الاولي من هذه السنة واجتمع بالمستكفي وبايعه وحلف له المستكفي وخلع عليه ولقبه في ذلك اليوم بمعز الدولة وامر ان تضرب القاب بني بويه علي الدنانير والدراهم، ونزل معز الدولة بدار مونس وانزل اصحابه في دور الناس، فلحق الناس من ذلك شدة عظيمة ورتّب معز الدولة للمستكفي كل يوم خمسة الاف درهم يتسلمها كاتبه لنفقات المستكفي *

ذكر خلع المستكفي وخلافة المطيع، وفي هذه السنة خلع المستكفي بالله ابو القاسم عبد الله بن المكتفي علي بن المعتضد بن الموفق لثمان بقين من جمادي الاخرة، وصورة خلعه ان معز الدولة وعسكره والناس حضروا الي دار الخليفة

بسبب

ut: dorſum equi أدرك ſcil. terminum inequitationis, fructus أدرك ſcil. maturitatem al.. Simili ratione dicitur راهق propinquus evaſit puer ſc. الحلم annis ſapientiae: infra ann. 555.

ipſi milites Schirzadi filium, qui, excitus Hita, Bagdadum Kalendis ſecundi menſis veniebat, dictoque coram Cadiis in manus Moſtacfii ſacramento, ſupremum Emiratum capeſſebat.

At gaviſus ea poteſtate ultra tres menſes et aliquot dies non fuit. Maaz-ed-daula enim, Buiae filius, ut de Turuni morte acceperat, Ahvaza protinus Bagdadum movebat. Quo propius accedente, Chalifa ſe cum Schirzadi filio abdebat, et Turcae auguſta urbe verſus Mauſelam excedebant. Diſcuſſis illis comparebat iterum Moſtacfi et conveniebat in colloquium cum Haſano, filio Muhammedis, Mohallabita, comite et amico (336) Buidae, et gaudium de Buidae adventu monſtrabat: ſe Turcarum metu tantummodo occuluiſſe, ideoque dilapſis rurſus in lucem prodiiſſe. Ipſe Maaz-ed-daula duodecimo die quinti menſis huius anni Bagdadum intrabat, conferebat cum Moſtacfio ſermones, agnoſcebat eum Chalifam, et viciſſim ab eo conſtitutus ſub ſacramenti fide regni adminiſter, ſummi Emiri dignitatem et inſignia, titulumque Maaz-ed-daulae (337) [ſeu roboris et praeſidii aulae Bagdadicae] tum primum accipiebat; isque ceterorumque fratrum Buidarum tituli ex eo tempore in rei memoriam ex more numis aureis et argenteis iuſſu Chalifae incuſi fuerunt. Aedes Munaſi dein occupabat Maaz-ed-daula, ſuos autem milites per civium domos diſtribuebat, quod his admodum accidit grave [tali oneri ferendo non aſſuetis]. Porro quotidianos ad ſumtus Chalifae quina millia drachmarum, ſeu numorum argenteorum, aſſignabat in diem, quam ſummam exigere et in acceptis Chalifae ferre, ſcribae [ſeu quaeſtoris] partium erat.

Verum haud diu poſt, die Iovis 22 ſexti menſis huius anni, Chalifatu ſimul et oculorum uſu privatus fuit Moſtacfi Abu-l-Caſem Abdalla, filius Moctafii, filii Motadedi, filii Movaffeki. Quod hac ratione peractum eſt. Maaz-ed-daula cum militibus, aliique, quibus praeſentibus opus erat eo die, ſollemnis

بسبب وصول رسول صاحب خراسان، فاجلس الخليفة معز الدولة علي كرسي ثم حضر رجلان من نقباء الديلم وتناولا يدي المستكفي بالله فظنّ انهما يريد ان نقبّلهما، فجذباه عن سريره وجعلا عمامته في عنقه ونهض معز الدولة واضطرب الناس وساق المستكفي ماشيا الي دار معز الدولة فاعتقل بها ونهبت دار الخلافة حتي لم يبق بها شي، وكانت مدة خلافة المستكفي سنة واربعة اشهر، ولما بويع المطيع سلم اليه المستكفي فسمله واعماه وبقي محبوسا الي ان مات، وامه ام ولد اسمها غصن *

ولما قبض المستكفي بويع المطيع لله وهو ثالث عشرينهم واسمه المفضل بن المقتدر في يوم الخميس ثاني عشرين من جمادي الاخرة من هذه السنة (اعني سنة اربع وثلثين وثلثماية، وازداد امر الخلافة ادبارا ولم يبق لهم من الامر شي وتسلّم نواب معز الدولة العراق باسره ولم يبق في يد الخليفة غير ما اقطعه له معز الدولة مما يقوم ببعض حاجاته *

ذكر الحرب بين ناصر الدولة بن حمدان ومعز الدولة بن بويه،

وفي هذه السنة سار ناصر الدولة الي بغداد وارسل معز الدولة عسكرا لقتاله فلم يقدروا علي دفعه، وسار ناصر الدولة من سامرا عاشر رمضان الي بغداد واخذ معز الدولة المطيع معه وسار الي تكريت فنهبها لانها كانت لناصر الدولة، وعاد معز الدولة بالخليفة الي بغداد ونزل

m) Habuit quoque hanc lectionem in ſuo codice Pocockius, et exhibet pag. 231. Specim. H. Ar. vertitque, "verum aſinus magiſtri ſtetit in fornice," quibus verbis dubium quem ſenſum tribuerit. Cl. Herbelō-tus

erat, et excipiendo legato principis Chorasanici dictus, frequentes in regiam coierant. Aſſidebat Maaz-ed-daula in ſuggeſtu ad latus Chalifae. Interim accedebant duo quidam tribuni Dailomitici, et manus Chalifae, quisque unam, apprehendebant, quas ipſe oſculatum porrigebat, id eos velle autumans. At illi eum e ſolio detrahebant, ipſique detractam de capite cidarin, reſolutis in longam telam eius plicis, circa collum obtorquebant. (338) Quo facto ſurgebat Maaz-ed-daula, et in domum ſuam atque cuſtodiam pedibus euntem propellebat miſerum principem; praeſens autem corona ſtupens et territa inopinato caſu aeſtuabat. Regia tum tam accurate diligenterque expilatur, ut nihil prorſus ſplendoris atque ſuppellectilis in ea relinqueretur. Novus deinde renuntiatus eodem die Chalifa, Motius billah [ſeu deo obediens] traditum ſibi nactus deceſſorem ſuum, Moſtacfium, candente lamina excoecabat: quo ex tempore ad finem usque vitae in cuſtodia manſit.

Motio, Chalifarum Abbaſicorum ordine tertio et vigeſimo, verum nomen Moſaddal, ſed praeter nomen principis nihil in eius poteſtate erat. Adeo tum retro ſublapſae fuerant res Chalifatus, et tam eviluerat ea dignitas, ut eius nulla ratio haberetur, nulla eſſet auctoritas. Maaz-ed-daulae quaeſtores totam rapientes Iracam, nihil relinquebant Chalifae, niſi quantum ipſi forte Maaz-ed-daula aſſignaret, quo neceſſitatibus eius aliqua ex parte ſatisfieret.

Haec rerum perturbatio movebat Hamdanidae Naſer-ed-daulae, domino Mauſelae, Bagdadi rapiendae cupidinem, et Dailomiticae tyrannidis invidiam; quo factum, ut is ipſam auguſtam urbem die decimo noni menſis e Samirra invadebat, poſteaquam obiectas a Buida copias, reſiſtendo haud pares, abegiſſet. Sed Buides Maaz-ed-daula viciſſim, egreſſus Bagdado, correpto ſecum Motio, Tacritam, quae ad Hamdanitae ditionem ſpectabat, populabatur, tum redibat cum ſuo Chalifa Bagdadum,

ونزل بالجانب الغربي ، ونزل ناصر الدولة بالجانب الشرقي ولم يخطب للمطيع تلك الايام ببغداد ، وجري بينهم ببغداد قتال كثير اخره ان ناصر الدولة وعسكره انهزم واستولي معز الدولة علي الجانب الشرقي واعيد الخليفة الي مكانه في محرم سنة خمس وثلثين وثلثماية واستقر معز الدولة ببغداد وناصر الدولة بعكبرا ، ثم سار ناصر الدولة الي الموصل واستقر الصلح بين معز الدولة وناصر الدولة في محرم سنة خمس وثلثين *

ذكر وفاة القايم العلوي وولاية المنصور، في هذه السنة توفي القايم بامر الله ابو القاسم محمد بن المهدي عبيد الله صاحب المغرب لثلاث عشرة خلت من شوال ، وقام بالامر بعده ابنه اسماعيل بن محمد وتلقب بالمنصور بالله وكتم موت ابيه خوفا من ابي يزيد الخارجي واستمر كتمان ذلك حتي فرغ المنصور من امر ابي يزيد الخارجي كما ذكرنا ، ثم تسلم بالخليفة وضبط الملك والبلاد *

ذكر موت الاخشيد وملك سيف الدولة دمشق ، في هذه السنة مات الاخشيد بدمشق وكان قد سار اليها من مصر ، وهو محمد بن طغج صاحب مصر ودمشق وكان مولده سنة ثمان وستين ومايتين ببغداد وكان الاخشيد قبل مسيره عن مصر وجد بداره رقعة مكتوب عليها قدرتم فاساتم ، وملكتم فبخلتم ، ووسّع عليكم فضيّقتم ، وادرّت لكم الارزاق b فقطعتم ، ارزاق العباد ، واغتررتم بصفو ايامكم ولم تفكروا في

tus videtur in ſuis libris habuiſſe الباب loco vocis القنطرة nam vertit pag. 133. "Achſchari irrité de cette iniure lui repondit bruſquement : L'ane du Scheikh eſt à la porte. C'eſt à dire, pour parler plus honetement, la diſpute eſt finie."

dum, eiusque partem, occidentali Tigridis ripae aſſitam, occupabat, Naſer-ed-daula urbem orientalem tenente. Crebrae tum caedes et velitationes per urbem inter adverſas partes commiſſae, ſilente interim per fana nomine Motii. Initio tamen ſequentis anni CCCXXXV rediit, excuſſo Hamdanida, Buides in orientalem urbis partem, et Chalifa ſuam in ſedem; Naſer-ed-daula Ocbaram excedebat, et tandem Mauſelam redibat; et pax ipſo illo primo menſe dicti anni partes inter bellantes coaleſcebat.

Hoc anno deceſſit e vivis Caiem beamr allah [ſeu exſequendorum dei mandatorum auctor] Abu-l-Caſem Muhammed, filius Mahdii Obaidallae, dominus Occidentis, die decimo tertio decimi menſis; cui ſuccedebat filius, Iſmaêl, qui deinceps Manſuri billah [hoc eſt, victoris a deo adiuti] titulum aſſumſit. Fertur filius mortem patris, metu perduellis Abu-Iazidi tamdiu celaſſe, donec profſpere eo modo, quem ſupra enarravimus, debellaſſet. Tunc autem demum promulgaſſe patris obitum, et regni facultatumque haereditatam adiiſſe.

Eodem pariter obiit Damaſci Muhammed Achſchid, Tagagi filius, Miſrae Damaſcique dominus, Bagdadi a. CCLXVIII natus. Antequam egrederetur Aegypto, adverſus Hamdanidam Saif-ed-daulam, qua de expeditione in ſuperioribus expoſuimus, reperibat in regia ſchedulam, in qua ignota manu exarata haec erant: "Habetis vos poteſtatem in manu: ea vero ad nobis nocendum abutimini. Polletis facultatibus, at quarum commodum ad alios redundare avari non ſinitis. Amplam vobis deus hilaremque vitam indulſit: vos autem ut populares veſtri anguſtam et triſtem agant, in cauſſa eſtis. Victus adminicula in vos largo rivo effuſa ſunt: vobis parentes ad deſperationem victus acquirendi adigitis. Candor dierum veſtrorum vobis imponit, ut exitus veſtrarum rerum, voluptatibus immerſi et diſtricti, non reputetis. Adeo vos tenet ſtudium veſtris cupiditatibus ſatisfaciendi, et vitae oblectamentis fruendi, tanquam praedis ſubito

في عواقبكم واشتغلتم بالشهوات واغتنام اللذّات وتهاونتم بسهام
الاسحار *d* وهنّ صايبات ولا سيما ان خرجت من قلوب قرحتموها
واكباد اجعتموها واجساد اعريتموها ، ولو تاملتم في هذا حقّ التامّل
لانتبهتم ، او ما علمتم ان الدنيا لو بقيت للعاقل ما وصل اليها
الجاهل ولو دامت لمن مضي ما نالها من بقي ، وكفي بصحبة ملك
يكون في زوال ملكه فرح للعالم ، ومن المحال ان تموت المنتظرون
حتي لا يبق منهم احد ويبقي المنتظر به ، افعلوا ما شيتم انا صابرون ،
وجوروا فانا لله مستجيرون ، وثقوا بقدرتكم وسلطانكم فانا بالله
واثقون وهو حسبنا ونعم الوكيل * وبقي الاخشيد بعد سماع هذه
الرقعة في فكر وسار الي دمشق ومات ، وولي الامر بعده ابنه ابو القاسم
ابوجور (وتفسيره محمود) واستولي علي الامر كافور الخادم الاسود
وهو من خدم الاخشيد ، وكان ابو جور صغيرا ، وسار كافور بعد موت
الاخشيد الي مصر ، فسار سيف الدولة الي دمشق وملكها واقام بها
واتفق ان سيف الدولة ركب يوما والشريف العقيقي معه ، فقال سيف
الدولة

n) ابو deerat in cod. L. Forte الامير السعيد

o) منهم ſubint. المسلمين Turbat nonnihil. Forte منا

p) وطلعوا في البحر Forte وطلعوا في المراكب

q) محمد Supra erat احمد r) الحسين Infra الحسن

s) او الشام Cod. Leid. والشام

t) مضرب non ſunt *caſtra*, ſed *amplum tentorium*, a ضرب, quaſi dicas, locus percuſſionis: incutiuntur enim pali in terram ſuſtinendo tentorio.

v) وسار الي مذهب Forte وصار الي مذهب

x) الزحف eſt in militia proceſſio in hoſtem aut adverſus moenia obſeſſae urbis, *la marche.* Proprie notat زحف *lento et aequabili gradu ſenſim*

dilabentibus, ut vilipendatis ſagittas ſuſpiriorum, quae tamen a ſua deſtinatione nunquam aberrant, praeſertim quando prodeunt e cordibus, quae ſauciaſtis, aut viſceribus, quae fame enecuiſtis, aut corporibus, quae amictu ſpoliaſtis. Hanc ad rem ſi animum, qua decet, cura intenderetis, futurum eſſet, ut evigilaretis e veſtro veterno. Ignoratisne fortunas humanas ad ſtultum nunquam deventuras eſſe, ſi viro ſapienti conſtanter adhaererent, neque poſteriorem aetatem eas adipiſci poſſe, ſi priorem non deſererent. Sufficit ad luctum et calamitatem cum rege nobis rem eſſe, cuius potentiae finis argumentum laetitiae communis praebebit. Abſurdum profecto eſt, videre quidem ſperantes, alium ex alio, ad unum omnes perire, quod autem ſperant et exſpectant potentiae gloriaeque, id credere aeternum perdurare poſſe. Agite tandem vos tyranni quidquid vultis; feremus patientes: ſaevite iniqui et impotentes; nos divino praeſidio tyrannidem veſtram arcebimus: confidite veſtrae potentiae atque imperio; nos deo confidimus. Is nobis ſufficit, et euge bonus curator." Ab huius chartae lectione profundis fixus fuit Achſchid cogitationibus, abiitque Damaſcum, et ibi a fato oppreſſus, Miſram non rediit. Succedebat ei, ſed admodum puer, filius, Abu-l-Caſem Anugur (ea vox Turcica eſt, idemque, quod Mahmud, ſeu laude dignum notat:) regnum vero per pueri aetatem gerendis rebus imparem adminiſtrabat eunuchus paternus Caſur, ille niger. Quo una cum rege puero Miſram digreſſo, invadebat et occupabat, ſuique regni ſedem faciebat Seif-ed-daula Damaſcum. Diu tamen is ibi tueri gradum haud valuit, poſtquam animos Damaſcenorum per imprudenter iactatos quosdam ſermones metu et averſatione ſui impleviſſet. Contingebat aliquando ut Seif-ed-daula per agrum urbis una cum Scharifo Akikita (339) obequitans, in Guta,* amoeniſſima illa et tantopere celebrata convalle, inconſultius evectus haec proiiceret: Hanc,

 quam

* Vid. Tom. I. pag. 405. adn. *A.*

الدولة ما تصلح هذه الغوطة الا لرجل واحد، فقال العقيقي هي لاقوام كثير، فقال سيف الدولة لو اخذتها القوانين السلطانية لتبّروا منها، فاعلم العقيقي اهل دمشق بذلك، فكاتبوا كافورا يستدعونه، فجاءهم فاخرجوا سيف الدولة عنهم، ثم استقرّ سيف الدولة بحلب ورجع كافور الي مصر وولي علي دمشق بدرا الاخشيدي فاقام سنة ثم وليها ابو المظفر بن طغج ☼

وفيها اشتدّ الغلاء وعدم القوت ببغداد حتي وجد مع انسان صبّي قد شواه لياكله وكثر في الناس الموت ☼

وفيها توفي علي بن عيسي بن الجراح الوزير وله تسعون سنة ☼

وفيها توفي عمر بن الحسين الخرقي *e* الحنبلي، وابو بكر الشبلي الصوفي، وكان والد الشبلي حاجبا للموفق اخي المعتمد وحجب الشبلي ايضا للموفق ثم تاب وصحب الفقراء حتي صار اوحد زمانه في الدين والورع، وكان الشبلي المذكور مالكي المذهب حفظ الموطا وقرا كتب الحديث وقال الجنيد عنه لكل قوم تاج وتاج القوم الشبلي ☼

وفيها توفي محمد بن عيسي المعروف بابي موسي *f* الفقيه الحنفي ☼

ثم

ſim procedere. Inde in Divan Hudeil. nubes tonitru gravida dicitur مرتجل زحوف *gravis, lente procedens:* et in eodem مزحف *lente cum gravitate incedens* ſynonymum eſt ſuperbi. Meidanius habet proverbium: انا زحف البعير اعيته اذناه "quando laſſus eſt et crura trahit camelus, moleſtant ipſum vel ambae eius aures." h. e. aegrum vel muſca exaſperat.

y) Prius تكبير eſt: dicere اكبر الله, alterum تهليل autem: dicere لا اله الا الله Vtraque formula uſurpatur a lactantibus mirantibusque. Poſterior etiam notare poteſt illam ovantium acclamationem, *Hilli li li li li*, de qua *della Valle* I. 36. pag. 172.

quam vides, o Scharif, Gutam oportebat unius eſſe. Atqui multorum eſt, reſpondebat comes. Quid ſi vero, ſubiiciebat Hamdanides, canones* Sultanici eum ſibi arrogarent? Id ſi fieret, exciderent illi omnes poſſeſſione ſua. Hoc dictum referebat Scharif ad Damaſcenos, qui clam miſſis litteris Aegypto Cafurum arceſſebant, et praeſentis auxilio Seif-ed-daulam eiiciebant. Cafur, antequam Miſram rediret, rectorem urbi Bedrum, Achſchidi quondam mancipium, imponebat; qui exacto in munere anno ſucceſſorem accepit Abu-l-Modafferum, filium Tagagi, regis patruum. Seif-ed-daula vero inde Halebo ſe continebat.

Eodem invaſit Bagdadum annonae magna caritas, ſic ut deprehenſus fuerit, qui puerulum aſſaverit comeſturus: neque mirum diram ex eo peſtem in humanum genus ſaeviiſſe.

Eodem obiit Vezir Ali, filius Iſae, filii Garrae, nonaginta natus annos; item Omar, filius Hoſaini, Charakita, doctor Hanbaliticus. Nec non Abu-Becr Schebelita (340), Suficus, vir qui morum ſeveram ſanctimoniam magnae fortunae praetulit. Eius enim pater Movaffeco, fratri Chalifae Motadedi, Hageb [ſeu cubicularius] fuerat; et ipſe quoque poſt patrem apud eundem principem idem munus geſſerat. Nihilominus tamen reſipiſcens ab aulica vanitate, ſe dederat in ſocietatem Fakirorum [ſeu monachorum mendicantium,] eamque famam conſecutus eſt, ut in viris ſuae memoriae a probitate rerumque humanarum deſpicientia celeberrimis habeatur. Secta erat Malekita; didicerat Mauta, et libros traditionum legerat. Tanti eum fecit Gonaid, ut diceret: Habet quaeque gens et ſecta ſuam coronam. Corona Muſlemicae eſt Schebelita.

Eodem obiit Muhammed, filius Iſae, fakihus Hanafiticus, vulgo nomine Abu-Muſae celeber.

* Canones, h. e. codicilli regii, in quibus deſcripta ſunt reditus, expenſae, militum numerus, praeſidiorum loca, leges, rel. *A.*

ثم دخلت سنة خمس وثلثين وثلثماية ، وفيها توفي ابو بكر الصولي ، وكان عالما بفنون الادب والاخبار روي عن ابي العباس ثعلب وغيره وروي عنه الدارقطني وغيره ، وللصولي التصانيف المشهورة ☼

ثم دخلت سنة ست وثلثين وثلثماية ، فيها عقد المنصور العلوي ولاية جزيرة صقلية للحسن بن علي بن ابي الحسين *g* الكلبي ، من تاريخ جزيرة صقلية تاليف صاحب تاريخ القيروان استمر الحسن بن علي يغزو ويفتتح في جزيرة صقلية حتي مات المنصور وتولّي المعزّ ، فاستخلف الحسن علي صقلية ابنه ابا الحسين احمد بن الحسن ، فكانت ولاية الحسن بن علي علي صقلية خمس سنين ونحو شهرين وسار الحسن عن صقلية الي افريقية في سنة اثنين واربعين وثلثماية ، ولما وصل الحسن الي افريقية كتب المعزّ بولاية ابنه احمد بن الحسن علي صقلية فاستقر احمد واليا عليها ، وفي سنة سبع واربعين وثلثماية قدم احمد بن الحسن من صقلية ومعه ثلثون رجلا من وجوه الجزيرة علي المعز فبايعوا المعز وخلع عليهم المعز واعاده الي مقرّه بصقلية ، وفي سنة احدي وخمسين وثلثماية ورد كتاب المعز علي الامير احمد بصقلية يامره باحصاء اطفال الجزيرة وان يختنهم ويكسوهم في اليوم الذي يظهر *h* فيه المعز ولده ، فكتب الامير احمد خمسة عشر الف طفل وابتدا احمد فختن ولده واخوته في مستهل ربيع الاول من هذه السنة ثم ختن الخاصّ والعامّ وخلع عليهم ، ووصل من المعز ماية الف درهم وخمسون حملا من الصلات ففرّقت علي المختونين ، وفي سنة اثنين وخمسين وثلثماية ارسل الامير احمد بسبي طبرمين

بعد

Anno CCCXXXV [qui die 1 Aug. A.C. 946 coepit] obiit Abu-Becr Saulenſis, vir variis elegantiorum litterarum generibus et hiſtoriarum cognitione imbutus, celebrium librorum auctor: magiſtrum habuit Abu-l-Abaſum Taalabum aliosque; diſcipulos Darcatanium et alios.

Anno CCCXXXVI [qui die 22 Iulii A. Chr. 947 coepit] immittebat Manſur Alida, Libyae dominus, Siciliae praefectum, Haſanum, filium Alii, filii Abu-l-Hoſaini, Calbitam; qui Haſan (utor verbis Chronici Siculi, cuius auctor cum auctore Chronici Cyrenaei idem eſt,*) quoad vixit Manſur, incurſionibus et populationibus inimicarum urbium exercuit inſulam. Moëzzo autem poſt Manſuri, patris, exceſſum rebus Africanis admoto, redibat Haſan in Africam, anno CCCXLII, poſt annos quinque et duo menſes fere in moderamine inſulae peractos, relicto ibi filio, Abu-l-Hoſaino Ahmede, cui etiam Moëzzus illuc miſſis codicillis praefecturae auctoritatem confirmabat. Hic Ahmed anno CCCXLVII traiiciebat ex inſula in Africam ad Moëzzum, aſſumtis ſecum triginta praecipuis inſulae viris, qui Fatemidae ſacramentum dixerunt, et ab ipſo dignis honoribus ornati domum una cum praefecto redierunt. (341) Anno CCCLI mandabat Moëzzus Ahmedi per litteras, ut omnes inſulae pueros Muſlemos numeraret, tum circumcideret et veſtiret illo ipſo die, quo ipſe, Moëzz, filium ſuum in publicam lucem eſſet producturus. (342) Conſcribebat igitur Ahmed quindecim puerorum millia, quos, a filiis et fratribus ſuis orſus, calendis tertii menſis huius anni circumcidebat omnes, nobilioris pariter et ſequioris fortunae, novaque veſte donabat; quod ad impendium faciendum mittebat Africae dominus centum millia numum argenteum, et quinquaginta veſtium aliorumque munuſculorum onera; quae inter circumciſos diſtribuebantur. Anno CCCLII mittebat Ahmed Africano praedam, quam ab expugnata Tauromenio

* Celebris nomine الصنهاجي Sanhagii. *A.*

بعد فتحها الي المعز وجملته الف وسبعماية ونيف وسبعون راسا، وفي
سنة ثلاث وخمسين وثلثماية جهز المعز اسطولا عظيما وقدّم عليهم
الحسن بن علي بن ابي الحسين والد الامير احمد فوصل الي صقلية
واجتمعت الروم بها وجري بينهم قتال شديد نصر الله فيه المسلمين
وقتل من الكفّار فوق عشرة الاف نفس وغنم المسلمون اموالهم وسلاحهم،
وكان في جملة ذلك سيف عليه منقوش هذا سيف هنديّ وزنه ماية
وسبعون مثقالا طال ما ضرب به بين يدي رسول الله، فبعث به
الحسن بن علي الي المعز وكذلك بعدّة من الاسري والسلاح، وسار
الحسن بعد هذا النصر واقام بقصره بصقلية ولحقه المرض حتي
توفي في ذي القعدة سنة ثلاث وخمسين وثلاثماية وكان عمره ثلثا
وخمسين سنة، وفي اواخر سنة ثمان وخمسين وثلثماية استقدم المعز
الامير احمد من صقلية فسار منها باهله وماله وولده، فكانت
امارته بها ست عشرة سنة وتسعة اشهر، ولما سار احمد عنها استخلف
يعيش مولي ابيه الحسن بن علي، فلما وصل احمد الي افريقية
ارسل المعز ابا القاسم علي بن الحسن بن علي اخا الامير احمد
المذكور وولاه الجزيرة نيابة عن اخيه، فوصل ابو القاسم الي صقلية
في نصف شعبان سنة تسع وخمسين وثلثماية، وفي سنة تسع وخمسين
وثلثماية قدّم المعز الامير احمد علي الاصطول وارسله الي مصر، فلما
وصل الي طرابلس اعتلّ احمد بن الحسن المذكور ومات بها، وفي
سنة ستين وثلثماية ارسل المعز الي ابي القاسم سجلا باستقلاله بولاية
صقلية وتعزيته في اخيه احمد، وفي سنة ست وستين وثلثماية غزي الامير
ابو

z) ورجع الاخشيد الي دمشق addidi de meo. a) وقدم Cod. L. وكان

menio (343) ceperat, ſeptendecim millia et ſeptuaginta ultraque capita. Anno CCCLIII legabat Moëzz patrem Emiri Siculi, Haſanum, filium Alii, filii Abu-l-Hoſaini, magna cum claſſe in inſulam, ubi magno numero Romani contra Muſlemos coiverant. Dei tamen munere noſtratibus parta fuit tam luculenta victoria, ut, ne praedam et arma commemorem infidelibus detracta, plus eorum decem millia (344) conciderint. Cetera inter ſpolia gladius inventus fuit Indicus, pondere centum et ſeptuaginta Metcal, [ſeu ſesquidrachmarum,] quem ſub apoſtolo dei diu meruiſſe, multasque orco miſiſſe animas, inſcriptio fidem faciebat Arabica. Hunc gladium aliumque ingentem captivorum et armorum numerum, mittebat Haſan Moëzzo, ipſe autem in Africam non redibat, non multo ab hac parta victoria, huius ipſius anni menſe undecimo, in arce, quam in Sicilia propriam habebat, morbo exſtinctus, anno aetatis tertio et quinquageſimo. (345) Anno CCCLVIII evocabat Moëzzus Ahmedem e Sicilia; quapropter ille ſuppellectile cum liberis totaque familia in naves impoſitis inſula excedebat, cui ſedecim annos novemque menſes praefuerat, relicto interim adminiſtratore Iaïſcho, paterno liberto, donec ex Africa miſſus a ſummo principe rector adeſſet. Legabat etiam Moëzz altero anno huius Ahmedis fratrem, Abu-l-Caſemum, quo fratris in inſula vices gereret. Is appellebat octavo menſe anni CCCLIX et haud diu poſt ipſe Emirus fiebat, fratre vita defuncto. Ahmedem enim Moëzz cum claſſe in Aegyptum ire iubebat. Sed vix Tripolin Africanam pervenerat, quum fatalis eum morbus opprimeret, ipſo eodem anno CCCLIX. Inſecuto igitur CCCLX mittebat Moëzz litteras Abu-l-Caſemo, quibus eum non modo nomine ſimul atque ipſa re Siciliae Emirum declarabat; (ad id enim temporis rebus ibi vicario tantummodo nomine praefuerat, poteſtate uſus, absque titulo:) ſed etiam de Ahmedis, fratris, obitu conſolabatur. Anno CCCLXVI traiiciebat hic Emirus Abu-l-

ابو القاسم علي وعدي الي الارض الكبيرة ونزل بموضع يعرف بالابرجة فراي عسكره قد جمعوا من البقر والغنم شيا كثيرا فانكر ذلك وقال لقد اشتغلتم وهذا يعيقنا عن الغزو ، فامر بذبحهما وتفريقهما ، فسمّيت تلك المرحلة مناخ البقر الي الان ، وشنّت غاراته في الارض الكبيرة فاخرب فيها مدنا ثم عاد الي صقلية مويدا منصورا ، واستمر ابو القاسم يغزو الي سنة اثنين وسبعين وثلثماية فجري بينه وبين الفرنج قتال استشهد فيه ابو القاسم ولذلك يعرف بالشهيد وكان مقتله في المحرم من السنة المذكورة ومدة ولايته علي صقلية اثنتي عشر سنة وخمسة اشهر واياما ، ولما استشهد ابو القاسم تولي ابنه جابر بغير ولاية من الخليفة ، وكان جابر المذكور سيي التدبير وفي سنة ثلاث وسبعين وثلثماية وصل الي صقلية جعفر بن محمد بن الحسن بن علي بن ابي الحسين اميرا عليها من قبل العزيز خليفة مصر ، واغتمّ جابر لذلك غمّا عظيما ، وكان جعفر المذكور مواطنا للعزيز خليفة مصر وقريبا اليه جدّا وكان للعزيز وزير يقال له ابن كلس فغار من جعفر فلما استشهد ابو القاسم اشار ابن كلس بتولية جعفر ، فارسله العزيز اليها فسار جعفر الي صقلية وهو كاره لذلك وبقي جعفر واليا علي صقلية حتي مات في سنة خمس وسبعين وثلثماية ، فتولي اخوه عبد الله بن محمد بن الحسن بن علي بن ابي الحسين وبقي عبد الله حتي توفي في سنة تسع وسبعين وثلثماية وتولي بعده ولده ابو الفتوح يوسف بن عبد الله واحسن يوسف المذكور السيرة وبقي علي ولايته ومات العزيز خليفة مصر وتولي الحاكم واستوزر ابن عم يوسف وهو حسن بن

بن

Caſem Ali, cum claſſe in Longam barram, [hoc eſt continentem, illam puta, quam corrupta voce vulgo Longobardiam dicunt,] ponebatque caſtra in loco, cui a Turribus (346) nomen erat; ibi videns ingentem a ſuis coactum armentorum pecudumque numerum, et factum improbans, nimiamque praedae copiam gravem moleſtamque iis, quibus armato agmine procedendum eſſet, futuram affirmans, iubebat omnem trucidari. Quo ex facto locus ille adhucdum Manâch el-Bacr [ſeu macellum boum] audit. Eo tempore rapinas et vaſtitatem circumferebat Abu-l-Caſem per Italiam, unde victorem et opulentum praedae exercitum in Siciliam reducebat. Hoc in more continuabat ille usque ad annum CCCLXXII, cuius primo menſe glorioſum mortem pro vera fide adverſus Francos pugnans oppetiit. (347) Quo factum, ut, ubi laudetur, nomini eius apponi ſoleat titulus Schehid [ſeu confeſſoris, martyris]. Siciliae praefuerat per duodecim annos, quinque menſes et aliquot dies. Patri tam glorioſe et pie vita rebusque humanis defuncto, ſuccedebat filius diſſimillimus, morum gubernationisque peſſimus, Gader, citra voluntatem et mandatum Africani. Anno igitur CCCLXXIII appellebat in Siciliam, ab Azizo, tunc Aegypto Chalifa, legatus, Gafar, filius Muhammedis, filii Haſani, filii Alii, filii Abu-l-Hoſaini. Quam rem Gaber aegerrime tulit: neque lubentius in provinciam ſucceſſit Gafar, quam Gaber ea deceſſit. Admodum enim Azizo familiaris et carus erat Gafar, ſed Vezirus Azizi, Abu-Calas (348), effecerat ſuis artibus, ut poſt Abu-l-Caſemi fata illuc mitteretur formidandus ſibi et intolerabilis aemulus, quo liberari cupiebat. Gafar haud diu poſt obibat in Sicilia, anno CCCLXXV, cui frater Abdalla ſuccededebat, quem anno CCCLXXIX vivis exemtum filius excepit, Abu-l-Fatuh Iuſef, geſſitque res magna cum laude. Mortuo inter haec Azizo Miſrae, filius ſuccedebat, Hakem. Qui quum Vezirum nuncuparet filium patruelis huius Ioſephi, ſcilicet Haſanum,

بن عمار بن علي بن ابي الحسين وبقي حسن وزيرا بمصر وابن عمه يوسف اميرا بصقلية ، وفي سنة ثمان وثمانين وثلثماية اصاب ابا الفتوح يوسف بن عبد الله فالج فعطب جانبه الايسر فتولي في حياته ابنه جعفر بن يوسف واتاه سجل من الحاكم بالولاية ولقبه تاج الدولة وبقي مدة ثم احدث علي اهل صقلية مظالم فخرجوا عن طاعته وحصروا جعفر المذكور في القصر ، فخرج اليهم والده يوسف وهو مفلوج في محفة ورد الناس وشرط لهم عزل جعفر فعزله وولي موضعه اخاه تاييد الدولة *i* احمد الاكحل بن يوسف ، وتولي الاكحل *k* في المحرم سنة عشر واربعماية ، وبقي الاكحل حتي خرج عليه اهل صقلية وقتلوه في سنة سبع وعشرين واربعماية ، ولما قتلوا الاكحل ولّوا اخاه الحسن صمصام الدولة ، فجري بايامه اختلاف بين اهل الجزيرة وتغلّبت الخوارج عليه حتي صارت للفرنج علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ۞

ثم دخلت سنة سبع وثلثين وثلثماية ، فيها توفي معز الدولة الموصل وسار عنها ناصر الدولة الي نصيبين ثم جاءت الاخبار بحركة عسكر خراسان الي بلاد معز الدولة ، فرحل عن الموصل وعاد اليها ناصر الدولة ۞

ثم

b) أُدِرَّ لكم الارزاق *largiter et radiatim ad inſtar lactis aut pluviae eluere facti* vel effuſi *ſuper vos fuerunt victus* ſeu vitae praeſidia. رزق eſt *victus* et *felicitas;* hinc مرزوق *felix, fortunatus.* در autem *fluere copioſe, abundare,* de lacte praecipue et de imbre dicitur. Meidanius الغرار قلة اللبن والدرة كثرته "Vox غرار notat parum lactis, درة copiam eius." Idem habet درایر pl. a دارة *cameli, copioſum*

ſanum, filium Amari, filii Alii, filii Abu-l-Hoſaini, factum eo fuit, ut duo gentiles in regno Fatemidarum plurimum valerent, Haſan in Aegypto, et Ioſephus in Sicilia. Anno CCCLXXXVIII tentatus Ioſephus nervorum reſolutione lateris ſiniſtri uſum amiſit. Suum itaque ſucceſſorem vivus adhuc pater Gafarum dicebat, et obtinebat etiam ab Hakemo tabulas, quibus non tantum approbatum ratumque habitum id factum, ſed etiam Gafaro titulus Tag-ed-daula [id eſt corona aulae, Fatemidicae nimirum] attributus fuit. Ille vero multa per iniurias et ſaevitiem agens, et novans, eo tandem furoris adigebat Siculos, poſteaquam ad temporis aliquod ſpatium rebus praefuiſſet, ut in arce ſua eum obſiderent. Interponebat auctoritatem ſuam nervis reſolutus pater, Ioſef, qui, lectica ſublatus ad tumultuantes egreſſus, eo placabat et avertebat, quod Gafarum a cura publicae rei revocandum ſponderet. Sufficiebat igitur alterum filium, Ahmedem, cui cognomen in hiſtoriis eſt Ackhali [id eſt nigris oculis praediti] et titulus Taid-ed-daula [ſeu robur imperii]. Hic ab anno CDX ad annum CDXXVII obtinuit. Huic tandem Siculi a ſe peremto ſuffecere fratrem, Haſanum, Samſam-ed-daula [ſ. gladium imperii], cuius in diebus incubuere diſcordiae in inſulanos, et inſurrexerunt ſeditioſi; quo factum ut Franci fractam vexatamque contentionibus inſulam occuparent, quod ſuo loco fuſius exſequemur. [Haec, quae de Siciliae rebus uno in conſpectu exhibere voluimus, depromta ſunt omnia ex auctore ſupra laudato.]

Sed redimus in ordinem. Anno itaque CCCXXXVII [qui die 10 Iulii A. C. 948 coepit] potiebatur Mauſela Maaz-ed-daula Buides, cui concedens Naſer-ed-daula Hamdanides (eius enim urbs erat) Niſibinam ibat. Brevi tamen poſt coactus praedam mittere Buides, accepto, a Choraſanicis ſuam ditionem carpi, Hamdanidae viam ad ſuos redeundi liberabat.

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين وثلثماية ، ذكر موت عماد الدولة بن بويه ، وفي هذه السنة توفي عماد الدولة ابو الحسن بن بويه بشيراز في جمادي الاخرة ، وكانت علته قرحة في كلاه طالت به وتوالت به الاسقام ، ولم يكن لعماد الدولة ولد ذكر فلما احسّ بالموت ارسل الي اخيه ركن الدولة يطلب منه ابنه عضد الدولة فنا خسرو ليجعله عماد الدولة وليّ عهده ووارث مملكته بفارس ، وكان ذلك قبل موته بسنة ، فوصل عضد الدولة الي عمه عماد الدولة فولّاه عماد الدولة مملكته في حياته وامر الناس بالانقياد الي عضد الدولة ، ولما مات عماد الدولة بقي ابن اخيه عضد الدولة بفارس واختلف عليه عسكره فسار ابوه ركن الدولة من الري اليه وقرّر قواعد عضد الدولة ، ولما وصل ركن الدولة الي شيراز ابتدي بزيارة قبر اخيه باصطخر فمشي اليه حافيا حاسرا ومعه العساكر علي تلك الحال ولزم القبر ثلثة ايام الي ان ساله القواد والاكابر الرجوع الي المدينة ، فرجع اليها ، وكان عماد الدولة في حياته هو امير الامراء فلما مات صار اخوه ركن الدولة امير الامراء وكان معز الدولة هو المستولي علي العراق وهو كالنايب عنهما *

وفي هذه السنة مات المستكفي المخلوع وهو في الحبس اعمي *

ثم دخلت سنة تسع وثلثين وثلثماية ، وفيها مات وزير معز الدولة محمد الصيمري واستوزر معز الدولة ابا محمد الحسن المهلبي * وفيها

ſum lac reddentes. Coelum *copioſam pluviam effundens* dicitur مدرار in Corano LXXI. 10. et Arabſiadae hiſt. Tim. p. 362 lin. 5.

c) فقنطتم Forte فقبضتم

Anno CCCXXXVIII [qui die 30 Iunii A. C. 949 coepit] obiit Emad-ed-daula Abu-l-Haſan, filius Buiae, menſe anni ſexto, renum vetuſto ex ulcere, et inde corrupto morborum iliade toto corporis habitu. Is anno vitae penultimo, inſtare ſibi fatum ſentiens, rogabat fratrem Rocn-ed-daulam, ut filium, Adad-ed-daulam Fanachoſru, ſibi mitteret, quem, maſculae prolis expers, haeredem ſuae poteſtatis et in regnum Perſidis ſucceſſorem diceret. Neque deerat eius precibus Rocn-ed-daula. Itaque vivus adhuc Emad-ed-daula nepoti Sultani nomen et poteſtatem tribuebat, eique ut morem gererent, purpuratis ſuis omnibus imperabat. Defuncto tandem, manebat haeres Adad-ed-daula in poſſeſſione Perſidis, ſed exercitus eum contemnebat, et obſequi detrectabat. Neceſſe igitur erat, ut ipſe novi domini pater, Rocn-ed-daula, defuncti frater, Raia Schirazam veniret, filiique regimen ordinaret, et firmis ſuperſtrueret fundamentis. Primum eorum, quae Rocn-ed-daula Schirazae agebat, erat hoc, ut Eſtacharam, fratris ibi ſepulcrum viſitatum, nudis pedibus et brachiis iret in proceſſione, toto exercitu eodem in lugubri habitu pone inſequente. Tres ibi dies haerebat, religione apud buſtum defungens, donec tandem a ducibus rogatus Schirazam rediret. Geſſerat Emad-ed-daula dignitatem ſummi Emiri: quam in dignitatem ſuccedebat deinceps frater natu minor, Rocn-ed-daula. Quamvis enim minimus, Maaz-ed-daula, teneret Iracam, [ubi ſedes orientalis imperii, et agere ſupremi Emiri ſortis erat,] tenebat tamen eam fere tantummodo ut vicarius fratrum, Emadi primum, tum Rocni.

Hoc anno in carcere obiit Moſtacfi, coecus, quondam Chalifa.

Anno CCCXXXIX [qui die 19 Iunii A. Chr. 950 coepit] obiit Vezirus Maaz-ed-daulae, Muhammed Saimarita, cui Buides Abu-Muhammedem Haſanum, Mohallebitam, ſuffecit.

Hoc

وفيها غزي سيف الدولة بلاد الروم فاوغل فيها وغنم وفتك، فلما عاد اخذت الروم عليه المضايق، فهلك غالب عسكره وما معه ونجي سيف الدولة بنفسه في عدد يسير ✻

وفيها اعادت القرامطة الحجر الاسود الي مكة، وكان قد اخذوه سنة سبع عشرة وثلثماية، فكان مكثه عندهم اثنين وعشرين سنة ✻

ذكر غير ذلك من الحوادث، وفيها توفي ابو نصر محمد بن طرخان الفارابي الفيلسوف وكان رجلا تركيا ولد بفاراب التي تسمي هذا الزمان اطرار (بضم الهمزة وسكون الطاء المهملة وبين الرايين المهملتين الف) وهو من المدن العظام، سافر الفارابي من بلده حتي وصل الي بغداد وهو يعرف اللسان التركي وعدّة لغات فشرع في اللسان العربي فتعلّمه واتقنه، ثم اشتغل بعلوم الحكمة واشتغل علي ابي بشر متي بن يونس الحكيم المشهور في المنطق واقام الفارابي علي ذلك برهة ثم رحل الي مدينة حران واشتغل بها علي ابي حيا *l* الحكيم النصراني، ثم قفل الي بغداد واتقن علوم الفلسفة وحلّ كتب ارسطو واتقن علم الموسيقي والف ببغداد معظم تصانيفه، ثم سافر الي دمشق ولم يقم بها وسافر الي مصر، ثم عاد الي دمشق واقام بها في ايام ملك سيف الدولة بن حمدان، فاحسن اليه، وكان علي زي الاتراك لم يغير ذلك، وحضر يوما عند سيف الدولة بدمشق بحضرة فضلايها فما زال كلام الفارابي يعلو وكلامهم يسفل حتي صمت الكل

d) سهام الاسحار سهام *ſagittae pulmonum* h. e. ſuſpiria. Mira formula: ſed videtur aliud nihil poſſe extundi, quam quod dedi.

e) الحرقي Ibn-Schehna الخرقي *f*) بابي موسي Forte بابن موسي

g) الحسين Forte الحسن *h*) يظهر Forte يخفي Vide adn. hiſt.

Hoc anno impetebat Seif-ed-daula Romanam ditionem, in qua caedes rapinasque longe lateque circumferebat. Redituro autem occupabant Romani, qua transeundum erat, anguſtias; quo factum, ut maxima copiarum et praedae parte multatus, ipſe cum pauciſſimis aegre ſalvus evaderet.

Hoc anno Meccam reportabant Carmatitae nigrum lapidem, quem anno CCCXVII ablatum in alterum et vigeſimum annum tenuerant. (349)

Eodem obiit Abu-Naſr Muhammed, filius Tarchani, Farabenſis, philoſophus, natione Turca, Farabae natus, quae hodie Otrar appellatur, urbs, ſi quae alia, maxima. Profectus ille domo Bagdadum, praeter vernaculam Turcicam linguam aliarum plurium gnarus, inſtituebat Arabicam quoque diſcere; quam ut probe imbibit, philoſophiae deinceps navavit operam, Abu-Beſchro Matta, filio Iunaſi, magiſtro uſus, illi artis logicae peritia claro. His in ſtudiis conſumto temporis aliquo ſpatio, movebat Haranam, ubi doctore uſus Abu-Haia, philoſopho Chriſtiano, coepta continuabat. Poſtea Bagdado redditus, coronidem imponebat ſtudiis philoſophicis, reſolvebat libros Ariſtotelis, perfecte et erudite addiſcebat muſicam, ingeniique ſui monumenta longe plurima ibi condebat. Inde ſuſcepto itinere per Damaſcum petebat Miſram; unde redux interiecto tempore poſt factus Damaſci perſiſtebat tum, quum Seif-ed-daula urbem tenebat, cuius ampliſſima fuerunt in noſtrum beneficia. Contingebat ibi, quum aliquando ad coetum doctorum hominum accederet, qui apud modo laudatum principem convenerant, ut primum quidem in eo vultus ignotus et Turcica veſtis, quam nunquam poſuit, admirationem coronae moveret; deinde vero, quo longius extrahebatur illa eruditorum confabulatio, eo magis paullatim increbreſcebat noſtri ſermo, ut clarius, ut frequentius, quam initio, audiretur; eo contra elangueſcebat vox reliquorum, donec omnes plane conticeſcerent. Neque ſatis hoc

الكل ثم اخذوا يكتبون ما يقوله ، وكان الفارابي منفردا بنفسه لا يجالس الناس وكان في مدة مقامه بدمشق لا يكون الّا عند مجتمع ماء او مشتبك رياض ، وكان ازهد الناس في الدنيا واجري سيف الدولة عليه كل يوم اربعة دراهيم فاقتصر عليها ، ولم يزل مقيما بدمشق الي ان توفي بها وقد ناهز m ثمانين سنة ودفن خارج باب الصغير *

وفيها مات الزجاجي النحوي وهو ابو القاسم عبد الرحمان بن اسحق صاحب ابراهيم بن السري الزجاج فنسب اليه وعرف به وكان امام وقته وصنّف الجمل n في النحو ☼

ثم دخلت سنة اربعين وثلثماية ، فيها توفي عبد الله بن الحسين الكرخي الفقيه المشهور الحنفي المعتزلي وكان عابدا ، ومولده سنة ستين o ومايتين *

وفيها توفي ابو اسحاق ابراهيم بن احمد بن اسحق المروزي الفقيه الشافعي بمصر انتهت اليه الرياسة بالعراق بعد ابن سريج وصنّف كتبا كثيرة وشرح مختصر المزني ☼

ثم دخلت سنة احدي واربعين وثلثماية، وفيها سار يوسف بن وجيه صاحب عمان في البحر والبرّ الي البصرة وحصرها وساعده القرامطة علي ذلك وامدّوه بجمع منهم واقاموا هناك اياما فادركهم المهلّبي وزير معز الدولة بالعساكر فرحلوا عنها *

ذكر وفاة المنصور العلوي، وفيها توفي المنصور بالله العلوي ابو الطاهر اسماعيل بن القايم بامر الله ابي القسم محمد بن المهدي عبيد الله سلخ شوال، وكان خلافته سبع سنين وستة عشر يوما وكان عمره تسعا وثلثين

erat ſapientiam viri admirantibus, auribus haurire; etiam ſermones eius, ne perirent, calamo ad extremum excipiebant. Ceterum amabat ſolitudinem, rarus in coetibus (350), donec Damaſci egit, viſus eſt, praeterquam apud aquarum confluentem, denſumve aboretum. (351) A luxurie tam ſe abſtinebat, quam mortalium ullus alius, vivebatque contentus quatuor drachmis, quas ipſi Seif-ed-daula in diem aſſignaverat. Damaſci ex eo tempore ad vitae finem manſit, quem anno aetatis propemodum octogeſimo obiit: ſepultus eſt extra portam parvam.

Eodem obiit Abu-l-Caſem Abd-er-Rahman, filius Iſaaci, grammaticus, Zagagii [ſeu vitriarii] nomine celeber, ſic dictus ex Ibrahimo, filio Serrii, Zagago (352), quem magiſtrum habuerat. Erat grammaticorum aetate ſua princeps; auctor eſt grammatices, quae Gaml [id eſt ἡ καθολικη] inſcribitur.

Anno CCCXL [qui die 8 Iunii A. Chr. 951 coepit] obiit Abdalla, filius Hoſaini, Carchenſis, celeber ille fakihus Hanafiticus, ſimul et Motazalita, vir pius, natus anno CCLX. Item obiit Abu-Iſhac Ibrahim, filius Ahmedis, filii Iſhaki, Marvazi, [vel Marvenſis] fakihus Schafeiticus, Miſrae. Poſt Ibn-Soraihum Rais [ſeu generalis ordinis ſui, hoc eſt, Schafeiticorum] per Iracam fuit. Inter libros, quos plures compoſuit, eſt commentarius in compendium Mozanitae.

Anno CCCXLI [qui die 28 Maii A. C. 952 coepit] invadebat et obſidebat Baſram terra marique Ioſef, filius Vagihi, dominus Omanae, a Carmatitis non contemnenda manu auctus. Aliquot autem diebus poſt diſcutiebat eos adveniens cum copiis Maaz-ed-daulae Vezirus, Mohallabides.

Hoc anno mortuus eſt Alidâ, Aegypti Chalifa, Manſur Abu-Taher Iſmaël, filius Caiemi beamr-allah Abu-l-Caſemi Muhammedis, filii Mahdii Obaidallae, menſe decimo exeunte, anno aetatis nono et trigeſimo, ſeptem annis et ſedecim diebus

 in

وثلثين سنة، وكان خطيبا بليغا يخترع الخطبة لوقته *p*، وظهر من شجاعته في قتال ابي يزيد الخارجي ما تقدّم ذكره، وعهد الي ابنه ابي تميم معدّ بن المنصور اسماعيل بولاية العهد وهو المعزّ لدين الله فبايعه الناس في يوم مات ابوه فيه في سلخ شوال من هذه السنة واقام في تدبير الامور الي سابع ذي الحجة فاذن للناس فدخلوا اليه وسلّموا عليه بالخلافة، وكان عمر المعز ان ذاك اربعا وعشرين سنة *

وفيها ملك الروم مدينة سروج وسبوا اهلها وغنموا اموالهم وخرّبوا المساجد *

وفيها توفي ابو علي اسماعيل بن محمد بن اسماعيل الصفّار النحوي المحدث وهو من اصحاب المبرّد وكان مولده سنة سبع واربعين ومايتين وكان ثقة *

ثم دخلت سنة اثنين واربعين وثلثماية وسنة ثلاث واربعين وثلثماية، ذكر موت الامير نوح بن نصر بن احمد بن اسماعيل وولاية ابنه عبد الملك، وفيها مات الامير نوح بن نصر الساماني في ربيع الاخر وكانت ولايته في سنة احدي وثلثين وثلثماية، وكان يلقب بالامير الحميد، وكان حسن السيرة كريم الاخلاق، ولما توفي ملك بعده ابنه عبد الملك بن نوح *

وفيها في ربيع الاول غزي سيف الدولة بن حمدان بلاد الروم فغنم وقتل ووقع بينه وبين الروم وقعة عظيمة قتل فيها من الفريقين عالم كثير وانتصر فيها سيف الدولة *

وفيها ارسل معز الدولة سبكتكين في جيش الي شهرزور فعاد ولم يفتحها *

وفيها

in Chaliſatu exactis. Erat orator eloquens, vel ex tempore facundus: quam item fortis atque bellicoſus fuerit, intelligi atque repeti poteſt e ſupra dictis de bello, quod cum perduelle Abu-Iazido proſpere geſſit. Chaliſatum legabat filio, Abu-Tamim Moaddo, qui ſub titulo Moëzz ledin allah [conſervatoris divinae legis] deinceps nobis veniet. Huic eodem quidem die dictum ſacramentum, quo pater deceſſerat, hoc eſt ultimo decimi menſis, die tamen ſeptimo duodecimi demum admittebat novum ipſi gratulantes imperium, tituloque Chalifae tum primum compellantes, conſumto, quod intercedebat, tempore in ordinandis imperii rebus. Agebat eo tempore annum aetatis vigeſimum quartum.

Eodem occupabant et populabantur Romani Sarugam, incolis in captivitatem abductis, et templa vaſtabant. (353)

Eodem obiit Abu-Ali Iſmaël, filius Muhammedis, filii Iſmaëlis, Soffari [ſen fabri cuprarii] grammaticus, traditionarius, fide dignus; e diſcipulorum Mobarredi numero, natus anno CCXLVII.

Anno CCCLXIII [qui die 6 Maii A. C. 954 coepit] obiit Emirus Choraſanae et Tranſoxanae, Nuh, [ſeu Noachus] filius Naſri, filii Ahmedis, filii Iſmaëlis, Samanida, menſe quarto. Regnaverat ab anno CCCXXXI, hoc eſt annos duodecim, titulumque Emir-el-hamed [ſeu principis laudabilis] vita bene acta morumque nobilitate meruit. Poſt quem filius, Abd-al-Malek, regnavit.

Huius anni menſe tertio irrumpebat Saif-ed-daula in Romanam ditionem, caedebat, rapiebat, et tandem acri cum hoſtibus praelio implicabatur, quo magna utrinque ſtrages edita, victor tamen Hamdanides exceſſit.

Eodem mittebat Maaz-ed-daula Sebectekinum ad ſubigendam urbem Schaharzur (354); ſed irrito conatu.

وفيها مات محمد ابن العباس المعروف بابن النحوي الفقيه، ومحمد بن القاسم الكرخي ۞

ثم دخلت سنة اربع واربعين وثلثماية ، فيها مات ابو علي بن المحتاج صاحب جيوش خراسان بعد ان عزله الامير نوح عن خراسان، فخرج لذلك عن طاعة نوح ولحق بركن الدولة بن بويه ومات في خدمته ۞

ذكر ما جري في هذه السنة بين المعز العلوي وعبد الرحمان الاموي صاحب الاندلس ، في هذه السنة انشا عبد الرحمان الناصر الأموي مركبا كبيرا لم يعمل مثله وسيّر فيه بضايع لتباع في بلاد الشرق ويعتاض عنها ، فلقي في البحر مركبا فيه رسول من صقلية الي المعز العلوي ومعه مكاتبات اليه فقطع q عليهم المركب الاندلسي واخذهم بما معهم ، وبلغ ذلك المعز فجهّز اصطولا الي الاندلس فاستعمل عليه الحسن بن علي عامله علي صقلية فوصلوا الي المرية واحرقوا جميع ما في ميناها من المراكب واخذوا ذلك المركب الكبير المذكور بعد عوده من الاسكندرية وفيه جواري مغنّيات وامتعة لعبد الرحمان وصعد اسطول المعز الي البر فقتلوا ونهبوا ورجعوا سالمين الي المهدية ، ولما جري ذلك جهز عبد الرحمان اسطولا الي بلاد افريقية فوصلوا فقصدهم عساكر المعز فرجعوا الي الاندلس بعد قتال جري بينهم ۞

ثم دخلت سنة خمس واربعين وثلثماية ، فيها سار سيف الدولة بن حمدان الي بلاد الروم فغنم وسبي وفتح عدة حصون ورجع الي اذنة واقام بها ثم ارتحل الي حلب ۞

وفيها

Eodem obiit Muhammed, filius Abaſi, vulgo nomine Ibn-en-Nahvii [ſeu filii grammatici] celeber, fakihus; item Muhammed, filius Caſemi, Carchenſis.

Anno CCCXLIV [qui die 26 April. A. Chr. 955 coepit] obiit Abu-Ali filius Mohtag, qui copiis Choraſanicis aliquando cum imperio praefuerat; inde a paullo ante laudato Nuho Samanida decedere iuſſus, prae iniuriae impatientia defecerat ab obſequio, et in ſtipendia Rocn-ed-daulae Buidae tranſierat, in quibus etiam dies ſuos finiit.

Hoc anno colliſerunt Moëzz, Alida, et Abd-er-Rahman, Ommiades, ille Aegypti, hic Andaluſiae, Chalifa. Paraverat enim Abd-er-Rahman navem, cui ſimilis alia viſa nondum fuerat, et oneratam mercibus in orientem mercaturae ergo miſerat, iuſſeratque ſuis divenditis mutatas alias imponi atque revehi. Incidebat haec navis illuc in aliam, quae legatum litterasque Emiri Siculi ad Moëzzum vehebat. Hanc Hiſpanica perſecuta, intercepta elabendi via, cum oneribus omnibus capiebat. Vlciſcendae tantae iniuriae ergo Moëzzus claſſem Hiſpaniae cum Haſano, filio Alii, Siciliae praefecto, immittebat, qui, deprehenſas in Almeriae portu naves omnes incendebat, ipſamque illam magnam, de qua diximus, iam ab Alexandria revectam, capiebat, puellis pſaltriis aliisque mercibus ad Ommiadam pertinentibus onuſtam. Quibus peractis etiam in continentem terram exſcendebat iuncta Sicula Africana claſſis, et, qua poterant, caedibus rapinisque graſſati redibant Mahdiam ſoſpites. Hiſpanus contra miſſa claſſe alia laceſſebat Africam, ſed ea a Moëzzi copiis commiſſo praelio reiecta domum rediit rebus infectis.

Anno CCCXLV [qui die 14 April. A. C. 656 coepit] excurrebat iterum Seif-ed-daula in Romanam ditionem, ferebat, agebat, expugnabat arces complures, dein redibat Adenam, ubi moratus aliquantisper Halebum repetebat.

Eodem

وفيها توفي ابو عمر محمد بن عبد الواحد [r] الزاهد غلام
ثعلب [s] المعروف بالمطرز احد ايمة اللغة المشاهير المكثرين، صحب
ابا العباس ثعلبا زمانا فعرف به، وللمطرز المذكور عدة مصنفات
وكانت ولادته سنة احدي وستين ومايتين، وكان اشتغاله بالعلوم
قد منعه عن اكتساب الرزق فلم يزل مضيقا عليه، وكان لسعة
روايته وكثرة حفظه يكذبه ادباء زمانه في اكثر نقل اللغة ويقولون
لو طار طاير يقول ابو عمر المذكور حدثنا ثعلب عن ابن الاعرابي
ويذكر في معني ذلك شيا، وكان يلقي تصانيفه من حفظه حتي
انه املي في اللغة ثلثين الف ورق، فلهذا الاكثار نسب الي الكذب ❋

ثم دخلت سنة ست واربعين وثلثماية، فيها مات السلار
المرزبان صاحب اذربيجان وملك بعده ابنه حسان، وكان للمرزبان
اخ يسمي وهشوذان، فشرع في الافساد بين اولاد اخيه حتي وقع ما
وقع [t] بينهم وتقاتلوا وبلغ عمهم وهشوذان [r] ما اراد ❋

وقد

i) تابيد الدولة h. e. *perennitas imperii.* Malui legere تاييد الدولة *robur imperii.*

k) الاكحل notat *caeſium oculis*, ſed eum quoque, *qui palpebrarum margines natura nigras habet*, quae in oriente pro pulcritudinis parte habentur.

l) ابي حيا Raud el-achiar habet يوحنا بن خيلان الحكيم النصراني Abu-Oſaiba بن حيلان Abulfaragius pag. 316. بن جبلان

m) ناهز Vid. hiſt. Tamerl. p. 398 lin. 3. Videtur notio *properandi* in verbo نهز reſidere. Hinc ناهز *probe abeſſe;* نهز الي *prope venire ad* — Harir. conſ. XLIX init. ناهز القبصة "prope venerat ad vitae finem."

n) الحجل Sic recurrit infra an. 610 et apud Ibn-Schehnam. Noſter hoc loco habebat الاحجل

o) ستين Sic emendavi. Cod. L. habebat ست: ſed probabile non eſt, hominem tum temporis 136 annos vixiſſe.

Eodem obiit Abu-Omar Muhammed, filius Abd-el-Vahedi, vir ſanctus, olim famulus Taalabi grammatici, unde quoque paſſim Golam (355) Taalabi, ſed frequentiſſime Motarrez [ſeu ſartor veſtiarius] citatur, unus principum et celeberrimorum philologorum, qui multos libros et obſervationes huius generis reliquit: natus fuerat anno CCLXI. Aviditas eius in ſtudia litterarum detinebat eum a neceſſarii victus comparandi cura; quo factum, ut res ei domeſtica nunquam non anguſta eſſet. Tot numero legerat libros, et, quae legiſſet, memoriae tam fideli mandaverat, ut nihil paene veniret in controverſiam, cui aptum ille aut locum auctoris, aut ſervatam per hominum ora magiſtri alicuius traditionem, non citaret; quod eius memoriae litteratos induxit, ut ſuſpicarentur, ipſum in plurimis gloſſematis traditionibus mala fide agere, ſuoque ex ingenio conficta ſub praeclaris nominibus venditare. Si vel avicula praetervolaret, iactabant illi, diceret Abu-Omar [is eſt Motarrez]: narravit mihi Taalab, ex ore Ibn-el-Arabi; et comminiſceretur aliquid eam in rem. Omnia, quae reliquit memoriae penu expromebat, libris ſemotis, et, quod ſtupendum, triginta foliorum millia dictabat aliquando ſola ex memoria, quibus dictionum vim et linguae indolem explicabat.

Anno CCCXLVI [qui die 4 April. A. Chr. 957 coepit] obiit Sallâr* Marzapân, Aderbiganae dominus, haerede relicto filio, Haſano. Sed Marzapani frater, Vahſchudân, committebat hunc ſuum ex fratre nepotem cum ceteris eiusdem fratribus, diſcordiae bellorumque civilium ſemina ſpargens; quo fiebat, ut, diſtractis fractisque, facile quae cupiebat obtineret. Cupiebat autem ipſe ſolus regnare. (356)

Inter

* *Sallâr* vox Turcica, notat *magiſtrum* vel *praefectum*.

وقد ذكر ابن الاثير في حوادث هذه السنة ان البحر نقص ثمانين باعا وظهرت فيه اجزاء بر *x* وجبال لم تعرف قبل ذلك ☼

وفيها توفي ابو العباس محمد بن يعقوب الاموي النيسابوري المعروف بالاصمّ وكان عالي الاسناد في الحديث وصحب الربيع بن سليمان صاحب الشافعي ، وابو اسحاق ابراهيم بن يحمد الفقيه البخاري الامين ☼

ثم دخلت سنة سبع واربعين وثلثماية ، ذكر مسير جيوش المعز الي اقاصي المغرب ، وفي هذه السنة عظم امر ابي الحسن جوهر عبد المعز فصار في رتبة الوزارة وسيّره المعز في صفر هذه السنة في جيش كثيف الي اقاصي المغرب ، فسار الي تاهرت ثم سار منها الي فاس في جمادي الاخرة وبها صاحبها احمد بن بكر فاغلق ابوابها فنازلها جوهر وقاتل اهلها فلم يقدر عليها ومضي جوهر حتي انتهي الي البحر المحيط وسلك تلك البلاد جميعها ، ثم عاد الي فاس ففتحها عنوة ، وكان مع جوهر زيري بن مناد الصنهاجي وكان شريكه في الامرة ، وكان فتح فاس في رمضان سنة ثمان واربعين وثلثماية ☼

وفيها توفي ابو الحسن علي بن * * * *y* البوشنجي الصوفي بنيسابور وهو احد المشهورين منهم ☼ وفيها توفي ابو الحسن محمد من ولد ابي الشوارب قاضي بغداد وكان مولده سنة اثنين وتسعين ومايتين ☼ وابو علي الحسين بن علي النيسابوري ، وابو محمد عبد الله الفارسي النحوي اخذ النحو عن المبرّد ☼

ثم

p) Non infrequens formula: اخترع الخطبة لوقتها Vid. Elmacin. 220 lin. 26, ubi male يخترع editur. De etymologia nihil habeo certi. Conf. Schultens ad Harir. conſ. vi. pag. 197.

Inter memorabiles huius anni caſus refert Ibn-el-Atir, octuaginta ulnarum ſpatio mare (357) decreviſſe, integrasque in eo tum primum inſulas altosque montes, ad eum diem incognitos, in conſpectum veniſſe.

Eodem obiit Abu-l-Abas Muhammed, filius Iacobi, ex Ommiadarum gente, Niſaburenſis, vulgo Aſammi [ſeu ſurdi], nomine notus. Traditionum eius ſeries eſt excelſae nobilitatis, quandoquidem eas a Rabio, diſcipulo Schafiaei, accepit. Obiit etiam Abu-Ishac Ibrahim filius Muhammedis, fakihus Bocharenſis, Amin [ſeu fidus] dictus.

Anno CCCXLVII [qui die 24 Mart. A. Chr. 958 coepit] idque ſecundo menſe, mittebat Moëzzus Alida ingentes copias ad extrema occidentalis Africae (358), duce Abu-l-Haſano Gauhar, mancipio ſuo, qui adeo creverat favore ſui principis et potentia, ut in Veziri gradum evaſerit. Primam igitur ille Tahortam invadebat, inde Faſam, anni ſexto menſe, quam tamen tum quidem, admotis nequicquam belli terroribus, ſuperare nequibat, portis excluſus ab Ahmede, Becri filio, urbis eodem principe atque defenſore. Omiſſa itaque Faſa procedebat ad oceanum uſque atlanticum, omnemque interiectum tractum peragrabat. Inde verſo curriculo quum rediret Faſam, denuo illam adortus Gauhar expugnabat violento marte, anno CCCXLVIII menſe nono, copiis Zairii, filii Manadi, Sanhagitae auctus, quem ſecum habebat imperii militaris conſortem.

Hoc anno Niſaburae obiit Abu-l-Haſan Ali, Buſchangicus, Suficus, e celebrioribus huius ſectae doctoribus. Item Abu-l-Haſan Muhammed, e poſteris Abu-Schavarebi, Cadii quondam Bagdadici, natus anno CCXCII. Item Abu-Ali-el-Hoſain, filius Niſaburenſis; et Abu-Muhammed Abdalla, Fareſi [ſeu Perſa], celeber grammaticus, diſcipulus Mobarredi.

ثم دخلت سنة ثمان واربعين وثلثماية ، فيها توفي ابو بكر بن سليمان الفقيه الحنبلي المعروف بالنجاد وعمره خمس وتسعون سنة ، وجعفر بن محمد النجلدي الصوفي وهو من اصحاب الجنيد *

وفيها انقطعت الامطار وغلت الاسعار في كثير من البلاد *

ثم دخلت سنة تسع واربعين وثلثماية ، وفيها وقع الخلف بين اولاد المرزبان فاضطرّوا الي مساعدة عمهم وهشوذان ، فكاتبوه وصالحوه وقدموا عليه فغدر بهم وامسك حسان وناصرا ابني اخيه وامهما فقتلهم *

وفي هذه السنة غزي سيف الدولة بن حمدان بلاد الروم في جمع كثير ففتح واحرق وقتل وغنم وبلغ الي خرشنه ، وفي عوده اخذت الروم عليه المضايق واستردّوا ما اخذه واخذوا اثقاله واكثروا القتل في اصحابه وتخلّص سيف الدولة في ثلثماية نفس ، وكان قد اشار عليه ارباب المعرفة بان لا يعود في ذلك الطريق فلم يقبل ، وكان سيف الدولة معجبا بنفسه يحبّ ان يستبدّ ولا يشاور احدا لئلّا يقال انه اصاب براي غيره *

وفي

q) فقطع ſcilicet الطريق

r) عبد الواحد Sebekaeus exhibet عبد الحكم

s) غلام ثعلب Ita mecum Sebekaeus. Cod. L. hoc loco habet غلام تغلب ſed deinceps ثعلب

t) وقع h. l. deeſt in cod. L.

v) Cod. L. وهسوذان

x) اجزاءبر Mallem جزاير

y) Deeſt nomen patris.

Anno CCCXLVIII [qui die 13 Mart. A. C. 959 coepit] obiit Abu-Becr, filius Solaimani, cognomine Nagâd, fakihus Hanbaliticus, anno aetatis quinto et nonageſimo. Item Gafar, filius Muhammedis, Galadita, Suficus, e diſcipulis Gonaidi.

Eodem cara fuit paſſim terrarum annona, ob pluviarum defectum.

Anno CCCXLIX [qui 2 Martii A. C. 960 coepit] cogebantur fratres, Marzapani filii, ſubortis inter ipſos diſſidiis, Vahſchudani, communis patrui, auxilium et arbitrium implorare, de ineunda reconciliandorum animorum ratione per litteras cum eo agere, tandem ſuorum corporum copiam atque poteſtatem ipſi facere. Neque neſciebat ille adverſariorum ſtupore in rem ſuam abuti. Compos enim illorum factus perfidus homo carceri mandabat duos eorum praecipuos, Haſſanum et Naſerum, una cum matre ambobus communi, et deinceps necabat.

Eodem anno impetebat Seif-ed-daula Hamdanides Romanam ditionem nova incurſione, ingente cum exercitu, ſubigebat urbes et arces, urebat, vaſtabat, trucidabat homines, pecora et opes abigebat, Charſianum usque procedebat. Sed redituro domum intercipiebant Graeci viam per pylas, eaque ratione non tantum ſua recuperabant omnia, etiam hoſtis potiebantur impedimentis, et, quam paſſi fuerant, iacturam tanta compenſabant in Seif-ed-daulae copias edita ſtrage, ut ipſe vix cum trecentis ſalvus evaderet. Id futurum praeviderant rerum bellicarum iſtorumque locorum uſu periti, ſuaſerantque propterea Hamdanidae nollet via, qua iſſet, eadem redire. Ille vero ſpreverat conſilium, vir ſolus ſibi ſapiens, monitoribus aſper, quem omnia per ſe, nemine conſulto, gerere volebat, ne, ſi quid rei proſpere ſuccederet, id conſiliariorum ſapientiae, non ſuae, imputaretur.

Nnn 3 Hoc

وفي هذه السنة اسلم مي الاتراك نحو مايتي الف خركاة ٭

وفيها انصرف حجاج مصر من الحج فنزلوا واديا وباتوا فيه فاتاهم السيل ليلا واخذهم جميعهم مع اثقالهم وجمالهم والقاهم في البحر ٭

وفي هذه السنة او قريبا منها توفي ابو الحسن التبناني (نسبة الي التبنان) وكان عمره ماية وعشرين سنة وله كرامات z مشهورة ٭

وفيها مات انوجور بن الاخشيد صاحب مصر واقيم اخوه مكانه ٭

ثم دخلت سنة خمسين وثلثماية ، ذكر موت صاحب خراسان ، وفي هذه السنة يوم الخميس حادي عشر شوال تقنطر a بالامير عبد الملك بن نوح الساماني فرسه فوقع عبد الملك في الارض فمات بذلك ، فافتتنت خراسان بعده وولي مكانه اخوه منصور بن نوح بن نصر بن احمد بن اسماعيل بن احمد بن اسد بن سامان ٭

ذكر وفاة صاحب الاندلس ، في هذه السنة توفي عبد الرحمان الناصر بن محمد بن عبد الله بن محمد بن عبد الرحمان بن الحكم بن هشام بن عبد الرحمان الداخل في رمضان وكانت مدة امارته خمسين سنة ونصفا وعمره ثلاث وسبعين سنة ، وكان ابيض اشهل حسن الوجه ، وهو اول من تلقّب من الامويين اصحاب الاندلس بالقاب الخلفاء وتسمّي بامير المومنين وكان b قبله يخاطبون ويخطب لهم بالامير وابناء الخلايف وبقي عبد الرحمان كذلك الي ان مضي من امارته سبع وعشرون سنة ، فلما

z) كرامات Cod. L. كرامة

Hoc anno Iſlamiſmum profeſſae fuerunt paene ducenties mille Turcarum Horcatae* [ſeu pagi vel tribus].

Eodem occupabat nocturnus torrens Aegyptios et Afros, a Meccanis ſacris domum remeantes, in aliqua valle, in qua tetenderant, omnesque abreptos cum ſarcinis et camelis in mare [rubrum] abiiciebat.

Eodem anno, aut certe circa, obiit Abu-l-Haſan Tinati, ſic dictus a Tinat [ficubus], vir centum et viginti annos natus et miraculis clarus.

Eodem obiit Anugur, Achſchidi filius, Aegypti dominus, cui ſuffectus eſt frater.

Anno CCCL [qui die 19 Febr. A. C. 961 coepit] idque die quodam Iovis, undecimi menſis, obiit Choraſanae dominus Abd-el-Malek, filius Nuhi, filii Naſri, filii Ahmedis, filii Iſmaëlis, filii Ahmedis, filii Aſadi, filii Samani, equi lapſu humo alliſus et confeſtim exſtinctus. Succedebat ipſi quidem frater, Manſur; Choraſana tamen ex eo inde tempore ſeditionibus agitari, et Samnidarum imperium labare coepit.

Paullo ante, menſe nono ſcilicet eiusdem anni, obierat Andaluſiae dominus, Abd-er-Rahman Naſer, filius Muhammedis, filii Abdallae, filii Muhammedis, filii Abd-er-Rahmani, filii Hakemi, filii Heſchami, filii Abd-er-Rahmani advenae, exactis in vivis quidem ſeptuaginta et octo annis, in imperio autem quinquaginta cum dimidio. Erat colore candidus, caeſius oculis, pulcher facie, primus inter principes Andaluſiae Ommiadicos, qui titulum Chalifis proprium, Emir el-Mumenin [ſeu principis fidelium], ſibi arrogavit. (359) Nam antea ſimpliciter privatim publiceque Emiri et filii [ſeu e progenie] Chalifarum ſalutabantur. Neque ipſe noſter Abd-er-Rahman primis viginti ſeptem imperii annis hac de conſuetudine deflectebat. Tandem vero

* Corrupte vulgo *Hordae*. *A.*

فلما بلغه ضعف الخلفاء بالعراق وظهور الخلفاء العلويين بافريقية ومخاطبتهم بامير المومنين امر حينيذ ان يلقب بالناصر لدين الله ويخطب له بامير المومنين ، وامه ام ولد اسمها مدنة ، ولما مات ولي الامر بعده ابنه الحكم بن عبد الرحمان وتلقب بالمنتصر ، وخلف عبد الرحمان احد عشر ولدا ذكرا *

وفي هذه السنة تولي قضاء القضاة ببغداد ابو العباس عبد الله بن الحسن بن ابي الشوارب والتزم كل سنة ان يودي مايتي الف درهم ، وهو اول من ضمن القضاء ، وكان ذلك في ايام معز الدولة بن بويه ولم يسمع ذلك قبلها ، ثم ضمنت بعده الحسبة والشرطة ببغداد *

وفيها توفي ابو شجاع فاتك وكان روميا واخذه الاخشيد صاحب مصر من سيده بالرملة وارتفعت مكانته عنده وكان رفيق كافور ، فلما مات الاخشيد وصار كافور اتابك ولده انف فاتك من ذلك ، وكانت الفيوم اقطاعه ، فانتقل واقام بها وكثرت امراضه لوخم الفيوم فعاد الي مصر كرها من المرض ، وكان كافور يخافه ويخدمه ، وكان المتنبي ان ذاك بمصر عند كافور فاستاذنه ومدح فاتك المذكور بقصيدة التي منها ،

لا خيل

a) تقنطر Male vertit Elmacinus p. 114 lin. penult. *feſſus eſſet.* Lectio vera proba, iam obſoleta, eſſe videtur تقطّر *ſeſe incliuare, proſterni in latus* a قطّر *proſternere in latus*, a قطر *latus.* Scholiaſtes ad Hamaſam: القطر الجانب ، ويقال قطره اي القاه علي احد قطريه ، Meidanius de femina libidinoſa: نكاح ويقال بمعناه ايضا قتر ، تقطرها الغلمة "quam paene poſſit libido in latus proſternere."

vero perſpecta imbecillitate Iracani Chalifatus, et Alidarum in Africa aemulatione accenſus, qui viribus aucti Chalifatum etiam ſibi titulumque Emir el-Mumenin ſui iuris faciebant, idem ſibi quoque a ſuis tribui, et quidem non modo hoc titulo in precibus publicis compellari, ſed quoque cognomine, quale Chalifae aſſumere ſolebant, Naſer ledin allah [ſeu aſſertoris divinae legis] cohoneſtari volebat. Matre natus fuerat pellice, nomine Madana. Patrem excipiebat unus ex undecim, tot relinquerat, filiis, Hakem, qui titulum Montaſari (360) [ſeu divina ope adiuvandi et tutandi] accipiebat.

Hoc anno coepit ſupremi Cadii apud Bagdadum munus vaenire. Redemit Abu-l-Abas Abdalla, filius Haſani, filii Abu-Schavarebi; pacto tributo annuo ducentis millibus drachmarum auctore Maaz-ed-daula Buida: exemplo ad eum diem inaudito. Ab hoc facto initio cetera quoque primi ordinis munia, ut Quaeſtoris redituum generalis, et Praefecti praetorio atque urbi, certi aeſtimata et redemta fuerunt.

Eodem obiit Abu-Schogâa Fatek, natione Graecus, quem Achſchid, Aegypti quondam dominus, ab eius priore hero [mercatore] Ramlae redemtum magni fecit, maximasque ad dignitates evexit, ut, decedente Achſchido, formidandus eſſet rivalis Cafuro, illi, qui res imperii pro rege puero adminiſtrabat. Huic igitur, hactenus collegae parique, parere dedignans Fatek Miſra excedebat Faiumam, quae urbs ipſi ad vitae uſum attributa fuerat; cogebant tamen ipſum haud diu poſt loci grave coelum indeque contracti morbi perpetui, quamvis invitum, Miſram repetere. Neque gratior hic reditus Cafuro, atque ipſi Fateko, accidebat; ideoque reveritus eum Cafurus officiis demereri ſtudebat quibus poterat omnibus. Ita permittebat Motanabbio poëtae, quem tunc alebat, ut Fateki laudes illo carmine celebraret, cuius initium eſt:

لا خيل عندك تهديها ولا مال، فليسعد النطق ان لم يسعد الحال،
كفاتك ودخول الكاف منقصة، كالشمس قلت وما للشمس امثال *
ولما توفي فاتك رثاه المتنبي بقصيدة التي اولها،
الحزن يقلق والتجمل يردع c والدمع بينهما عصيّ طيّع *
ومنها،
اني لا جبن d من فراق احبّتي وتحسّ نفسي بالحمام e فاشجع،
تصفو الحياة لجاهل او غافل عمّا مضى منها وما يتوقع،
ومن يغالط في الحقيقة نفسه f ويسومها طلب المحال فتطمع،
اين الذي الهرمان g من بنيانه ما قومه ما يومه ما المصرع،
يتخلف

b) وكان Melius وكانوا

c) يقلب *huc illuc iactari prae anxietate* a قلب quod de omnibus rebus fluctuantibus dicitur. التجمل *ſeſe colligere*, *conſtantem in rebus adverſis monſtrare.* يردع *retropellit.* Marzukius ad Hamaſam: الردع والرداع النكس والرجل مردّع والرداع الوجع في الجسد، et alio loco: الردع الكف والدفع

d) لاجبن reſtitui ex ipſo Motanabbio pro codicis L. لا اجبن Improbat hanc phraſin لاجبن من ut ſoloecam, Vahidicus, commentator Motanabbii; جبن عنه احسن من جبن منه Mihi vero جبن عنه longe aliud eſſe videtur, nimirum *metuere*, *horrere aliquid*, adventurum e. c. cum contra جبن منه ſit, *ob aliquid anxium eſſe.*

e) الحمام cum Keſre ſub Ha eſt *fatum letale*, ab حم *decrevit*, *ſanxit.*

f) Ita reſtitui e Motanabbio pro codicis noſtri يغالط الحقيقة في نفسه

g) الهرمان Scholiaſtes Motanabbii ad hane vocem: الهرمان بناان بمصر ارتفاع كل واحد منها في السماء اربعماية ذراع في عرض مثلها، لا يدري من بناهما ويقال ان احداهما قبر شداد بن عاد والثاني

Non ſunt tibi* quidem equi, quos dono des, neque ſunt opes.
Eloquentia itaque ſuppleat fortunarum defectum.

In eo carmine radiat praeſertim elegans ille verſus:

Fateko ſimilis. Incomparabili huic viro alios comparare, idem eſt, atque cum ſole, diminuente et clauda comparatione eximia quaeque conferre.

Idem poëta Fateki funus lugubri carmine proſecutus eſt, quod ſic orditur:

Triſtitia me iactat deſperatione: contra me reprimit ſana ratio, animum colligere. Lacrimae interim viciſſim modo huic, modo illi, inſtanti et ad ſe trahenti, nunc obtemperant, nunc refragantur.

Interiectis aliquot verſibus ſequuntur haec:

Paveo et animum deſpondeo, ubi ab amicis divortium mihi faciendum eſt; quamvis, ubi fatum ipſi mihi cernam inſtare, fortis ſim.

Stolido limpida eſt vita, aut incurio, quid olim acciderit, aut quid ipſum porro maneat. [Sapientem autem adverſi caſus affligunt.]

Si quis ipſe ſibi obtrudit errores, cogitque ſe quaerere, quae acquiri nequeunt [vitae, voluptatum, opum, nominis, immortalitatem] ille tandem uſu diſcit abſurda et homini negata a ſe appeti.

Vbinam quaeſo ſunt illi, qui piramides Memphiticas condidere?

Atque ubinam ſunt eius operae et architecti? ubinam ſunt iſta tempora, quae illos tulerunt et abſtulerunt? qua clade, ubi locorum, ſtrati iacent?

* Poëta ipſe ſe alloquitur, et reprehendit, quod nihil habeat, quod principi offerret. *A.*

ينتخلف الاثار عن اصحابها حينا ويدركها الغناء فتتبّع ☼

ثم دخلت سنة احدي وخمسين وثلثماية ، فيها سارت الروم مع الدمستق وملكوا عين زربة بالامان وقتلوا بعض اهلها واطلقوا اكثرهم ☼

ذكر استيلاء الروم علي حلب وعودهم عنها بغير سبب ، وفي هذه السنة استولت الروم علي مدينة حلب دون قلعتها وكان قد سار اليها الدمستق ولم يعلم به سيف الدولة الّا عند وصوله ، فلم يلحق سيف الدولة ان يجمع *h* ، فخرج فيمن معه وقاتل الدمستق ، فقتل غالب اصحابه وانهزم سيف الدولة بنفر قليل وظفر الدمستق بداره وكانت خارج مدينة حلب تسمّي الدارين ، فوجد الدمستق فيها ثلثماية بدرة من الدراهم واخذ لسيف الدولة الفا واربعماية بغل ومن السلاح ما لا يحصي ، وملكت الروم الحواضر وحصروا المدينة وثلّموا السور ، وقاتلهم اهل حلب اشدّ قتال فتاخّر الروم الي جبل جوشن ، ثم وقع بين اهل حلب ورجالة الشرطة فتنة بسبب نهب كان وقع في البلد فاجتمع بسبب ذلك الناس ولم يبق علي الاسوار احد ، فوجدوا الروم السور خاليا ، فهجموا البلد وفتحوا ابوابه واطلقوا السيف في اهل حلب وسبوا بضعة عشر الف صبي وصبية وغنموا ما لا يوصف كثرة ، فلما لم يبق منهم *i* ظهر تحمل الغنايم امر الدمستق فاحرقوا ما بقي بعد ذلك ، واقام الدمستق تسعة

والثاني قبر ارم ذات العرام ، Memoriae digna quoque ſunt quae Tebrizius ad verſum aliquem Hamaſae habet de his piramidibus: هرما مصر ذكر قوم ان الذي بناهما يعرف بسنان بن المشلك ملك

Reſtitant quidem monumenta poſt ſuos conditores aliquantisper; verum et haec tandem aliquando, ſubrepente exitio, illos ſequuntur.

Anno CCCLI [qui die 8 Febr. A. C. 962 coepit] occupabant Romani, duce Domeſtico (361) [Nicephoro Phoca], Ain-Zarba [v. Anazarbum] pacis pacto, paucisque aliquot ibi peremtis plurimos inviolatos dimittebant.

Iidem eodem duce victoriae inſtabant, vultum tam benignum monſtranti. Halebum impetebant, et ipſa urbe, praeter arcem, potiebantur. (362) Quod ita contigit. Domeſticus Seif-ed-daulam ſecurum, omniumque rerum ignarum derepente obruens, copiis per otium contrahendis excludebat. Correptis igitur paucis, qui aderant, iactabat Halebenſis belli aleam, ſed, amiſſis longe plurimis, cum exigua manu in fugam ibat. Sic patebat Graecis omnis ager urbi ſubiectus, patebat ipſius Seif-ed-daulae regia, cui nomen erat Darân [ſeu geminae domus], extra urbis ambitum ſita, ubi tercentum argenti utres* inveniebant, quadringentos atque mille mulos, armorumque tantum apparatum, ut modum paene excederet. Vrbes moenia tum admotis machinis quatiebant; depulſi tamen oppidanorum fortitudine, ſuaque ſpe deiecti, proximum in montem, Gauſchan, concedebant. Interim incidebat in cives et praetorii peditatum, ſeu praeſidia, ob quasdam in urbe rapinas, ſeditio, quae moenia defenſoribus, in forum concurrentibus, nudabat. Quam videntes Graeci ſolitudinem et inteſtinum tumultum, ſubito adorti, effringunt portas, gladioque in virilem aetatem graſſantur; plus decem millia puerorum utriusque ſexus aſportant, et praedam cogunt incredibilem, cui deferendae quum non ſufficerent, quae praeſto aderant, iumenta, igni dant, quae auferre nequibant. Decimo ab ea victoria die, receptui canebat Domeſticus et gra-

 vem

* Vter argenti continet decies mille numos argenteos. *A.*

تسعة ايام ثم ارتحل عايدا الي بلاده ولم ينهب قرايا حلب وامرهم بالزراعة ليعود من قابل *k* الي حلب في زعمه *

وفي هذه السنة استولي ركن الدولة بن بويه علي طبرستان وجرجان *

وفيها كتب عامّة الشيعة بامر معز الدولة علي المساجد ما هذه صورته لعن الله معاوية بن ابي سفيان ولعن من غصب فاطمة فدكا ومن منع الحسن ان يدفن عند قبر جدّه ومن نفي ابا ذرّ الغفاري ومن اخرج ابا العباس *l* عن الشوري ، فلما كان من الليل حكّه *m* بعض الناس ، فاشار الوزير المهلبي علي معز الدولة *n* ان يكتب موضع الممحي لعن الله الظالمين لآل رسول الله ، ولا يذكر احدا الّا معاوية ، ففعل كذلك *

وفي هذه السنة في ذي القعدة سارت جيوش المسلمين الي صقلية ففتحوا طبرمين وهي من امنع الحصون واشدها علي المسلمين بعد حصار سبعة اشهر ونصف وسمّيت طبرمين المعزّية نسبة الي المعز العلوي *

وفيها فتحت الروم حصن دلوك بالسيف وثلثة حصون مجاورة له *

وفيها في شوال اسرت الروم ابا فراس الحرث بن سعيد بن حمدان من منبج وكان متقلدا بها *

وفيها

ملك في ذلك الزمان والناس ينطقون بهما في لفظ تثنية الهرم وذلك محتمل لمعني بيّن يراد انهما اهرما مصر وهما باقيان ، وقال بعض الناس هما ارما مصر والارم العلم من الحجارة ، فابدلت العامة الهاء من الهمزة كما قالوا ارقت وهرقت وهذا قول لا يبعد *

vem praeda exercitum deducebat per agrum Halebenſem, pagis parcens, iuſſis tantummodo colonis ſerere et colere; altero anno ſe rediturum, et fruges comportaturum eſſe.

Hoc anno ſubigebat Rocn-ed-daula Tabareſtanam et Georgianam.

Eodem inſcribebant Schiitae, Maaz-ed-daulae iuſſu, portis templorum Bagdadi dirarum hanc formulam: "Aeternum abominetur, et amoveat a ſe deus Moaviam, filium Abu-Sofiani, et eum, qui genti Fatimae Fadacum eripuit,* et eam, qui Haſanum in avi ſui Muhammedis tumulum inferri vetuit,** et eum, qui Abu-Dorrum Gafaritam in exſilium egit, et eum, qui filium Abaſi excluſit e numero candidatorum Chalifatus.„*** Verum delebant aliqui diras illas de nocte. Quapropter Maaz-ed-daula, ſuaſu Veziri ſui, Mohallebitae, deletorum loco ſcribi tantum haec verba iubebat: male perdat deus eos, qui gentem apoſtoli ſui inique habuerunt; nemine nominatim, praeter unum Moaviam, deſignato.

Huius anni menſe penultimo appellebat ad Siciliam Africana claſſis Muſlemica, et Tauromenio (363) in medium octavum menſem obſeſſa potiebatur, urbe in munitiſſimis inſulae habita, et quae plurimum negotii Muſlemis faceſſiverat. Haec urbs, quoniam auſpiciis et copiis Moëzzi, eius, qui Africae dominabatur, Alidae, fuerat expugnata, pro Tauromenio deinceps Moëzzia dicta fuit.

Hoc anno expugnabant Graeci arcem Daluc, aliasque tres circa arces.

Eiusdem anni decimo menſe auferebant iidem captivum ex urbe Manbeg, cui praeerat, Abu-Feraſum Haretum, filium Saidi, filii Hamdani. (364)

Eodem

* Abu-becr Chaliſam intelligit. ** Aieſcham. Tom. I. p. 351.

*** Otmanum Chalifam.

وفيها توفي ابو بكر محمد بن الحسن النقّاش المقري صاحب كتاب شفاء الصدور ۞

ثم دخلت سنة اثنين وخمسين وثلثماية ، وفيها توفي الوزير المهلبي ابو محمد وكانت مدة وزارته ثلاث عشرة سنة وثلاثة اشهر ، وكان كريما عاقلا ذا فضل ۞

وفيها في عاشر المحرم امر معز الدولة الناس ان يغلقوا دكاكينهم وان يظهروا النياحة وان يخرج النساء منشرات الشعور مسوّدات الوجوه قد شقّقن ثيابهن ويلطمن وجوههن علي الحسين بن علي ، ففعل الناس ذلك ولم يقدروا السنية ه علي منع ذلك لكثرة الشيعة والسلطان معهم ۞

وفيها عزل ابن ابي الشوارب عن القضاء وابطل ما كان التزم به من الضمان ۞

وفيها قتل الروم ملكهم وملّكوا غيره وصار ابن شمشقيق دمستقا ۞

وفيها في ثامن ذي الحجة امر معز الدولة باظهار الزينة في البلد والفرح كما يفعل بالاعياد فرحا بعيد غديرخم وضربت الدبادب والبوقات ۞

ثم دخلت سنة ثلاث وخمسين وثلثماية ، وفيها سار معز الدولة واستولي علي الموصل ونصيبين بعد ان انهزم ناصر الدولة من بين يديه ، ثم وقع بينهما الاتّفاق وضمن ناصر الدولة الموصل بمال ارتضاه معز الدولة ، فرحل معز الدولة ورجع الي بغداد ۞

ثم

h) يجتمع ſcil. اصحابه vel عسكره Verbum militare جمع *cogere milites.*

i) يبق منهم Mendum. An يكفي لهم?

k) من قابل ſc. عام *de anno proxime futuro* من عام قابل

Eodem obiit Abu-Becr Muhammed, filius Haſani, vulgo Naccaſch [pictor, vel ſculptor] dictus, Mocri, auctor libri, cui titulus: ſanatio pectorum [Schafa es-ſodûr]. (365)

Anno CCCLII [qui die 29 Ian. A. Chr. 963 coepit] obiit Vezir Mohallabita, munere ſuo tredecim annos et tres menſes functus, vir excelſi animi, prudentia, litteris et praeclaris virtutibus exculti.

Hoc anno iubebat Maaz-ed-daula Bagdadi tabernas et fora claudi die primi menſis decimo, luctumque publicum inſtitui, feminas prodire paſſis crinibus, atrato vultu, veſtibus laceris, plangere genas, in honorem ſcilicet Hoſaini, filii Alii. Quod Sunnitae impedire nequibant, ob multitudinem Schiitarum, quae Bagdadi maxima erat, quod caput rei, Sultanum, Maaz-ed-daulam, addictum ſuis partibus et protectorem habebant.

Hoc anno Cadi Bagdadi miſſionem a munere accepit, Ibn-Abu-Schavareb, et abrogatum, quod is eo nomine ſpoponderat, tributum.

Eodem occiderunt Graeci ſuum imperatorem [Romanum iuniorem] eique alium ſubrogarunt. Tum filius Schemeſchkik [Tſimiſces] evaſit Domeſticus. (366)

Eiusdem anni menſis ultimi octavo die iuſſu Maaz-ed-daulae urbs Bagdad exornata fuit ſplendiſſimo cultu, publicaque prodita laetitiae indicia, ut ſolet in feſtis diebus, ob feſtivitatem . . . .* tympanaque et tubae tum ſonuerunt.

Anno CCCLIII [qui coepit die 18 Ian. 964] potitus eſt idem Maaz-ed-daula Niſibina et Mauſela, pulſo Naſer-ed-daula Hamdanida, earum domino. Coiit tamen deinde inter eos pax, pepigitque Naſer-ed-daula pecuniae ſummam pro Mauſela, qua ut cenſuit Maaz-ed-daula ſibi ſatis factum, Bagdadum redibat.

Anno

* Arabica hoc loco corrupta. *A.*

ثم دخلت سنة اربع وخمسين وثلثماية، وفيها سار ملك الروم الي المصيصة فحاصرها وفتحها عنوة بالسيف يوم السبت ثالث عشر رجب ووضع السيف باهلها *p* ثم رفع السيف واخذ من بقي من الاسري ونقلهم الي بلد الروم، وكان اهلها نحو مايتي الف نفس، ثم سار الي طرسوس وطلب اهلها الامان فامنهم وتسلم طرسوس وسار اهلها عنها في البر والبحر وسيّر ملك الروم معهم من يحميهم حتي وصلوا الي انطاكية، وجعل جامع طرسوس اصطبلا واحرق المنبر واعمر طرسوس وحصّنها وتراجع اليها بعض اهلها وتنصّر بعضهم، ثم عاد ملك الروم الي القسطنطينية *

ذكر مخالفة اهل انطاكية علي سيف الدولة بن حمدان، في هذه السنة اطاع اهل انطاكية بعض المقدمين الذين حضروا من طرسوس وخالفوا سيف الدولة، وكان اسم المقدم الذي اطاعوه رشيق، فسار الي جهة حلب وقاتل عامل سيف الدولة قرعويه *q* وكان سيف الدولة بميافارقين، فارسل سيف الدولة عسكرا مع خادمه بشارة واجتمع قرعويه العامل بحلب مع بشارة *r* وقاتلا رشيقا فقتل رشيق وهرب اصحابه ودخلوا انطاكية *

وفيها قتل المتنبّي الشاعر وابنه قتلهما الاعراب واخذوا ما معهما، واسمه احمد بن الحسين بن الحسن بن عبد الصمد الكندي ومولده سنة ثلاث وثلثماية بالكوفة في محلّة تسمي كندة فنسب اليها وليس هو من كندة التي هي قبيلة بل هو جعفي القبيلة (بضم الجيم وسكون العين

l) Erat in Arabico ابا العباس; quod nihili eſt. Ergo aut ابن العباس legendum, ut in Latinis exhibui, aut delendum illud ابا et Abbas, patruus

Anno CCCLIV [qui die 6 Ianuar. A. C. 965 coepit] Romanus Imperator [Nicephorus Phocas] corona cinxit et tandem expugnavit Maſiſam, die Saturni, decimo tertio ſeptimi menſis; et poſteaquam gladio in incolas deſaeviiſſet, parcebat reliquis et captivos ſecum in ditionem ſuam rapiebat. Ducenta fere millia hominum numerabat urbs. Inde petiti Tarſenſes ſe ſubmittebant, et incolumitate precibus impetrata emigrare iuſſi ſunt. Emigrantibus e terra marique proſecutores, a quibus in tuta loca deducerentur, a Romano usque ad Antiochiam additi. Tarſi fanum tunc in ſtabulum abiit, ſuggeſtus in ignem; urbs aliis incolis, et novis aedificiis atque munimentis inſtructa. Dein redibant quidam paullatim ad priſtinas ſedes, alii prorſus non exceſſerant, Chriſtianam fidem profeſſi. His rebus geſtis redibat Romanus Conſtantinopolin.

Inter illos autem, qui Tarſo Antiochiam commigraverant, erat praecipuus aliquis tribunus, nomine Raſchik, qui Antiochenis, ut iugum Seif-ed-daulae Hamdanidae excuterent, ſuaque in verba iurarent, perſuadebat, eosque ideo Halebum ducebat, cuius relictum ab Hamdanida rectorem, Curubam,* nam Seif-ed-daula tum Maiafarekinae verſabatur, infeſtis armis laceſſebant. At propere miſſa ab Hamdanida Halebenſibus auxilia cum duce Baſchara, eunucho, et Curubae ſociata, Raſchicum vincunt, perimunt, et Antiochenos, unde venerant, reiiciunt.

Eodem anno Motanabbi, celeberrimus hoc nomine poëta, una cum filio, ab Arabibus ſcenitis opibus ſimul vitaque exutus fuit. Verum viri nomen erat Ahmed, filius Hoſaini, filii Haſani, filii Abd-es-Samadi, Kendita; natus fuerat anno CCCIII Cufae, in vico Kanda dicto, unde nomen habuit, non autem, quem in errorem pronus eſt prolapſus, ex illa nobili tribu, quae reges Kenditas edidit. Nam tribu erat Gofita. Ferunt eius pa-

 trem

* Ad a. 357 hoc nomen ſcribitur *Curuia*. *A.*

العين المهملة) ، يقال ان ابا المتنبي كان سقّاء بالكوفة ، وفي ذلك
يقول بعضهم يهجوه بابيات منها ،

اي فضل لشاعر يطلب الفضل من الناس بكرة وعشاء ،
عاش حينا يبيع بالكوفة الماء وحينا يبيع ماء المحيّا s ✻

ثم قدم المتنبي الي الشام في صباه واشتغل في فنون الادب ومهر فيها وكان من المكثرين لنقل اللغة والمطلعين عليها وعلي غريبها لا يسال عن شي الّا واستشهد فيه بكلام العرب حتي قيل ان الشيخ ابا علي الفارسي صاحب كتاب الايضاح قال له يوما كم لنا من جموع علي وزن فعلي ، فقال المتنبي في الحال حجلي وظربي ، قال ابو علي فطالعت كتب t اللغة ثلاث ليال علي ان اجد لهما ثالثا فلم اجد ، وحسبك من يقول في حقّه ابو علي هذه المقالة ، واما شعره فهو النهاية ورزق فيه السعادة ، وانما قيل له المتنبي لانه ادّعي النبوة في برية السماوة وتبعه خلق كثير من بني كلب وغيرهم فخرج اليه لولو نايب الاخشيدية بحمص واسر المتنبي وفرّق v عنه

patruus Muhammedis intelligendus. Ita dedit d'Herbelot pag. 595. Ceterum ſequentia *Dieu maudiſſe ceux, qui ſont violence* cet. non recte percepit. Conf. idem pag. 635 b. (lin. 26.)

m) حكمه forte حكمة   *n*) معز الدولة Cod. L. معزة An معزّة?

o) السنية Rectius forte السنة *Sunnitae.*   *p*) باهلها forte في اهلها

q) قرعوبة Infra a. 357 قرعويه Illud rectius videtur.

r) بشارة Infra بسارة

s) المحيا in genere *id quod ſalutatur, cui bona vota addicuntur,* in ſpecie ut h. l. *vultus*, ad quem ſalutatio dirigi ſolet. ماء المحيا *aquam vultus* lacrimas eſſe, patet.

trem aqua per compita Cufenſia in utribus et mulis circumferenda vendendaque quaeſtum feciſſe. (367) Vnde natum malum illud neſcio cuius, qui poëtam pungere volebat, carmen, cuius haec eſt particula:

> Quaenam erit, amabo, poëtae praeſtantia, qui, quamvis faſtidioſe praeſtantiam ſuam veſperaque et mane iactet,
> diu tamen vixit Cufae aquam vendens, nunc autem vendit aquam vultus [id eſt, elegias mercede locat].

Poëta noſter prima aetate in Syria ſtudiis operam dabat non inutilem. Praeſertim exercebat ſe in ſtudio linguae Arabicae, grammaticis et philologis legendis; neque conſuli aut interrogari ſe paſſus eſt ulla de re ad grammaticam ſpectante, quin teſtimonio ex Arabum ſermone depromto ſuae de illa ſententiae fidem faceret. Narrant doctorem Abu-Alin Fareſium, auctorem Idahi [ſeu Dilucidatoris, grammaticae ſic inſcriptae] ipſum aliquando interrogaſſe, quot frequententur in Arabico ſermone plurales formae فُعْلَى Fola; in continente Motanabbium reſpondiſſe, duas, Chogla et Dorba. Auditus tempore poſt fuit Abu-Ali Fareſi confitens, integras tres noctes, in excutiendis grammaticis, num forte tertium ſimilem pluralem his adiungere poſſet, ſed fruſtra conſumſiſſe. Iam facile illius eruditionem, de quo tale teſtimonium dixit Abu-Ali aeſtimabit is, cui tanti viri nomen obſcurum non eſt. Quid de carminibus Motanabbii dicam, quae arte tanta, quanta ſumma in hominem cadit (368), condita ſunt, auctorique illuſtrem beatamque ſortem peperunt. Cognomen Motanabbii, [ſeu eius, qui ſe prophetam gerit] ex eo tulit, quod olim in deſerto Samava prophetam ſe ferens ingentem numerum aſſeclarum e tribu Calb aliisque contraxit. Brevi tamen poſt hanc ipſi perſonam detrahebat Lulu, qui liberorum et ducum Achſchidi nomine Emiſſam regebat. Is enim egreſſus contra inſolentes Arabes, hanc ſectam diſcutiebat, ipſumque

عنه اصحابه وحبسه طويلا ثم استتابه واطلقه ثم التحق المتنبي بسيف الدولة بن حمدان في سنة سبع وثلثين وثلثماية ثم فارقه واتّصل بمصر في سنة ست واربعين فمدح كافور الاخشيدي ثم هجاه وفارقه في سنة خمسين وقصد عضد الدولة في بلاد فارس فمدحه ثم رجع قاصدا الكوفة x فقتل بقرب النعمانية وهي من الجانب الغربي من سواد بغداد عند دير العاقول قتلته العرب واخذوا ما معه *

وفيها توفي محمد بن حبان ابو حاتم بن احمد بن حبان البستي صاحب التصانيف المشهورة ، (حبان بكسر الحاء المهملة والباء الموحّدة ثم الف ونون) *

ثم دخلت سنة خمس وخمسين وثلثماية ، ذكر خروج الروم الي بلاد الاسلام ، وفي هذه السنة خرجت الروم ووصلوا الي امد وحصروها ، ثم انصرفوا عنها الي قرب نصيبين ، ثم ساروا من الجزيرة الي الشام ونازلوا انطاكية واقاموا عليها مدة طويلة ثم رحلوا عنها الي طرسوس *

وفيها استفكّ y سيف الدولة بن حمدان ابن عمه ابا فراس بن حمدان من الاسر وكان بينه وبين الروم الفداء وخلص عدة من المسلمين من الاسر *

ثم دخلت سنة ست وخمسين وثلثماية ، ذكر موت معز الدولة وولاية ابنه بختيار ، وفيها سار معز الدولة الي واسط وجهز الجيوش لمحاربة عمران بن شاهين صاحب البطيحة وحصل له اسهال ، فلما قوي به عاد الي بغداد ، فترك z العسكر في قتال عمران بن شاهين ، ثم تزايد به المرض بعد وصوله الي بغداد ، فلما احسّ بالموت عهد الي ابنه بختيار ولقبه عز الدولة واظهر معز الدولة التوبة وتصدّق باكثر ماله واعتق مماليكه وتوفي ببغداد في ثالث عشر ربيع الاخر من هذه السنة بعلّة الذرب ودفن

ducem captivum nactus in carcerem mittebat, unde longo demum tempore poſt dimiſſus eſt, ut conſtitit, eum ad ſaniorem mentem rediiſſe. Inde Seif-ed-daula comitatui a. CCCXXXVII ſe adiunxit, quo relicto anno CCCXLVI Miſrae Caſurum convenit; quem carminibus, initio laudatum, poſtmodum lacerabat, et pariter deſerebat anno CCCL in Perſidem ad Adad-ed-daulam tendens. A quo dum redit Cufam, periit in itinere, quo diximus, modo, apud Nomaniam (369), urbem in occidentali tractu Savadae Bagdadicae, prope Dair-al-Acul, ſitam.

Eodem obiit Abu-Hatem Muhammed, filius Ahmedis, Ibn-Hebân, Boſtenſis (370), celebrium librorum auctor.

Anno CCCLV [qui die 27 Dec. A. C. 965 coepit] excurrebant Graeci in agrum Muſlemicum. Primus impetus Amidam perculit, tum, miſſa facta eius obſidione, Niſibinam; inde transgreſſi e Meſopotamia in Syriam, diu haerebant circa Antiochiam; tandem Tarſum repetebant.

Eodem liberabat Seif-ed-daula ſuum affinem, Abu-Feraſum Hamdanidam, e vinculis, facta captivorum permutatione, per quam Muſlemorum ingens multitudo libertatem recuperavit.

Anno CCCLVI [qui die 16 Dec. A. C. 966 coepit] idque die tertio decimo quarti menſis inteſtinorum proluvium Maazed-daulam, filium Buiae, ſuſtulit. Vaſetam tendebat cum exercitu, adverſus Omranum, filium Schahini, dominum Batihae [ſeu lacuſtrium Tigridis]. Interim alvi fluxu corripitur, quo ingraveſcente Bagdadum redire cogebatur, relictis in illa ſua bellica contra Schahinidam molitione copiis. Bagdadi autem in peius ruente morbo, ſentiens fatum inſtare, filium, Bochteiarum, ſucceſſorem nuncupabat, titulo Azz-ed-daula [robur regiae ſignificat] ipſi attributo, poenitentiaeque et pietatis edendis indiciis ad abitum ſe componebat. Opum enim ſuarum partem maximam erogabat in pios uſus, et mancipia manu mittebat.

Sepul-

ودفن بباب التبن في مقابر قريش، وكانت امارته احدى وعشرين سنة واحد عشر شهرا، ولما مات معز الدولة استقر ابنه عز الدولة بختيار في الامارة وكتب بختيار الى العسكر بمصالحة عمران بن شاهين وعودهم الى بغداد، ففعلوا ذلك، وكان معز الدولة مقطوع اليد قيل انها قطعت بكرمان في بعض حروبه، ومعز الدولة هو الذي انشاء السعاة ببغداد لاعلام اخيه ركن الدولة بالاحوال سريعا، فنشي في ايامه فضل ومرعوش وفاقا جميع السعاة وكان كل واحد منهما يسير في اليوم نيفا واربعين فرسخا وتعصب لهما الناس وكان احدهما ساعي السنة والاخر ساعي الشيعة * ولما تولي بختيار اساء السيرة واشتغل باللعب واللهو وعشرة النساء والمغنيين ونفي كباير الديلم شرها الى اقطاعاتهم *

ذكر القبض علي ناصر الدولة بن حمدان، وفي هذه السنة قبض ابن ناصر الدولة ابو تغلب علي ابيه ناصر الدولة وحبسه، وكان سبب قبضه ان ناصر الدولة قد كبر وساءت اخلاقه وضيق علي اولاده واصحابه وخالفهم في اغراضهم، فضجروا منه حتي وثب عليه ابنه ابو تغلب فقبضه في هذه السنة في اواخر جمادي الاولي ووكل به من يخدمه، ولما فعل ابو تغلب ذلك خالفه بعض اخوته، فاحتاج ابو تغلب الي مداراة بختيار ليعضده، فضمن ابو تغلب البلاد لبختيار بالف الف ومايتي الف درهم *

ذكر وفاة وشمكير، وفي هذه السنة توفي وشمكير بن زيار اخو مرداويج بان حمل عليه وهو في الصيد خنزير مجروح فقامت به فرسه فسقط الي الارض فمات، فقام بالامر بعده ابنه بيستون بن وشمكير بن زيار، وقيل ان موته كان سنة سبع وخمسين في المحرم *

ذكر

Sepultus fuit in Bab-et-Tebn [ſeu vico ſtraminis (371)] in ſepulcris Coraiſchitarum. (372) Geſſerat Emiratum annos viginti et unum, et undecim menſes. Bochteiar, adito imperio, confeſtim redire Bagdadum copias, facta cum Omrano pace, iubebat. Ita finem habuit hoc bellum. Carebat Maaz-ed-daula altera manu, in Kermana, ut aiunt, in acie amputata. Primus hic Bagdadi Soât [ſeu curſores (373)] inſtituit, per quos celeriter, quae opus erat, fratri Rocn-ed-daulae, ſignificaret. Duo tum viri pernicitate prae ceteris clarebant, Fadlus, et Maruſch; poterat enim eorum unusquisque per diem quadraginta et aliquot paraſangas abſolvere. Vel in his quoque ſtudium partium, quod Bagdadicos agitabat, cernas: unus enim erat curſor Sunnitarum, alter Schiitarum. Quod ad Bochteiarum, hic male ſe gerebat et imperium, ludis, voluptatibus, feminis atque cantoribus deditus; Dailomitarum magnates habebat inique, praediis et urbibus eorum, quorum fructus percipiebant, inhians.

Eodem anno iuris ſui faciebat Abu-Taglab ſuum patrem, Naſer-ed-daulam, propterea, quod acerbus et difficilis ſenex filios aeque atque familiares dure et triparce haberet, omnibusque eorum coeptis intercederet. Inde nato eius taedio, comprehendebat eum Abu-Taglab huius anni exeunte menſe quinto, mandabatque fidis cuſtodibus et miniſtris. Verum non placebat eius factum fratribus omnibus, adeoque neceſſe ipſi erat Bochteiarum comitate et officiis mulcere, et arma eius, quantum poſſet avertere, provinciamque millies et ducenties millibus drachmis deſtinare.

Eodem anno, aut aliis auctoribus, anni CCCLVII primo menſe periit Vaſchmekir, filius Zaiari, Mardavigi frater, in venatione. Territus enim eius equus inſultu apri vulnerati, et in altum ſeſe pedibus erigens, inſidentem herum dorſo excutiebat, qui caſus eum exſtinxit. Filius ipſi ſucceſſit, Biſtun.*

Eodem

* Aliis *Bahaſtun*, vel *Ianſchun*, vel *Haſchul*. Elmac. pag. 236.

ذكر وفاة كافور، فيها مات كافور الاخشيدي وكان خصيا اسود من موالي محمد بن طغج الاخشيد صاحب مصر، واستولي كافور علي ملك مصر ودمشق بعد اولاد الاخشيد فانه ملك بعد الاخشيد ابنه انوجور والامر جميعه الي كافور، ثم مات انوجور سنة تسع واربعين وثلثماية فاقام كافور اخاه عليا بن الاخشيد، ومات علي بن الاخشيد المذكور وهو صغير سنة خمس وخمسين وثلثماية، فاستغلّ كافور بالمملكة * (من التاريخ *b*،) وكان كافور شديد السواد واشتراه الاخشيد بثمانية عشر دينار وقصده المتنبي ومدحه، وحكي المتنبي، قال كنت اذا دخلت علي كافور انشده يضحك لي ويبشّ *c* في وجهي حتي انشدته،

ولما صار ودّ الناس خبّا *d* جزيت علي ابتسام بابتسام،
وصرت اشكّ فيمن اصطفيه لعلمي انه بعض الانام *

قال فما ضحك بعدها في وجهي الي ان تفرقنا فعجبت من فطنته وذكايه * ولم يزل كافور مستغلّا بالامر حتي توفي في هذه السنة يوم الثلثا لعشر بقين من جمادي الاولي بمصر ودفن بالقرافة الصغري، وكان

t) طلع الكتب *legit libros.* Proprie eſt طلع الي الكتب proceſſit, animum adiecit ad libros.

v) وفرّق Cod. L. وتفرق

x) Cod. L. قاصدا الي الكوفة Quod ſi الي retineatur, legendum قافلا

y) استفكّ *ſtuduit, conatus eſt ſolvere*, ſc. عن القيد a loco, h. e. *liberare* Seif-ed-Daulam, pro, liberavit eum.

z) فترك Cod. L. فنزل

a) كباير vox ſuſpecta. *Magnates* ſunt اكابر non كباير

b) Forte من التاريخ الكامل auctore Ibn-el-Atir.

Eodem quoque anno, die quodam Lunae, vigeſimo quinti menſis, obiit, annos fere ſexaginta quinque natus, Cafur, Achſchidicus, ex antiquo hero ſic dictus. Erat hic eunuchus niger, ſeu Aethiops, mancipium Achſchidi Muhammedis, filii Tagagi, domini Aegypti, cuius exceſſu iſte Cafur, praeter nomen regium, poteſtatem reliquam omnem arripiebat. Et primum quidem ſub Anuguro, Achſchidi filio maiore, adminiſtrabat regnum, uſque ad annum CCCXLIX, quo Anugur obiit. Continuavit deinceps eodem in munere ſub iſtius fratre minore, Alio, usque ad annum CCCLV, quo, quum et ille vivis excederet, impuber, regno ſolus ex eo tempore gaviſus Cafur, et per ſacras aedes Meccae, quin totius Hegazae, Syriae et Aegypti, dominus agnitus piisque votis ſalutatus fuit. Invenio in aliquo Chronico, Cafurum ſincere nigrum fuiſſe, ideoque Achſchido, ut vilius mancipium, plus numis aureis octodecim (374) non conſtitiſſe. Fuit tamen ſubtilis ingenii; ut vel ex illo pateat, quod Motanabbi de ipſo narravit, qui, quod paullo ante attigimus, e Syria Miſram venerat, et Cafurum, quo ſuam rem augeret, laudabat. Narravit igitur ille, Cafurum, quotiescunque coram admiſſus recitaret carmen in ipſius laudes, ridere conſueviſſe, miramque in geſtibus comitatem, hilaritatem in vultu monſtraſſe, donec hos aliquando verſus in aliquo carmine recitaret:

Poſtquam autem doloſa evaſit hominum amicitia, compenſare blandum riſum alio,
et, quemnam mihi amicum deligerem, dubitari coepi, gnarus illum, quisquis tandem eſſet, hominem profecto futurum eſſe.

Ex eo tempore, aiebat poëta, nunquam erga me arriſit Cafur. Vnde perſpexi ſimul et miratus fui hominis ſagacitatem et in abditos animorum receſſus perſpicaciam. Hoc itaque viro mortuo, et in Carafa minore condito [polyandrium publicum id eſt

وكان يدعي له علي منابر مكة والحجاز جميعه والديار المصرية وبلاد الشام، وكان تقدير عمره خمسا وستين سنة، ووقع الخلف فيمن ينصب بعده واتّفقوا علي ابي الغوارس احمد بن علي بن الاخشيد وخطب له في جمادي الاولي سنة سبع وخمسين وثلثماية ٭

ذكر وفاة سيف الدولة، فيها مات سيف الدولة ابي الحسن علي بن عبد الله بن حمدان بن حمدون التغلبي الربعي وكان موته بحلب في صفر وحمل تابوته الي ميافارقين فدفن بها، وكان مولده في ذي الحجة سنة ثلاث وثلثماية، وكان مرضه عسر البول، وهو اول من ملك حلب من بني حمدان اخذها من احمد بن سعيد الكلابي نايب الاخشيد، وقيل ان اول من ولي حلب من بني حمدان الحسن *e* بن سعيد وهو اخو ابي فراس بن حمدان، وكان سيف الدولة شجاعا كريما وله شعر، فمنه ما قاله في اخيه ناصر الدولة،

وهبت لك العليا *f* وقد كنت اهلها وقلت لهم بيني وبين اخي فرق،
وما كان لي عنها نكول وانما تجاوزت عن حقي فتمّ لك الحق،
اما كنت ترضي ان اكون مصليا *g* اذا كنت ارضي ان يكون لك السبق ٭

ولـــه،

قد جري في دمعه دمه، فالي كم انت تظلمه،

رد

e) بش *alacer, hilaris fuit.* Saepe coniungitur cum هش, ut in iſto Haririi نظر اليّ نظر من هش وبش "reſpiciebat ad me vultu agili et laeto" ubi ſcholiaſtes البش، من ضحك اليه وفرح به فرح الصديق بالصديق وحسن اللقاء والمسالة، والبشاشة طلاقة الوجه وبششت به ابشّ اي فرحت به،

apud Miſram] quis ſufficeretur, diu dubitatum et diſputatum a proceribus, tandem conſenſum fuit in Abu-l-Favareſum Ahmedem, filium Alii, filii Achſchidi, primaque pro eius ſollemniter concepta vota per Miſrae fana fuerunt menſe quinto anni CCCLVII. (375)

Eiusdem anni ſecundo menſe Halebi morbus, mictus difficultas, Seif-ed-daulam Abu-l-Haſanum Alin ſuſtulit filium Abdallae, filii Hamdani, e tribu Taglab, quae Rabiae propago eſt, oriundum, anno CCCIII natum. Maiafarekinam deportatae fuerunt viri reliquiae, ibique conditae. Primus hic Hamdanidarum poſſedit Halebum, quam Ahmedi, filio Saidi, Kelabitae, fiduciario Achſchidi, eripuerat. Alii tamen eam gloriam vindicant Abu-l-Hoſaino, filio Saidi, filii Hamdani, fratri illius Abu-l-Feraſi, quem ſupra diximus a Graecis captum fuiſſe. Seif-ed-daula princeps erat fortis excelſi animi. Carmina ſcripſit (376), quorum in ſpecimen dabimus verſiculos, quos ad fratrem, Naſer-ed-daulam, miſit:

Dedi tibi partes primores merito, dixique id factum mirantibus et aegre ferentibus: Eſt inter me fratremque discrimen.

Neque tamen ea fuit animi mei quaedam timiditas, velut puſilli et ad alta non audentis adſpirare; ſed ultro et per indulgentiam iure meo tibi ceſſi, quo ius tibi tuum integrum conſtaret.

Annon ſatis habes me in gloriae ſtadio tecum decurrentem tua legere veſtigia, qui lubens atque laetus te anteire patior.

En etiam aliud eiusdem:

Effudit cum lacrimis ſanguinem:* quo igitur usque in eum ſaevies?

* Se ipſum intelligit aegrum ex amore. Amatum alloquitur.

ردّ عنه الطرف منك فقد جرحته منك اسهمه ،
كيف يستطيع التجلد من خطرات الوهم *h* تولمه *

ولما توفي سيف الدولة تولي بلاده ابنه سعد الدولة شريف وكنيته ابو المعالي ابن سيف الدولة بن حمدان *

وفي هذه السنة توفي ابو علي محمد بن الياس صاحب كرمان *

وفيها توفي ابو الفرج علي بن الحسين بن محمد بن احمد بن الهيثم بن عبد الرحمان بن مروان بن عبد الله بن مروان بن محمد بن مروان بن الحكم بن ابي العاص بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف الاموي الكاتب صاحب كتاب الاغاني وجدّه مروان بن محمد اخر خلفاء بني امية وهو اصفهاني الاصل بغدادي المنشي وروي عن عالم كثير من العلماء وكان عالما بايام الناس والانساب والسير وكان علي امويته متشيعا ، قيل انه جمع كتاب الاغاني في خمسين سنة وحمله الي سيف الدولة فاعطاه الف دينار فاعتذر اليه ، وله غيره مصنّفات عدّة وصنّف كتبا لبني امية اصحاب الاندلس وسيّرها اليهم سرّا وجاءه الانعام منهم سرا ، وكان منقطعا الي الوزير المهلّبي وله فيه مدايح ، وكانت ولادته سنة اربع وثمانين ومايتين ، واسماء الكتب التي صنفها لبني امية

نسب

d) خبّ cum Keſre, eſt *dolus, deceptio.* Scholiaſtes ad Hamaſan: الخب بكسر الخاء المكر والخب بفتحها المكار، ومنه قولهم رجل خبّ ضبّ ،

e) الحسن Supra erat الحسين

f) العليا *ſuperiorem*, ſubintell. المنزلة *ſedem*, aut potius اليد *manum.*

g) مصليا Verbum صلي in II Coniug. inter alia notat, *ſecundus venit*

equus

Cohibe ab ipſo aſpectum tuum: eius enim tela ipſum vulnerant.

Qui perduret adverſus vim tuam ille, qui vel a levibus ſuſpicionibus acutiſſimos dolores perſentiat?

Poſt huius fata ditionem ipſius accepit filius, Saad-ed-daula Scharif Abu-l-Maali.

Eodem obiit Abu-Ali Muhammed, filius Eliaſi, dominus Kermanae: uti et Abu-l-Farag Ali, filius Hoſaini, filii Muhammedis, filii Ahmedis, filii Haitami, filii Abd-er-Rahmani, filii Marvani, eius, qui Chalifarum Ommiadicorum in oriente ſeriem clauſit, filii Muhammedis, filii Marvani, filii Hakemi, filii Abu-l-Aſi, filii Ommiae, filii Abd-Schamſi, filii Abd-Menaſi, adeoque, ut apparet, e celebri Ommiadarum ſtirpe oriundus, vulgo nomine Cateb ſeu chartularii Isfahanenſis celeber, editor libri canticorum celeberrimi. Isfahanenſis cluet, quod ea in urbe lucem primam vidit, ſed adolevit Bagdadi. Complures audiverat egregios doctores, praecipue callebat celebriores pugnas, aliosque caſus, illuſtrium familiarum ſeries, et vitas clarorum virorum, ut brevis ſim, probe verſatus erat in ſtudiis hiſtoricis. Quamvis Ommiadicus eſſet genere, ſectae tamen Alidarum, ſeu Schiiticae, adhaerebat. Aiunt eum in compilando et condendo ſuo Canticorum libro annos quinquaginta conſumſiſſe, eumque perfectum Seif-ed-daulae principi obtuliſſe, qui veri pretii libro ſtatuendi bene gnarus, auctori mille numos aureos donabat, excuſatione tamen ſimul uſus, praemium longe infra dignitatem et meritum oblati muneris eſſe. Praeter eum librum alia multa compoſuit, praeſertim in gratiam Ommiadarum, Andaluſiae dominorum, quae ſcripta clanculum ad eos mittebat, eorumque viciſſim accipiebat clandeſtina beneficia. Hunc ad cenſum ex parte pertinent: de Genealogia gentis Abd-Schamſi liber; alius de praeliis Arabum, quo mille et ſeptuaginta celebres pugnas exſecutus eſt; alius maximam et ſelectam

partem

بسب بني عبد شمس، وايام العرب الف وسبعماية يوم، وجمهرة *i* النسب، ونسب بني شيبان ۞

ثم دخلت سنة سبع وخمسين وثلثماية، فيها استولي عضد الدولة ابن ركن الدولة بن بويه علي كرمان بعد موت صاحبها علي بن الياس *k* ۞

ذكر قتل ابي فراس *l* بن حمدان، وفي هذه السنة في ربيع الاخر قتل ابو فراس وكان مقيما بحمص، فجري بينه وبين ابي المعالي بن سيف الدولة وحشة فطلبه ابو المعالي *m* فانحاز ابو فراس الي صدد، فارسل ابو المعالي عسكرا مع قرعويه احد قواد عسكره فكبسوا ابا فراس الحرث بن ابي العلا سعيد بن حمدان بن حمدون، وهو ابن عم ناصر الدولة وسيف الدولة اسر بمنبج وحمل الي القسطنطينية واقام في الاسر اربع سنين وله في الاسر اشعار كثيرة وكانت منبج اقطاعه، قال ابن خالويه لما مات سيف الدولة عزم ابو فراس علي التغلّب علي حمص، فاتّصل خبره بابي المعالي بن سيف الدولة وغلام ابيه قرعويه، فارسله اليه فقاتله فقتل في صدد وقيل بقي مجروحا اياما ومات، وكان مولده سنة عشرين وثلثماية، وفي مقتله في صدد يقول بعضهم،

وعلّمني الصدّ من بعده عن النوم مصرعه في صدد،

فسقيا

equus in certamine, poſt primum, qui aut سابق *praecurſor*, aut جالي vel مجلي *eminens* appellatur. Non infrequens haec vocis ſignificatio, ut mireris eam in Lexico Goliano deſiderari. Conf. Schultenſium v. cl. in notis ad excerpta ex Hamaſa p. 451, ubi inſignem locum e Tebricio adducit, ubi tamen lacunula in verbis arabicis p. 450 lin. 6 hoc modo ſupplenda: (السابق) والصلا عجب الذنب

partem genealogicae ſcientiae tractans; item genealogiae filiorum Schaibani. Magnum habuit patronum rerumque ſuarum columen Vezirum Mohallabitam, cuius etiam laudes aliquot carminibus celebravit. Natus fuerat anno CCLXXXIV.

Anno CCCLVII [qui die 6 Dec. A. C. 967 coepit] occupabat Adad-ed-daula, filius Rocn-ed-daulae, filii Buiae, Kermanam, morte Abu-Alii, filii Eliaſi, vacuefactam.

Eodem occiſus eſt Abu-Feras el-Haret, filius Abu-l-Olae Saidi, filii Hamdani, filii Hamduni, adeoque filius patruelis tam Naſer-ed-daulae, quam Seif-ed-daulae, menſe quarto. Degebat Hemſae, poſteaquam a quadrienni captivitate, quam pluribus carminibus Conſtantinopoli toleratam cecinit, rediiſſet, quo Graeci eum, ut in ſuperioribus expoſuimus, rapuerant Manbega extractum, urbe, quae ipſi ad vitae uſum atque neceſſitates attributa fuerat. Sed ſubortae iam inter eum et Seif-ed-daulae filium atque ſucceſſorem, Abu-l-Maalium, ſimultates Abu-Feraſum cogebant Emeſſa Sadadum aufugere. Illuc mittebat Abu-l-Maali copias, cum Curubeh, paterno quodam mancipio et duce, qui eum ibi oppreſſerunt. Paullo aliter haec enarrat Ibn-Chaluieh. Cauſſam ſimultatum inter hos affines obortarum is in eo ponit, quod Abu-Feras a Seif-ed-daulae obitu ſtatim id egerit, ut Emeſſam ſui iuris faceret: Abu-l-Maalin autem, eo cognito, miſiſſe paternum mancipium Curubam, qui collatis cum turbatore ſignis eum ipſa in acie peremerit. Sunt tamen, qui aliquot diebus poſt ex acceptis vulneribus eum obiiſſe tradunt. Loci nomen, in quo cecidit, Sadad, hunc alicui argutum luſum poëticum ſuggeſſit:

Occubitus eius in Sadad docuit me, ex quo illum deſidero,
quid ſit ſomni Sadd [ſeu fuga,] quam ipſo vivo, qualis eſſet, ignorabam.

فسقيا لها ان حوت شخصه وبعدا لها حيث فيها ابتعد *n* ✻

وفيها مات المتقي لله ابراهيم بن المقتدر في داره اعمي مخلوعا ودفن فيها ✻

وفيها توفي علي بن فيدار *o* الصوفي النيسابوري ✻

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين وثلثماية، ذكر ملك المعز العلوي مصر، في هذه السنة سيّر المعز لدين الله ابو تميم معدّ بن اسماعيل المنصور بالله بن القايم محمد بن المهدي عبيد الله القايد ابا الحسين جوهرا غلام والده المنصور، وجوهر رومي الجنس، فسار جوهر المذكور في جيش كثيف الي الديار المصرية واستولي عليها، وكان سبب ذلك انه لما مات كافور الاخشيدي اختلفت الاهواء في مصر وتفرقت الاراء، فبلغ ذلك المعز فجهّز العسكر اليها فهربت العساكر الاخشيدية من جوهر المذكور قبل وصوله، ووصل القايد جوهر الي الديار المصرية سابع عشر شعبان واقيمت الدعوة للمعز في الجامع العتيق وكان الخطيب ابو محمد عبد الله بن الحسين الشمشاطي، وفي جمادي الاولي من سنة تسع وخمسين وثلماية قدم جوهر الي جامع ابن

h) خطرات الوهم *temerariae, coecae irruptiones opinionis*, vel *cogitationis*, a خطر cocco impetu ferri rel.

i) جمهرة *maxima ſimul et optima pars* جمهور الشي معظمه وجمهرت الشي إخذت خياره، verba Ibn-Doreidi.

k) بن الياس Cod. L. بن ابي الياس

l) فراس Cod. L. فارس, ſed mox فراس

m) ابو المعالي bis deerat hoc loco vox ابو

n) بعدا لها pr. *ſit ei longinqua a me diſtantia, procul apage.* Ita malum impre-

Rigent illum locum (377) conferti imbres! Eatenus enim bene ipſi volo, et bene precor, quatenus corpus eius tenet: at quatenus in eo a meque hominumque conſortio amotus fuit amicus, eatenus illi loco male volo, precorque, ut ab omni gratia et laudabili dote longe abſit.

Natus fuerat Abu-Feras anno CCCXX. (378)

Eodem obiit Bagdadi domi ſua, coecus et privatus, Chalifa quondam, Mottaki lillah, filius Moctaderi; et ſepultus ibidem fuit.

Obiit etiam Ali, filius Kidari, Suficus, Niſaburenſis.

Anno CCCLVIII [qui die Nov. 28. A. Chr. 968 coepit] occupavit Aegyptum Africae dominus, Moëzz ledin allah Abu-Tamim Moadd, filius Iſmaili Manſur billah, filii Caiemi Muhammedis, filii Mahdii Obaidallae, miniſterio paterni quondam, genere Graeci (379), mancipii, Gauhari, Kaiedi, [ſeu ducis, a dignitate ſic vulgo cognominati] quem ingentibus cum copiis ideo in Aegyptum expediverat. Poſt Cafuri enim, Achſchidici, mortem, qui, ut vidimus, ab herilis familiae prolapſu et excidio ad eum diem ſummam ibi poteſtatem tenuerat, in diverſa ibant Aegyptiorum de legendo novo principe ſententiae atque ſtudia. Vſus ea peroportuna occaſione Africanus efficiebat brevi tempore nullaque paene opera, quod maiores ipſius fruſtra ſaepe tentaverant. Nam copiae, quas Gauhar ducebat, pede inoffenſo in vacuam provinciam invadebant, Achſchidicis hoſtem vel eminus fugientibus. Intrabat itaque Gauhar Aegyptum die decimo ſeptimo menſis octavi huius anni; ſimulque Miſrae tum primum pro Fatemidae, ut domini, ſalute vota fiebant in fano antiquo, a concionatore, Abu-Muhammede Abdalla, filio Hoſaini Samoſateno. Anni inſequentis CCLIX menſe quinto in altero quoque Miſrenſi fano, Tulunico appellato, reformabat Gauhar, et Schiitarum ritibus accommodabat ſacra. Nam quum

 praeco

ابن طولون وامر فاذن فيه بحيّ علي *p* خير العمل ثم اذن بعده في الجامع العتيق بذلك فجهر في الصلوة ببسم الله الرحمن الرحيم، ولما استقر جوهر بمصر شرع في بناء القاهرة *

ذكر ملك عسكر المعز دمشق وغيرها من البلاد، ولما استقر جوهر بمصر سيّر جمعا كثيرا مع جعفر بن فلاح الي الشام، فبلغ الرملة وبها الحسن بن عبد الله بن طغج وجري بينهما حروب كان الظفر فيها لعسكر المعز واسر ابن طغج وغيره من القواد وسيّرهم جوهر الي المعز واستولي عساكر المعز علي تلك البلاد وجبوا اموالها، ثم سار جعفر بن فلاح بالعساكر الي طبرية فوجد اهلها قد اقاموا الدعوة للمعز قبل وصوله فسار عنها الي دمشق فقاتله اهلها فظفر بهم وملك دمشق ونهب بعضها وكفّ عن الباقين واقام الخطبة يوم الجمعة للمعز لدين الله العلوي لايام خلت من المحرّم سنة تسع وخمسين وقطعت الخطبة العباسية، وجري في اثناء هذه السنة بعد اقامة الخطبة العلوية فتنة بين اهل دمشق وجعفر بن فلاح ووقع بينهم حروب وقطعوا الخطبة العلوية ثم استظهر جعفر بن فلاح واستولي علي دمشق فزالت الفتن واستقرت دمشق للمعز لدين الله العلوي *

ذكر

imprecantur Arabes rei exoſae. Hinc illa in epicediis ſollemnis mortuis bene precandi formula لا تبعد *ne procul abeas* h. e. ne remotus ſis a bonis alterius vitae, ne pereas: item لا تبعدنك الله *ne te Deus procul removeat* a voluptate fruenda. Hinc quoque البعيد *longe remotum*, vel *removendum*, pro re exoſa; et contra القريب *propinquum*, vel *appropinquandum*, pro re amata: Hariri conſ. XXXII. In Hamaſa quoque de *mortuo* dicitur بعيد e. c. لا تبعد علي متعهد بلي كل من تحت التراب بعيد،

p) قيدام Cod. L. قيدام

praeco inſtante precum tempore populum convocans, in illa longa, quae tum uſu venit, a propheta tradita formula, ut Sunnita inter ſimiles, illa Sunnitis adamata elucutione ad eum diem uſus fuiſſet: adesdum ad cultum dei! iubebat ille, ceteris omnibus ſervatis, iſtius loco formula Schiitis praeoptata proclamari: adesdum ad opus omnium optimum peragendum! quod idem continuo in fano quoque, cui antiquo nomen eſt, inſtitutum fuit. (380) Etiam inter preces clara voce pronuntiabatur illa, unde ſacras civilesque omnes actiones auſpicamur, formula: in nomine clementiſſimi et maxime miſericordis dei. Firmo iam talo conſiſtens in Aegypto inſtituebat Gauhar Caheram [ſeu urbem victricem, Nicopolin, Miſrae vicinam] condere (381), herique ditionem in orientem, quam longiſſime poterat, proferre.

Ingentes enim in Syriam copias, cum duce Gafaro, filio Falagi, ablegabat. Primum is Haſanum, filium Abdallae, filii Tagagi, collatis ſignis fundebat apud Ramlam, captumque una cum aliis ducibus ad Moëzzum mittebat. Opibus inde e provincia recens acquiſita coactis procedebat Falagides Tiberiadem; quam quum deprehenderet adveniens iam antea ſacramentum Moëzzo Fatemidae dixiſſe, praeteribat, Damaſcum tendens. Hanc reſiſtere nequidquam nitentem ſubigebat infeſtis armis, et rapinis nonnulla eius differebat. Deſaevito, reliquis parcebat, proximoque die Veneris, ſub anni CCLIX initium, per fana pro Moëzzi Alidae incolumitate et ſecunda fortuna publice vota fieri curabat, abrogata, quae ad eum diem ibi obtinuerat, Abaſici nominis auctoritate. (382) Eodem porro currente anno, obortis Falagidem inter et Damaſcenos ſimultatibus, per quas tacitum in precibus Moëzzi nomen fuit, res ad arma et civile bellum deveniebat, quo victor factus Falagides ſeditioſos in ordinem redigebat, eamque Syriae partem Alidae, hero, aſſerebat.

ذكر اختلاف اولاد ناصر الدولة وموت ابيهم ، كان ابو تغلب وابو البركات واختهما فاطمة اولاد ناصر الدولة من زوجته فاطمة بنت احمد الكردية وكانت مالكة امر ناصر الدولة ، فاتّفقت مع ابنها ابي تغلب وقبضوا علي ناصر الدولة علي ما ذكرناه ، وكان لناصر الدولة ابن اخر اسمه حمدان كان ناصر الدولة قد اقطعه الرحبة وماردين وغيرها ، فلما قبض ناصر الدولة كاتب ابنه حمدان يستدعيه ليتقوي به علي المذكورين ، فظفر اولاده بالكتاب فخوّفوا *q* اباهم وحذّروه ، وبلغ ذلك حمدان فعادي اخوته وكان اشجعهم ، ولما خاف ابو تغلب من ابيه ناصر الدولة نقله الي قلعة كواشي وحبسه بها وبقي ناصر الدولة محبوسا بها شهورا ومات ناصر الدولة الحسن بن عبد الله بن حمدان بن حمدون بن الحرث بن لقمان التغلبي المذكور بقلعة كواشي في ربيع الاول من هذه السنة ووقع بين حمدان بن ناصر الدولة وبين اخويه ابي تغلب وابي البركات حروب كثيرة قتل فيها ابو البركات قتله اخوه حمدان ، ثم قوي ابو تغلب علي اخيه حمدان وطرده عن بلاده واستولي عليها ، وكان يلقب ابو تغلب بن ناصر الدولة المذكور عدة الدولة الغضنفر ابا تغلب *

ذكر ما فعله الروم بالشام ، وفي هذه السنة دخل ملك الروم الي الشام ولم يمنعه احد فسار في البلاد الي طرابلس وفتح قلعة عرقة بالسيف ، ثم قصد حمص وقد اخلاها اهلها واحرقها ورجع الي بلاد الساحل فاتي عليها

p) حي علي Ab hac formula dicta fuit ipſa actio حيعلة, et qui eam proclamat, dicitur حيعل Habet Haririus conſ. XXVII. نشر الصبح راياته وحيعل الداعي الي صلاته "explicabat aurora ſua vexilla, et clama-

Eodem obiit Naſer-ed-daula Haſan, filius Abdallae, filii Hamdani, filii Hamduni, filii Hareti, filii Locmani, Taglabita, dominus Mauſelae, filiique eius inteſtinis diſcordiis implicabantur. Erant Naſer-ed-daulae tres liberi ex legitima uxore, Fatima, filia Ahmedis, Curda, ſuſcepti, Abu-Taglab, Abu-l-Baracat, et Fatima, matri cognominis filia; erat quoque aliunde quaeſitus Hamdan filius, cui pater Rahabam et Mardinam cum aliis aſſignaverat. Huic Hamdano, fratrum fortiſſimo, ſignificabat pater per litteras de calamitate ſua, de qua iam ſupra expoſuimus. Abu-Taglab enim, adiutus a matre, quae maritum ſub nutu ditioneque ſua tenebat, patrem in cuſtodiam miſerat. Sed intercipiunt fratres eas litteras, quibus pater Hamdani auxilium imploraverat. Ex eo tempore liberi patrem acrius, quam ante, cuſtodire, hortarique velit praeſentem fortunam patienter ferre, novisque a rebus tentandis ſe abſtinere; non ſine minis, ſi ſecus faceret. Tandem in arcem Cavaſchi transfertur, in qua etiam anni huius menſe tertio captivus obiit. Hic fratrum cum communi patre agendi modus Hamdanum vehementer urebat, et ad expetendas ab illis poenas ſtimulabat; unde natum diuturnum et cruentum bellum, per quod Abu-l-Baracat quidem periit ab Hamdano; hic autem ditione ſua excidit, in fugam actus, Abu-Taglab ſolus ſuperfuit victor, et imperavit porro, aſſumto titulo Oddat-ed-daula, Gadanfer. [Poſterius nomen illi proprium eſt, leonem proprie ſignificans, prius notat imperii praeſidium.]

Interea dum Meſopotamiae domini hunc in modum inteſtinis bellis ipſi ſeſe lacerant, via patebat Romanis per Syriam usque ad Tripolin. Arcem Erach expugnabat eorum imperator gladio. Inde tendebat Emeſſam, quam incolis vacuam facillime nactus, (advenientis terrore patriam deſeruerant) iniectis ignibus pervaſtabat. Ab ea excurſione redibat ad tractum maritimum, quem rapinis et populationibus deſolabat, et octodecim

ſugge-

عليها r نهبا وتخريبا وملك ثمانية عشر منبرا واقام بالشام شهرين ثم عاد الي بلاده ومعه من الاسري والغنايم ما يفوت الحصر *

ذكر استيلا قرعويه علي حلب ، في هذه السنة استولي قرعويه غلام سيف الدولة علي حلب واخرج ابن استاذه ابا المعالي شريف بن سيف الدولة بن حمدان عنها ، فسار ابو المعالي الي امه والدته بميافارقين واقام عندها ثم جري بينهما وحشة ثم اتّفقا بعدها ثم سار ابو المعالي فعبر الفرات وقصد حماة واقام بها *

وفيها طلب سابور بن ابي طاهر القرمطي من اعمامه ان يسلموا الامر اليه ، فحبسوه ثم اخرج ميّتا في منتصف رمضان *

ثم دخلت سنة تسع وخمسين وثلثماية ، ذكر ما ملكه الروم من البلاد ، في هذه السنة سارت الروم الي الشام وفتحوا انطاكية بالسيف وقتلوا اهلها وغنموا وسبوا ، ثم قصدوا حلب وقد تغلّب عليها قرعويه غلام سيف الدولة بن حمدان بعد طرد ابن استاذه ابا المعالي عنها ، فتحصّن قرعويه بالقلعة وملك الروم مدينة حلب وحصروا القلعة ، ثم اصطلحوا علي مال يحمله قرعويه الي ملك الروم في كل سنة ، وكانت المصالحة بحمل المال المقدّم علي حلب وما عليها من البلاد وهي حماة وحمص وكفر طاب ومعرة وفامية وشيزر وما بين ذلك ، ودفع اهل حلب الرهاين بالمال الي الروم ، فرحلت الروم عن حلب وعادت المسلمون اليها *

وفيها ارسل ملك الروم الي ملازكرد من ارمينية جيشا فحصروها وفتحوها عنوة بالسيف وصارت البلاد كلها مسيّبة لا يمنع الروم عنها مانع *

ذكر

ſuggeſtus [e totidem fanis maioribus] eiiciebat. Poſtquam duo menſes incubuiſſet Syriae, abibat domum praeda gravis et captivis numero haud facile complectendis.

Eodem eiiciebat Corubeh, Seif-ed-daulae Hamdanidae quondam mancipium, heri ſui filium, Abu-l-Maalin Schariſum, Halebo, quam ipſe ſui iuris faciebat. Exul ad matrem Maiafarekinam pergebat; ubi agens cum ea ſimultates contrahebat: tempore tamen interiecto poſt reconciliabantur. Traiecto deinceps Euphrate Hamatam petebat Abu-l-Maali, et ibi ſedes figebat.

Hoc anno Saburum, filium Abu-Taheri, Carmatitam, mittebant patrueles eius in carcerem, ideo, quod ab ipſis imperium ſibi debitum tradi poſtulaverat. Extractus inde fuit mortuus medio huius anni nono menſe.

Anno CCCLIX [qui die 13 Nov. A. C. 969 coepit] rurſus invadebant Romani Syriam, et Antiochia violenter expugnata caedibusque et rapinis pervaſtata, Halebum petebant, quam Corubeh tunc tenebat, Seif-ed-daulae mancipium, heri filio, Abu-l-Maalio Schariſo, extortam, ut modo diximus. Hic in arcem ſe receperat, urbe hoſti permiſſa. Obſidione ad temporis aliquod tolerata, pactus Corubeh certum annuum tributum pro Halebo, et agro circa, Romanos avertebat, ſumtis ſecum obſidibus abeuntes. Ita locus factus Muſlemis ad priſtinas ſedes revertentibus. Iuris Halebenſis autem tum erant hae praeturae, Hamata, Emeſſa, Cafar-Tab, Maarra, Apamea, Schaizar et his interiecta loca.

In Armenia quoque Graeci Malazcardam (383) oppugnabant. Vt paucis complectar, totus ille tractus Syriae maritimus, et quae circa Euphraten, patebant Graecorum libidini, nemine neque hoſtem arcente, neque terras tuente, praeſidiis et rectore nudas.

ذكر قتل ملك الروم، كان قد تغلّب علي الملك ليس s من
بيت المملكة واسمه نيقفور وخرج الي بلاد الاسلام وفتح من الشام
وغيره ما ذكرناه وطمع في ملك جميع الشام وعظمت هيبته، وكان
قد قتل الملك الذي قبله وتزوّج امراته ثم اراد ان يخصي اولادها
الذين من بيت الملك لينقطع نسلهم ويبقي الملك في نسل نيقفور
المذكور وعقبه، فعظم ذلك علي امهم التي هي زوجة نيقفور فاتفقت
مع الدمستق علي قتله وادخلت الدمستق مع جماعة في زي النساء
الي كنيسة متّصلة بدار نيقفور، فلما نام نيقفور وغلقت الابواب
قامت زوجته وفتحت الباب الذي في جهة الكنيسة ودعت الدمستق،
فدخل علي نيقفور وهو نايم فقتله واراح الله المسلمين من شرّه، فاقام
الدمستق احد اولادها الذي *t* من بيت الملك في الملك، والدمستق
اسم عندهم لكلّ من يلي بلاد الروم التي هي شرقي خليج القسطنطينية *
ذكر استيلاء ابي تغلب بن ناصر الدولة علي حران، وفي هذه
السنة سار ابو تغلب الي حران وحاصرها مدّة وفتحها بالامان واستعمل
علي حران البرقعيدي وهو من اكابر اصحاب بني حمدان، ثم
عاد ابو تغلب الي الموصل *

وفيها اصطلح قرعويه مع ابن استاذه ابي المعالي وخطب
له بحلب وكان ابو المعالي حينيذ بحمص، وخطب ايضا
بحلب وحمص للمعز لدين الله العلوي صاحب مصر
وبمكة

clamabat praeco حي علي cet. ad preces provocans;" ubi ipſe in ſubiuncto commertariolo explicat: يعني به قول المؤذن حي علي الصلوة حي علي الفلاح، والمصدر منه الحيعلة، ومثله المصادر من

Deus tamen afflictis Muſlemis praeſidium aderat et liberator e tantis anguſtiis. Ille enim ipſe Romanus imperator, quem hactenus in Muſlemicam ditionem adeo ſaevientem vidimus, qui ſpe atque cupidine totam Syriam iam devoraverat, qui orbem fidelem terrore ſui compleverat, hoc ipſo anno muliebribus inſidiis occubuit. Erat ille Nicephorus, qui, ſublato deceſſore ſuo rege, uxorem eius in matrimonium duxerat ſtirpe ortus non regia, idque animo agitabat, ut ſuperioris thori maſculam prolem exſecaret, quo ſuae regiam dignitatem perpetuam aſſereret. Sed indignum et intolerabile facinus deteſtata et impedire nitens puerorum mater conſpirabat cum Domeſtico in viri caedem, ſtructo in hunc modum dolo. Conſcios, Domeſticum puta et eius amicos, habitu muliebri deformatos de nocte in ſacellum aliquod, Nicephori cubiculo proximum, introducebat; et tiranno profundum ſtertente foribusque obſeratis, ipſa ſurgens per eam portulam intromittebat percuſſores, per quam e cubiculo aditus ad ſacellum patebat. Itaque aggreſſus dormientem Nicephorum iugulabat Domeſticus, deus autem eius miniſterio quietem populo ſuo a moleſtiſſimo vexatore praeſtabat. Domeſticus inde unum ex Imperatricis filiis, e priore matrimonio, et genuino ſanguine regio creatum, Auguſtum nuncupabat. De cetero Domeſticus is appellatur, qui regionum Byzantinarum cis Helleſpontem in orientem porrectarum curam gerit.

Eodem adeptus eſt Abu-Taglab, Naſer-ed-daulae filius, Harranam [vel Charras] poſt aliqualem obſidionem, deditione; cui rectorem ſuo nomine imponebat Barcaidicum, e praecipuis Hamdanidarum ducibus; eoque facto redibat Mauſelam.

Eodem paciſcebatur Corubeh cum heri quondam ſui, Seif-ed-daulae, filio, Abu-l-Maali, qui tum Emeſſae degebat, eique vota publice dici iubebat Halebi. Non tamen id oberat, quin iisdem in urbibus, Hemſae puta et Halebo, preces pro Moëzzo

وبمكة للمطيع وبالمدينة النبوية للمعز وخطب ابو محمد الموسوي والد الشريف الرضي خارج المدينة للمطيع ❊

وفيها مات محمد بن داود الدينوري المعروف بالرقي وهو من مشاهير مشايخ الصوفية ، والقاضي ابو العلا محارب بن محمد بن محارب الفقيه الشافعي كان عالما بالفقه والكلام ❊

ثم دخلت سنة ستين وثلثماية ، في هذه السنة في ذي القعدة وصلت القرامطة الي دمشق وبلغ خبرهم جعفر بن فلاح نايب المعزّ لدين الله فاستهان بهم فكبسوه خارج دمشق وقتلوه وملكوا دمشق وآمّنوا اهلها ، ثم ساروا الي الرملة فملكوها ، ثم اجتمع اليهم جمع من الاخشيدية فقصدوا مصر ونزلوا بعين شمس وجري بينهم وبين المغاربة وجوهر قتال انتصرت فيه القرامطة ثم انتصرت المغاربة ، فرحلت القرامطة وعادوا الي الشام ، وكان كبير القرامطة حينيذ اسمه الحسن بن احمد بن بهرام ❊

وفيها استوزر مويّد الدولة بن ركن الدولة الصاحب ابا القسم بن عبّاد ❊

وفيها مات ابو القسم سليمان بن ايوب الطبراني صاحب المعاجم الثلثة باصفهان وكان عمره ماية سنة ❊ وفيها توفي السرّي الرّفاء الشاعر الموصلي ببغداد ❊

ثم

من الهيللة والحمدلة والحوقلة والبسملة والحسبلة والسبحلة والجعفلة ، فالهيللة حكاية قول لا اله الا الله ، والحمدلة حكاية قول الحمد لله ، والحوقلة قول لا حول ولا قوة الا بالله ، والبسملة حكاية بسم الله ، والحسبلة قول حسبنا الله ، والسبحلة

ledin allah, Fatemida, fierent, cui etiam in urbe prophetae fiebant. Meccae tamen fiebant Chalifae Bagdadico, Motio; cui ipſi quoque in agro Medinenſi faciebant Abu-Muhammed Muſuvi, pater Scharifi Radii.

Eodem obiit Muhammed, filius Davudi, Dainavarenſis, vulgo Rakki dictus, unus e celeberrimis Suficorum doctoribus; item Cadi Abu-l-Ola Mohareb, filius Muhammedis, filii Moharebi, fakihus Schafeiticus, in theologia tam forenſi, quam dogmatica probe verſatus.

Anno CCCLX [qui die 3 Nov. A. C. 970 coepit] potiebantur Carmatitae Damaſco hac ratione. Menſe anni penultimo invadebant eam urbem, et Gafarum, Falagi filium, illum, quem ſupra dicebamus Damaſcum Aegyptio Fatemidae, Moëzzo ledin allah, ſubieciſſe, tum heri nomine urbi praeſidentem, ſecurum in aperto campo contempti opprimunt. Quo caeſo potiuntur urbe, in quam tamen atrox nihil ſtatuerunt. Inde progreſſi Ramlam quoque occupabant, ubi adſcitis reliquiis Achſchidicorum creſcunt. Inde cum novis ſociis in Aegyptum evecti, poſitis ad Ain-es-Schams [vel Heliopolin] caſtris praelium cum Gauharo, duce Africano, committebant, initio ſecundum, tandem vero verſa fortuna reiecti ab Africanis Syriam repetebant. (384) Cabirus [ſeu magnas] Carmatitarum erat eo tempore Haſan, filius Ahmedis, filii Baharami.

Eodem nuncupabat Movaiad-ed-daula, filius Rocn-ed-daulae, ſibi Vezirum Abu-l-Caſemum, filium Abadi, vulgo ſic dictum Sahebum [id eſt, ſodalem, ſeu comitem].

Eodem obiit Iſfahanae Abu-l-Caſem Solaiman, filius Eiubi, Tabaranita, trium iſtorum Maagem [ſeu lexicorum (385)] auctor, centum annos natus. Bagdadi quoque obiit Serri Raffaus, poëta, Mauſelenſis.

ثم دخلت سنة احدي وستين وثلثماية ، وفيها وصلت الروم الي الجزيرة والرها ونصيبين فغنموا وقتلوا ووصل المسلمون الي بغداد مستصرخين ، فثارت العامّة وجرت ببغداد فتن كثيرة فاستغاثوا الي بختيار وهو في الصيد فوعدهم الخروج الي الغزوة ، فارسل بختيار يطلب من الخليفة المطيع مالا ، فقال الخليفة ليس لي سوي الخطبة ، فان احببتم اعتزلت ، فتهدّده بختيار فباع الخليفة قماشه وغير ذلك حتي بلّغ الي بختيار اربعماية الف درهم فقبضها بختيار واخرجها في مصالح نفسه وبطل حديث الغزوة وشاع في الناس ان الخليفة صودر *v* ❋

ذكر مسير المعز لدين الله العلوي الي مصر ، في هذه السنة سار المعز من افريقية في اواخر شوال واستعمل علي بلاد افريقية يوسف (ويسمي بلكين) بن زيري بن مناد الصنهاجي وجعل علي

والسبحلة قول سبحان الله ، والجعفلة حكاية قولهم جعلت فداءك ، "Dicitur حيعل de praecone, qui proclamat: Adesdum ad preces, adesdum ad bonum opus! Inde formatur infinitivus حيعلة Similia ſunt الهيللة, quando quis dicit: La ilah illa-llah, non eſt numen praeter deum; et الحمدلة, quando dicit: Hamd lillah, Laus deo; et الحوقلة, quando quis dicit: La Haul vala kuvat ila lillah, non eſt machina, non eſt potentia niſi deo; البسملة, quando quis dicit: Biſmillah, in nomine dei; الحسبلة, quando quis dicit: Hasbona-llah, fiducia noſtra eſt deus; السبحلة, quando quis dicit: Sobhân allah, glorioſus eſt deus; الجعفلة, quando quis dicit: goalat fedaac, o utinam fierem tua redemtio." Non inutilis erit haec obſervatio ad loca paſſim auctorum intelligenda et ad Golium locupletandum.

q) فتخوّفوا Cod. L. فتخافوا

r) اتي عليها Meidanius: يقال اتي عليه انا اهلكه ،

Anno CCCLXI [qui die 23 Octob. A. C. 971 coepit] invadebant Graeci Gaziram [h. e. Meſopotamiam], Edeſſam, Niſibinam, caedibusque graſſabantur et rapinis; contra quos auxilium implorantes Bagdadum confluebant extorres Muſlemi. Quod in tumultum plebem Bagdadicam concitabat. Perferuntur miſerorum querimoniae ad Bochteiarum, Bagdadi ſupremum Emirum, venatione tum temporis occupatum; qui promtam quidem opem laturum, et hoſtes finibus exacturum promittebat; ideoque Chalifam neceſſarios inſtruendae expeditioni ſumtus rogabat, et invitum multumque obluctantem opibus haud contemnendis emungebat. Vana tamen iſta omnia et ad ſpeciem ludibriumque compoſita. Queri quidem Motius pecuniam ſibi nullam eſſe; mirari, quare numos a ſe requirant, cui, praeter nominis gloriam et dignitatis in publicis precibus ſpeciem, in facultatibus et auctoritate reliquum nihil fecerint. Si tam inique ſecum agere decreviſſent, malle Chalifatum eiurare. At ridens Bochteiar frigidam excuſationem, graviora et neceſſitatem tergiverſanti admovendam minabatur. Quapropter coactus Chalifa vendebat ſupellectilem, indeque coactum aes, ad quadraginta millia drachmarum mittebat Buidae. Ille autem tantum aberat, ut eo, quo flagitarat, impenderet, ut, qui expeditionem contra Graecos vel fando nominaret, auditus nemo ex eo tempore fuerit, ſed in neceſſitatibus deliciisque ſuis perdebat. Inde iactatum Bagdadi fuit vulgare illud ſcomma, multatum Chalifam a Bochteiaro fuiſſe, [tanquam inferiorem a potiore, aut ſontem a praetore].

Hoc anno inſtituebat Moëz ledin-allah, Alida, Libyae dominus, ex Africa domicilium in Aegyptum transferre; quo in itinere paene annum exegit. Ineunte namque decimo huius anni menſe exibat Mahdia cum familia facultatibusque, quas tantas ferunt fuiſſe, ut aureos numos cuſos curaverit in moles lapidum molarium ſimiles conflari, et camelis imponi. (386)

Relin-

علي صقلية ابا القاسم علي بن الحسن بن علي بن الحسين، وعلي طرابلس المغرب عبد الله بن يخلف الكنامي، واستصحب المعز معه اهله وخزانته، وفيها اموال عظيمة حتي سبك الدنانير وعملها مثل الطواحين وشالها x علي جمال، فلما وصل الي برقة ومعه محمد بن هاني الشاعر الاندلسي قتل غيلة y لا يدري من قتله، وكان شاعرا مجيدا z، وغالي a في مدح المعز حتي كفر في شعره، فمما قاله،

ما شيت الّا ما شاءت الاقدار فاحكم فانت الواحد القهار،

ثم سار المعز حتي وصل الي الاسكندرية في اواخر شعبان سنة اثنين وستين وثلثماية واتاه اهل مصر واعيانها فلقيهم واكرمهم ودخل القاهرة خامس عشر رمضان سنة اثنين وستين وثلثماية *

وفيها تمّ الصلح بين منصور بن نوح الساماني صاحب خراسان وبين ركن الدولة بن بويه علي ان يحمل ركن الدولة اليه في كل سنة ماية الف دينار وخمسين الف دينار وتزوّج منصور بابنة عضد الدولة *

وفيها ملك ابو تغلب بن ناصر الدولة بن حمدان قلعة ماردين سلّمها اليه نايب اخيه حمدان، فاخذ ابو تغلب كلّما لاخيه فيها من مال وسلاح *

ثم دخلت سنة اثنين وستين وثلثماية، فيها وصل الدمستق الي جهة ميافارقين، فنهب واستهان بالمسلمين، فجهز ابو تغلب بن

s) الملك ليس Inter has voces ſine dubio inſerendum من aut وهو aut رجل t) الذي forte rectius الذين

v) مدوس frequens elocutio. Conf. Abulfarag. p. 290 lin. 5 et 527 l. 10.

x) شالها *attulit eos.* Hic tranſitivam ſignificationem habet شال, alias plerumque intranſitivam, *altus fuit.* Ibn-Doreid in Etymologico, in

Relinquebat excedens Libyae praefectum Ioſephum (387), alias Belkinum dictum, filium Zairii, filii Manadi, Sanhagitam; Siciliae Abu-l-Caſemum Alin, filium Haſani, filii Hoſaini; Tripoli tandem Africanae Abdallam, filium Iochlefi, Catamenſem. Hoc in itinere Muhammed, filius Hani, poëta, gente Andaluſenus, principis transmigrantis comes, ſubito, et ignotum qua manu percuſſus apud Barcam cecidit. Egregius erat poëta, verum in laudando hero tam excedebat omnem modeſtiam, ut eum titulis ornaret, praeter deum, neminem decentibus, ideoque deſertor verae fidei videri iure poſſit. Audi modo quae inter alia de Moëzzo canit:

Nihil cupis, niſi quod cupit fatum. Statue itaque modo et impera quidquid velis; erit. Tu enim es unicus et ſupremus rerum pro arbitrio adminiſtrator et domitor.

Octavo menſe ineunte anni CCCLXII Alexandriam veniebat Moëzzus, et occurrentes ibi principes Aegyptios honorifice excipiebat. Noni tandem menſis die quinto et decimo intrabat Cahiram.

Eodem anno coaluit pax inter Manſurum, filium Nuhi, Samanidam, Choraſanae principem, et inter Rocn-ed-daulam Buiden; per quam hic, Buides, illi quotannis ſolidorum aureorum centum et quinquaginta millia ſpondebat; ille vero viciſſim, Samanida inquam, Adad-ed-daulae filiam, Rocn-ed-daulae ex filio neptem, in uxorem ducebat.

Eodem redigebat Abu-Taglab, filius Naſer-ed-daulae, filii Hamdan, Mardinam in ſuam poteſtatem, una cum omni armorum apparatu, ceterisque opibus, quae fratris, Hamdani, erant, tradente praefecto, qui huius nomine commiſſa ſuae fidei illa tenebat.

Anno CCCLXII [qui die 11 Octobr. A. Chr. 972 coepit] excurrebat Domeſticus in tractum Maiafarekinae, quem depraedabatur. Huic Muſlemos contemnenti et incauto immittebat

بن ناصر الدولة اخاه هبة الله بن ناصر الدولة في جيش ، فالتقوا مع الدمستق فانهزمت الروم واخذ الدمستق اسيرا وبقي في الحبس عند ابي تغلب ومرض فعالجه *b* ابي تغلب فلم ينجح فيه *c* ، فمات الدمستق في الحبس ☼

وفيها استوزر عز الدولة بختيار محمد بن بقية ، فعجب الناس من ذلك لان ابن بقية كان وضيعا في نفسه من اهل اوانا *d* وكان ابوه احد الزراعين ☼

وفيها حصلت الوحشة بين بختيار وبين اصحابه من الديلم والاتراك ☼

ثم دخلت سنة ثلاث وستين وثلثماية ، ذكر خلع المطيع وخلافة ابنه الطايع ، كان بختيار قد سار الي الاهواز وتخلف سبكتكين التركي عنه ببغداد ، فاوقع بختيار بمن معه من الاتراك واحتاط علي اقطاع سبكتكين ، فخرج عليه سبكتكين ببغداد فيمن بقي معه من الاتراك ونهب دار بختيار ببغداد ولما راي سبكتكين حكم المطيع عاجزا من المرض (وقد ثقل لسانه وتعذرت الحركة عليه وكان المطيع يستر ذلك) فلم انكشف ذلك لسبكتكين دعاه ليخلع نفسه عن الخلافة ويسلمها الي ولده الطايع ، فاجاب الي ذلك ، فخلع المطيع لله المفضل نفسه في منتصف ذي القعدة من هذه السنة ، وكان مدة خلافته تسعا وعشرين سنة وخمسة اشهر غير ايام ، وبويع الطايع لله وهو الرابع

in ſexta coniugatione, ait, notat verbum شال *ſuſtulerunt inter ſeſe*, ut arma. Omnis res in altum aſcendens dicitur شال — Cameli dicuntur شَوَل cum Fatach (a ſing. شايل) quarum lac ſurſum quaſi elevatum

Abu-Taglab exercitum cum fratre, Hebatalla, qui praelio congreſſus fudit Graecos, ipſumque cepit Domeſticum; quem in vinculis ad fratrem miſit. Ea in cuſtodia incidebat Domeſticus in morbum, unde periit, invalida medicina, quam Abu-Taglab ipſi adhibebat.

Eodem nuncupabat Azz-ed-daula Bochteiar Vezirum ſibi Muhammedum, filium Bakihi, quod mirum plerisque viſum fuit, quandoquidem vili ſtirpe oriundus ille Muhammed et patre agricola apud (Cavatam) ſatus erat.

Eodem ortae ſunt Bochteiarum inter et eius duces, Dailomitici pariter atque Turcici generis, ſimultates.

Anno CCCLXIII [qui Kalend. Octobr. A. C. 973 coepit] abdicavit ſe a Chalifatu Motius, et filius eius Taie lillah [ſeu obediens deo] ſuffectus ipſi fuit. Quod his de cauſſis contigit. Bochteiar in Ahvaſam ſeceſſerat, ibique ſaevis poenis in ordinem cogebat Turcas comites. Bagdadi vero manſerant, eodem ſequi nolens, Soboctekinus Turca, cum parte gentilium. Quod factum aegre ferens Bochteiar, praediorum et urbium quidquid poſſidebat Soboctekin, id omne fiſco ſuo addicebat. Soboctekin viciſſim, irritatus et iam defectionem palam prodens cum ſuis Turcis Bochteiari palatium Bagdadi ſpoliabat, ſuadebatque Motio, tum Chalifae, ut, quod interponere ſuam auctoritatem his diſſidiis nequiret, morbo reſolutus, filio de Chalifatu concederet. Iamdudum enim linguae uſum expeditiorem membrorumque ceterorum motum amiſerat Chalifa, et diligenter quidem occuluerat vitium, neque tamen adeo potuerat diſſimulare, quin tandem aliquando a Soboctekino deprehenderetur. Suadebat ergo Turca principi, ut pateretur vegetum et integrum hominem ſibi ſupponi; neque difficulter perſuadebat. Chalifatu itaque ſe abdicabat Moti lillah Mofaddal, filius Moctaderi Gafari, filii Motadedi Ahmedis, medio menſe undecimo huius anni, poſtquam ei dignitati per viginti novem annos, et quinque

 fere

الرابع عشرينهم واسمه عبد الكريم بن المفضل المطيع لله بن جعفر المقتدر بن المعتضد احمد، وكنية الطايع المذكور ابو بكر، واستقرّ امره ✻

ذكر احوال المعز العلوي، وفي هذه السنة سارت القرامطة الي مصر وجري بينهم وبين المعز حروب واخرها ان القرامطة انهزمت وقتل منهم خلق كثير. وارسل المعز في اثرهم عشرة الاف فارس وسارت القرامطة الي الاحسا والقطيف، ولما انهزمت القرامطة وفارقوا الشام ارسل المعز لدين الله الغايد ظالم بن موهوب العقيلي الي دمشق فدخلها وعظم حاله وكثرت جموعه، ثم وقع بين اهل دمشق وبين المغاربة وعاملهم المذكور فتن كثيرة واحرقوا بعض دمشق ودامت الفتن بينهم الي سنة اربع وستين وثلثماية ✻

ذكر حال بختيار، لما جري لبختيار وسبكتكين *e* والاتراك ما ذكرناه انحدر سبكتكين بالاتراك الي واسط واخذوا معهم الخليفة الطايع والمطيع وهو مخلوع، فمات المطيع بدير العاقول ومرض سبكتكين ومات ايضا، فحملا الي بغداد وقدّم الاتراك عليهم افتكين *f* وهو من اكابر قوادهم وساروا الي واسط وبها بختيار فنزلوا قريبا منه، فوقع القتال بين الاتراك وبختيار قريب خمسين يوما والظفر للاتراك وبرسل بختيار متتابعة الي ابن عمه عضد الدولة بالحثّ والاسراع، فكتب اليه،

فان

vatur et e mammis in reliquum corpus retractum eſt. شول autem, in ſingul. شايلة ſunt cameli, quae impraegnatae caudes attollunt. — الشولة eſt ſtella quaedam. Hinc quoque menſis شوال petenda etymologia, ex eo nempe, quod olim in aeſtatem et in id tempus incidebat, quo ſolent cameli caudas attollere." Haec Ibn-Doreid.

y) قتل غيلة Forte قتل ابن هاني غيلة

fere menſes, praefuiſſet. Filius, qui patri ſucceſſit, Taie lillah Abu-Becr Abd-el-Carim ordine Chalifarum Abbaſicorum eſt quartus et vigeſimus.

Supra diximus Carmatitas Gauharum et Miſram adortos, ſed depulſos fuiſſe. Hoc anno iidem rurſus impetebant Aegyptum, nihilo proſperiore ſucceſſu. Variis quidem praeliis laceſſebant Moëzzum; ad extremum tamen victi magnamque paſſi cladem, repetebant ſuas ſedes, id eſt Ahſaam et Catifum, inſtante fugientibus exercitu decies mille equitum, quos Moëzz ipſis e veſtigio ſubmiſerat. Itaque repurgata Syria ab exitioſa gente, mittebat Alida Damaſco ducem ſuorum quendam, Talemum, filium Mauhubi, Ocailitam; qui quamvis magnam ibi auctoritatem et numeroſas copias contraheret, diu tamen cum ſeditioſis Damaſcenis et nulla quiete usque ad annum CCCLXIV certandum et dimicandum habebat. Pars quaedam urbis per eos tumultus igne periit.

Inter haec Turcae cum Soboctekino ſuo adverſus Vaſetam, ibique agentem Bochteiarum, ibant iniurias ab eo acceptas ultum. Vtrumque Chalifam, et recens creatum, et veterem exutum, filium atque patrem, in expeditionis ſocietatem aſſumebant. At hic quidem per ipſam viam in Dair-el-Acul (388) moritur, quemadmodum et ipſe Soboctekin ex morbo. Remiſſae utriusque exuviae Bagdadum fuere. Turcae vero imperatorem ſibi praeficiebant, in defuncti locum, unum e ſuis principibus, Aftekinum, quo duce, poſitis prope Vaſetam caſtris, cum Bochteiaro quinquaginta propemodum dies proſpere dimicabant. Interim urgebat Bochteiar citis et paene continuis legatis fratrem ſuum patruelem, Adad-ed-daulam, filium Rocn-ed-daulae, auxilium ſibi, ſed propere, flagitans, addito, malle, fatis ita ferentibus, gloriam et poteſtatem affini et amico, quam alienae et inimicae genti, cedere. Quam ſuam mentem poëtae cuiusdem veteris verſiculo, epiſtolae cuidam intexto, declarabat:

فان كنت ماكولا فكن انت آكلي والّا فادركني قبلما *g* امزّق *

فسار عضد الدولة اليه وخرجت هذه السنة والحال علي ذلك *

وفيها انتهي تاريخ ثابت بن قرة وابتداوه من خلافة المعتضد سنة خمس وتسعين ومايتين *

ثم دخلت سنة اربع وستين وثلثماية ، ذكر استيلاء عضد الدولة علي العراق والقبض علي بختيار ، وفي هذه السنة سار عضد الدولة بعساكر فارس لما اتاه مكاتبات *h* بختيار كما ذكرناه ، فلما قرب واسط رجع افتكين والاتراك الي بغداد ، وسار عضد الدولة من الجانب الشرقي وامر بختيار ان يسير من الجانب الغربي الي نحو بغداد ، وخرجت الاتراك من بغداد وقاتلوا عضد الدولة فانهزمت الاتراك وقتل بينهم خلق كثير وكانت الوقعة بينهم رابع عشر جمادي الاولي من هذه السنة ، وسار عضد الدولة ودخل بغداد ، وكانت الاتراك قد اخذوا معهم الخليفة فردّه عضد الدولة الي بغداد ، فوصل الخليفة الي بغداد في الماء ثامن رجب من هذه السنة ، ولما استقرّ عضد الدولة ببغداد شغب الجند علي بختيار يطلبون ارزاقهم ، فلم يكن قد بقي مع بختيار شي من الاموال ، فاشار عضد الدولة علي بختيار ان يغلق بابه ويتبرآ من الامره ليصلح الحال مع الجند ، ففعل بختيار ذلك واصرف كتّابه وحجّابه ، واشهد

z) مجيدا particip. IV Coni. a جاد In ſpecie de poëta dicitur اجاد *egregie fecit.*

a) غالي *exceſſit modum.* غلي in I Coni. *iaculatus fuit ſagittam maxima contentione*, item *modum exceſſit*, e. c. de frumento nimis caro.

b) معالجة eſt in genere *tractavit rem duriuſcule*, tum in ſpecie de *medica aegri tractatione* adhibetur.

Fieri aliter ſi nequit, quin peream fauce improba, agedum, eſto tu is, qui me devoret. Sin pudet, aſſequere, et eripe me praeſenti periculo, antequam dilanier.

His precibus excitatus movebat Adad-ed-daula: quos inter motus et molitiones labebatur hic annus. Filum ſtatim continuabimus.

Hoc ipſo quoque deſinit Chronicon Tabeti, filii Corae, quod orditur a Chalifatu Moctaderi, id eſt ab anno CCXCV.

Anno CCCLXIV [qui die 20 Sept. A.C. 974 coepit] occupabat Adad-ed-daula Iracam, et comprehendebat exutum poteſtate Bochteiarum. Excitus nempe iteratis Bochteiari flagitationibus, ut modo diximus, ibat cum Perſicis copiis Vaſetam. Cui appropinquanti cedentes Turcae, cum duce, Aftekino, Bagdadum ſe ſubducebant. Adad-ed-daula vero eodem illos ex ripa Tigridis orientali perſequebatur, idem ab altera faciente Bochteiaro. Quas anguſtias ut diſcuterent Turcae Bagdado Adad-ed-daulae obviam progreſſi praelium committunt, die 14 quinti menſis, ingente ambarum partium iactura. Ad extremum cedere coacti Turcae, Adado urbem permittunt, quam is intrabat. Exemtus eo praelio e Turcarum manibus fuit Taie Chalifa, qui tamen aliquando tardius in urbem, quam Buides, menſis puta ſeptimi octavo die demum, per fluvium ſubiit. Rebus itaque Bagdadicis per Adad-ed-daulam reſtitutis tumultuabantur Bochteiari milites, ſtipendia flagitantes ab imperatore, cui alia omnia, quam numi, praeſto erant. Suadebat ergo Adad-ed-daula affini, ut, clauſa domo, imperii nihil quidquam ſibi arrogaret, quo melius tranſigeret cum exercitu, et prolapſas ſuas res ſublevaret. Id conſilium ſibi paſſus approbari Bochteiar, dimiſſis quaeſtoribus et cubiculariis, ſignificabat multitudini per Adad-ed-daulam, ſe rebus porro gerendis parem non eſſe, et Emiratus ademtum ſibi onus cupere, cui ferendo humeri non ſufficiant. Ipſe Bochteiar idem coram idoneis teſtibus ſollemni in concione rituque

واشهد عضد الدولة الناس علي بختيار انه عاجز وقد استعفي من الامرة عجزا ، ثم استدعي عضد الدولة بختيارا واخوته وقبض عليهم في السادس والعشرين من جمادي الاخرة من هذه السنة ، واستقر عضد الدولة ببغداد وعظّم امر الخليفة وحمل اليه مالا عظيما وامتعة *

ذكر عود بختيار الي ملكه ، لما قبض بختيار كان ولده المرزبان بالبصرة متوليا لها ، فلما بلغه قبض والده كتب الي ركن الدولة يشكو اليه ذلك ، فلما بلغ ركن الدولة ذلك عظم عليه حتي القي نفسه الي الارض وامتنع عن الاكل والشرب حتي مرض وانكر علي عضد الدولة اشدّ الانكار، فارسل عضد الدولة يسال في ان يعوض بختيار بعض مملكة فارس، فاراد ركن الدولة قتل الرسول وقال ان لم يعد بختيار الي ملكه ، والّا سرت اليه بنفسي ، وكان قد سيّر عضد الدولة ابا الفتح ابن العميد الي والده ركن الدولة ايضا الي تلطيف الحال، فردّه ركن الدولة اقبح رد ، فلما راي عضد الدولة اضطراب الامور عليه بسبب غضب ابيه اضطرّ الي امتثال امره ، فاخرج بختيار من محبسه وخلع عليه واعاده الي ملكه وسار عضد الدولة الي فارس في شوال هذه السنة * ذكر استيلاء افتكين علي دمشق ، كان افتكين من موالي معز الدولة بن بويه ، فلما انهزم من بختيار عند قدوم عضد الدولة حسبما ذكرناه سار الي حمص ثم الي دمشق واميرها ريان الخادم من

c) فيه لم ينجح vel به *medicina in eo feliciter non ſuccedebat.*

d) اوادا Sic erat in cod. L. Forte كواذا legendum.

e) وسبكتكين Forte من سبكتكين

rituque et formula profitebatur. Quo facto Adad-ed-daula Bochteiarum, eiusque fratres, ad ſplendidum convivium vocatos die 26 ſexti menſis huius anni, nec opinantes cuſtodiae mandabat, eaque ratione firmis praeſidiis ſuam poteſtatem Bagdadi muniebat, reſtituebat Chalifam, eiusque rem luculenter magnificeque augebat, magnis eum opibus dignaque ſuppellectile inſtruens.

Diu tamen hac tyrannide frui non licebat Adad-ed-daulae, ſed brevi poſt, quem eiecerat, Bochteiarum ipſe, invitus quamvis, reſtituebat. Marzapan enim, Bochteiari filius, accepto Baſrae, (eam urbem regebat,) patrem ab affini Adad-ed-daula captum eſſe, querebatur ea de re ad huius patrem, Rocn-ed-daulam, per litteras. Rocnus, cognita iniuria, tam percitus ira, tam perculſus moerore fuit, ut humo ſe demens abiiceret, cibo potuque abſtineret, et morbum ex aegritudine ieiunioque contraheret. Filium autem ob tantam indignitatem acerbe obiurgabat. Deprecari tum filius iram patris, et rogare veniam permutandae cum Bochteiaro ditionis, ea lege, ut huic quidem parte ſuae Perſidis aliqua cederet, ſua vero Iraca maneret. Rocnus autem parum aberat, quin legatum has conditiones praeferentem occideret; minabatur quoque, niſi Bochteiar extemplo rediret in patrimonium et iura ſua, venturum ſemet atque nepoti ea redditurum. Neque benignius excipiebat Abu-l-Fatum, filium Amidi, quem filius irae patris placandae cauſa miſerat, ſed foedo cum reſponſo relegabat. Intelligens igitur Adad-ed-daula circulos ſuos ab ira patris turbatos, neque in facultate ſua id poſitum, ut eius mandatis adverſaretur, extractum e cuſtodia Bochteiarum ſplendido cum cultu reſtituebat in priſtinum regnum, eoque facto redibat in Perſidem, huius anni menſe decimo. Inter haec Aftekin, quem modo vidimus ab Adad-ed-daula cum ſuis Turcis Bagdado expulſum, verſus in Syriam, primum Hemſam, tum Damaſcum ibat, quam ipſorum voluntate precibusque Damaſcenorum occupabat. Hi enim Zabanum,

من جهة المعز العلوي ، فاتّفق اهل دمشق مع افتكين واخرجوا زيان الخادم وقطعوا خطبة المعز في شعبان واستولي افتكين علي دمشق ، فعزم المعز العلوي علي المسير من مصر الي الشام لقتال افتكين ، فاتفق موت المعز في تلك الايام علي ما نذكره وتولي ابنه العزيز ، فجهز القايد جوهر الي الشام ، فوصل الي دمشق وحصر افتكين بها فارسل افتكين الي القرامطة فساروا الي دمشق ، فلما قربوا منها رحل جوهر عايدا الي جهة مصر وسار افتكين والقرامطة في اثره واجتمع معهم خلق كثير فلحقوا جوهرا قريب الرملة ، فراي جوهر ضعفه عنهم فدخل عسقلان ، فحصروه بها حتي اشرف *i* جوهر وعسكره علي الهلاك من الجوع ، فراسل جوهر افتكين وبذّل له اموالا عظيمة في ان يمنّ عليه ويطلقه ، فرحل عنه افتكين وسار جوهر الي مصر واعلم العزيز بصورة الحال ، فخرج العزيز بنفسه وسار الي الشام فوصل الي ظاهر الرملة وسار اليه افتكين والقرامطة والتقوا وجري بينهم قتال شديد وانهزم افتكين والقرامطة وكثر فيهم القتل والاسر وجعل العزيز لمن يحضر افتكين ماية الف دينار ، وتمّ افتكين هاربا حتي نزل ببيت مفرج بن دغفل الطاي ، فامسكه مفرج بن دغفل المذكور وكان صاحب افتكين ، وحضر مفرج الي العزيز واعلمه

f) افتكين In cod. Leid. erat الفتكين

g) فلما Cod. L. ولما

h) Forte اتاه من مكاتبات

i) اشرف علي *imminuit ſuper* (exitium), *fuit in* شرف *culmine* vel *praecipitio* rel. Ibn-Nabata: اقم عليّ فاني علي شرف غارة "ſubſiſte penes

eunuchum, a Moëzzo rectorem ſibi datum, a Turcis adiuti, eiiciebant, Moëzzum porro dominum in fanis foriſque agnoſcere negabant, et Aftekinum intra moenia recipiebant. Ipſe Moëzz hos rebelles in ordinem redegiſſet praeſens, et recuperaſſet amiſſam Syriam, id quod parabat, niſi eum intercedens fatum abstuliſſet. Succeſſor eius, et idem filius, Azizus, Gauharum Caiedum [ſeu imperatorem] Aftekino et Damaſcenis immittere ſatis habebat; qui etiam illos tam arcte obſidebat, ut neceſſe haberent Carmatitarum auxilium implorare. Horum adventum ſibi manendum haud ratus Gauhar, ne adverſus geminum hoſtem copiis iniquis pugnaret, Aegyptum verſus ſe ſubducebat. Foederati vero fugientem aſſectati apud Ramlam attingunt. Is, imparem ſe tantis viribus cernens, ſi aequo loco in pugnam deſcenderet, ſubit Aſcalonem, futurum ſperans, ut obſidione et mora nervos hoſtium incideret. Secus tamen accidebat, eoque anguſtiarum redigebant foederati Gauharum, ut, toto paene exercitu fame abſumto, neceſſe haberet ab Aftekino veniam abeundi rogare, quam non niſi crebris obteſtationibus magnaque vi pecuniarum obtinuit. Itaque miſſus ab Aftekino Gauhar laxata obſidione Miſram redibat, dominoque Azizo reddita rerum omni ratione efficiebat, ut hic ipſe in Syriam exercitum educeret. Incidebat in foederatos apud Ramlam, quos acri adortus praelio contundebat, ſternebat multos, multos capiebat, et Aftekinum ipſum in fugam pellebat, e qua illum retractum hac ratione nactus eſt. Fugerat ille quidem nulla interpoſita quiete, donec ad Mofregum, Dagfali filium, Taitam Arabem [ſcenitam], antiquum commilitonem veniret [ſpe apud amicum et in vaſta deſertaque campania ſecure latitandi]. Mofreg autem, illectus oſtenſo lucro, corripiebat fugitivum et ſupplicem, cuſtodiaeque mandabat: (centum enim aureorum millia pollicitus fuerat Aziz, capitis illius pretium, ei, qui hominem ad ſe vivum adduceret) tum ſuſcepto ad Azizum itinere, indi-

واعلمه باسر *k* افتكين وطلب منه المال فاعطاه ماضمنه وارسل معه من احضر افتكين ، فلما حضر افتكين مسوكا بين يدي العزيز اطلقه ونصب له خيمة واطلق من كان في الاسر من اصحابه وحمل اليه العزيز اموالا وخلعا ، ثم عاد العزيز الي مصر وافتكين صحبته في اعظم ما يكون من المنزلة وبقي كذلك حتي مات افتكين بمصر ✲

ثم دخلت سنة خمس وستين وثلثماية ، ذكر وفاة المعز العلوي وولاية ابنه العزيز، في هذه السنة توفي المعز لدين الله ابو تميم معدّ بن المنصور بالله اسمعيل بن القايم بامر الله ابي القاسم محمد بن المهدي عبيد الله العلوي الحسيني بمصر في سابع عشر ربيع الاول ، وولد بالمهدية من افريقية حادي عشر شهر رمضان سنة تسع عشرة وثلثماية، فيكون عمره خمسا واربعين سنة وستة اشهر تقريبا ، وكان مغرّا بالنجوم ويعمل باقوال المنجّمين وكان فاضلا ، ولما مات المعز اخفي العزيز ابنه موته واظهره في عيد النحر من هذه السنة وبايعه الناس ✲

وفي اواخر هذه السنة واول التي بعدها سار ابو القاسم بن الحسن بن علي بن ابي الحسين امير صقلية الي الغزوة ، ففتح مدينة مسينا ثم عدي الي كتنه *l* ففتحها وفتح قلعة حلوي وبثّ سراياه في نواحي قلورية وغنم وسبي وفتح غيرها من تلك البلاد ✲

وفيها

penes me: nam ego ſum in culmine [praecipitio] excurſionis in hoſtem."

k) باسر Forte باسره

l) كتنه Cod. Leid. كتنه

cabat penes ſe praedam eſſe, poſcebat indicii pretium, daroque, cum ſatellitibus regis, qui captivum eius manibus traditum acciperent, domum redibat. Neque tamen ideo ſiniſtri quidquam Aſtekino contigit. Tantum enim aberat, ut eum Aziz puniret, ſibi traditum, ut potius ei peculiare tentorium, tanquam praecipuae dignitatis viro, aſſignaret, dignasque facultates et ſupellectilem, et honoris indicia, pretioſa pallia, dono daret, quotquot ex eius legione capti fuiſſent, libertati redderet, ipſumque Aſtekinum in lautiſſimis ſplendidiſſimisque rebus Miſram ſecum duceret, ubi tandem maximi factus fato ſuo conceſſit.

Sed ea anno demum CCCLXV [qui die 9 Sept. A. C. 975 coepit] poſt mortem Moëzzi (389) evenere. Huius enim anni menſe tertio, die 17 vita functus eſt Moëzz ledin allah Abu-Tamim Moadd, filius Manſur billah Iſmail, filii Caiem beamrallah Abu-l-Caſemi Muhammedis, filii Mahdii Obaid-allah, de gente Alii, per eius filium minorem, Hoſainum, oriundus. Natus ille fuerat Mahdiae, urbe Africana, die undecimo menſis noni anni CCCXIX, quo efficitur eum id aetatis annos quinque et quadraginta cum dimidio natum fuiſſe. Aſtrologiam tanti faciebat, ut, quidquid ageret, ex aſtrologorum iudicio id ageret. De cetero vir erat eruditione et virtutibus ſatis inſtructus. Filius et ſucceſſor eius, Aziz, mortem patris celavit ad duodecimi menſis diem decimum, qui a Meccana religione Aid-en-nahr [ſeu dies feſtus mactandis victimis dictus] appellatur; quo die ſacramentum a ſuis accepit.

Huius anni ſub finem et initia inſequentis inſtituebat Abu-l-Caſem, filius Haſani, filii Alii, filii Abu-l-Hoſaini, Siciliae Emirus, expeditionem in vicinos ſibi Chriſtianos, Meſſanam expugnabat, inde traiecto freto Siculo ſubigebat Catinam et arcem Halva [vel Holva], totamque Calabriam, dimiſſis quaquaverſum legionibus, vexabat et populabatur, hominesque beſtiasque agens, ferens.

وفيها خطب للعزيز العلوي بمكة *

وفيها توفي ثابت بن سنان بن قرة صاحب التاريخ *

وفيها وقيل في سنة ست وثلثين وثلثماية وقيل في سنة ست وستين وثلثماية توفي ابو بكر (واسمه محمد) بن علي بن اسماعيل القفال الشاشي الفقيه الشافعي امام عصره لم يكن بما وراء النهر في وقته مثله رحل الي العراق *m* والشام والحجاز واخذ الفقه عن ابن سريج وروي عن محمد بن جرير الطبري واقرانه *n* وروي عنه الحاكم بن مندة وجماعة كثيرة ، وابو بكر القفال هو والد قاسم صاحب كتاب التقريب الذي ينقل عنه في النهاية والوسيط والبسيط وذكره الغزالي في الباب الثاني من كتاب الذهب *o* لكنه قال ابو القاسم وهو غلط وصوابه القاسم ، وهذا التقريب غير التقريب الذي لسليم الرازي فان التقريب الذي للقاسم بن القفال الشاشي قليل الوجود بخلاف تقريب سليم الرازي ، والشاشي منسوب الي الشاش وهي مدينة واقليم وراء نهر سيحون في ارض الترك وابو بكر محمد الشاشي المذكور غير ابي بكر محمد الشاشي صاحب العمدة والكتاب المستظهري الذي سنذكره ان شاء الله في سنة سبع وخمسماية المتاخر *p* عن الشاشي القفال المذكور *

ثم دخلت سنة ست وستين وثلثماية ، ذكر وفاة ركن الدولة ، في هذه السنة في المحرم توفي ركن الدولة الحسن بن بويه واستخلف علي ممالكه ابنه عضد الدولة ، وكان عمر ركن الدولة قد زاد علي سبعين سنة وكانت امارته اربعا واربعين سنة واصيب

m) Cod. L. habebat وقته رجل في العراق

Eodem anno vota fiebant Meccae prima vice pro ſalute regnantis in Aegypto Alidae, Azizi.

Eodem obiit Tabet, filius Senani, filii Corae, auctor chronici celebris [cuius ad annum CCCLXIII mentionem fecimus].

Eodem, aut, ut alii tendunt, anno CCCLXVI, ſunt et, qui annum CCCXXXVI edunt, obiit Abu-Becr Muhammed, filius Alii, filii Iſmail, Cafàl [id eſt faber ferrarius], ex urbe, vel provincia, Schaſch, ultra Sihunem in terris Turcarum ſita, oriundus; celeber fakihus de ſecta Schafeicorum, ſui temporis princeps, cui certe tum in Tranſoxana par alius non erat. Adierat ſtudiorum cauſſa Iracam, Syriam et Arabiam. Acceperat fikham ab Ibn-Soraiho (390); theologiam traditionariam a Muhammede, filio Gorairi, Tabarita, ſeu Tabareſtanico, eiusque aequalibus. Diſcipulos autem in eadem diſciplina habuit Hakemum Ibn-Manda, et alios multos. Hic Abu-Becr Cafàl eſt pater eius Caſemi, qui librum edidit, Tacrib inſcriptum [ſeu admotio, vel appropinquatio, ad deum puta] oppido rarum et inventu difficilem, neque confundendum cum alio eiusdem tituli, ſed vulgatiore, cuius auctor eſt Solaim-er-Razi. Prior ille, non poſterior, eſt, quem paſſim citant auctores librorum Nehaia (391), item Vaſiti et Baſiti. Eius quoque meminit Gazalius in ſecundo capite libri, quem Dahab [ſeu aurum] inſcripſit; ubi tamen auctorem eius Abu-l-Caſemum nominat. Qua in re humani quid ille paſſus eſt. Nam ſimpliciter Caſem eſt. Probe quoque diſtinguendus eſt hic noſter vetuſtior Abu-Becr Muhammed Schaſchenſis ab alio cognomine, ſed recentiore, de quo ad annum DVII dicemus, auctore librorum, quibus Omda, et Moſtathari tituli inſcripti ſunt.

Anni CCCLXVI [qui die 29 Aug. A.C. 976 coepit] primo menſe obiit Rocn-ed-daula Haſan, filius Buiae, ſeptuaginta maior annis. Geſſerat Emiratum quadraginta quatuor annos multa cum laude, vir, in quem unum praeclarae omnes dotes

con-

واصيب به الدين والدنيا جميعا لاستكمال الخير فيه، وعقد لولده فخر الدولة علي همذان واعمال الجبل ولولده مويد الدولة علي اصفهان واعمالها وجعلهما تحت حكم اخيهما *q* عضد الدولة في هذه البلاد ❊

ذكر مسير عضد الدولة الي العراق، وفيها بعد وفاة ركن الدولة سار عضد الدولة الي العراق، فخرج بختيار لقتاله واقتتلا بالاهواز، وخامر اكثر عسكر بختيار عليه فانهزم بختيار الي واسط، وبعث عضد الدولة عسكرا فاستولي علي البصرة، ثم سار بختيار الي بغداد وسار عضد الدولة الي البصرة وتلك النواحي وقرر امورها واستمر الحال علي ذلك حتي خرجت هذه السنة ❊

ذكر ابتداء دولة ال سبكتكين، وفي هذه السنة ملك سبكتكين مدينة غزنة، وكان سبكتكين من غلمان ابي اسحق بن البتكين صاحب جيش غزنة للسامانية وكان سبكتكين مقدما عند مولاه ابي اسحق لعقله وشجاعته، فلما مات ابو اسحق ولم يكن له ولد اتفق العسكر وولوا سبكتكين عليهم لكمال صفات الخير فيه وحلفوا له واطاعوه، ثم ان سبكتكين عظم شانه وارتفع قدره وغزي بلاد الهند واستولي علي بست وقصدار ❊

وفيها

n) اقران *aequales*, *coaevi;* proprie *iugales*, qui eandem aetatem, velut iugum, aequali paſſu trahunt.

o) الذهب Cod. L. الدهن

p) المتاخر Apparet, hic lacunam eſſe, certe vitium. Supplerem hoc modo: فانها في السنة التي توفي فيها ابو بكر محمد الشاشي المتاخر،

q) اخيهما et وجعلهما Cod. L. habebat اخيها et وجعلها

convenire voluiſſe videntur. Magnam profecto iacturam in eo fecit ſacra pariter atque publica res. Relinquebat univerſae ſuae ditionis haeredem filium natu maiorem, Adad-ed-daulam, ſic tamen, ut reliquos duo fratres, iſtius auctoritati obnoxios, Hamadanae quidem et regioni montanae Fachr-ed-daulam, Isfahanae autem adiunctisque provinciis Movaied-ed-daulam, praeficeret.

Hoc igitur Rocn-ed-daula, tanquam obice, amoto, praedam repetebat Adad-ed-daula, quam olim invitus abiecerat, hoc eſt, poſt obitum patris invadebat rurſus Iracam. Cui ſe quidem Bochteiar, egreſſus provinciae finibus, cum copiis obiiciebat, belli iactans aleam in Ahvaza; at parum proſpere. Deſertus enim a ſuorum perfidia, quorum plurimi cum hoſte colludebant, victus Vaſetam concedebat. Quo facto mittebat Adad-ed-daula copias ad Baſram occupandam, et Bochteiaro Vaſeta Bagdadum digreſſo, ipſe Baſram tractusque circa adibat, provinciaeque res ordinabat. In his decurrit annus iſte. Quid porro actum inter affines Buidas fuerit, mox dicemus, poſt expoſita imperii ſplendidiſſimi Sultanorum de gente Soboctekini, vulgo Gaznevidarum, quae ad hunc annum ſpectant, initia.

Hoc enim anno Gazna potiebatur, arce imperii, Soboctekin, ille quondam e mancipiis et ſatellitibus Abu-Ishaki, filii Alptekini, imperatoris eius legionis, quae urbem Gaznam Samanidis, Choraſanae dominis, cuſtodiebat. Huius heri ſui amorem ſibi Soboctekin auctoritatemque maximam ſummosque honores prudentia et fortitudine conciliaverat. Quo factum, ut Alptekinida vivis excedente, nulla prole relicta, imperator a caſtris ultro ſalutaretur, fidosque milites et obſequentes haberet, quippe qui perfectae virtutis notas in eo agnoſcerent. Inde opibus auctus et fama praeliis et depraedationibus laceſſebat vicinos Indos, et Boſtam Casdaramque ſuae ditioni adiiciebat.

وفيها مات منصور بن نوح بن نصر بن احمد بن اسماعيل بن احمد بن اسد بن سامان صاحب خراسان وما وراء النهر في منتصف شوال في بخارا وكانت ولايته نحو خمسة عشر سنة، وولي الامر بعده ابنه نوح بن منصور وعمره نحو ثلث عشرة سنة ☼

وفيها مات القاضي منذر بن سعيد البلّوطي قاضي قضاة الاندلس وكان اماما فقيها خطيبا شاعرا ذا دين متين ☼

وفيها قبض عضد الدولة علي ابي الفتح ابن العميد وزير ابيه وسمّل عينه الواحدة وقطع انفه، وكان ابو الفتح ليلة قبض قد امسي مسرورا واحضر ندماءه واحضر من الالات الذهبية والزجاج المليح وانواع الطيب ما ليس لاحد مثله وشربوا وعمل شعرا وغنّي له به وهو،

دعوت المني ودعوت العلي فلما اجابا دعوت القدح،
وقلت لايام شرخ الشباب r. اليّ فهذا اوان الفرح،
اذا بلغ المرء اماله فليس له بعدها مقترح ☼

فطاب عليه وشرب حتي سكر ونام فقبض عليه في سحر من تلك الليلة ☼

ذكر وفاة الحكم الاموي صاحب الاندلس الملقّب بالمنتصر،
في هذه السنة توفي الحكم بن عبد الرحمان الناصر بن محمد بن عبد الله بن محمد بن عبد الرحمان بن الحكم بن هشام بن عبد الرحمان الداخل بن معاوية بن هشام بن عبد الملك بن مروان الاموي صاحب الاندلس وكانت

Huius anni medio menſe decimo Bocharae obiit Manſur, filius Nuhi, filii Naſri, filii Ahmedis, filii Iſmail, filii Ahmedis, filii Aſadi, filii Samani, Choraſanae dominus et Tranſoxanae, anno geſti principatus quinto decimo fere. Cui ſucceſſit Nuh, filius, annorum tredecim puer admodum.

Eodem obiit Cadi Mondar, filius Saidi, Ballutenſis, ſupremus Cadi apud Andaluſenos, Imamus, fakihus, concionator, poëta, ſolidae vir probitatis atque fidei.

Eodem comprehendebat Adad-ed-daula Vezirum ſui patris, Abu-l-Fatum fil. Amidi, naſoque mutilabat, et alterius oculi uſu per candentem laminam privabat, ſecurum rerum omnium, mediis in voluptatibus. Noctem enim illam, quam ater ille dies excepit, ſumma cum hilaritate tranſegerat. Magnum apparaverat convivium, convocaverat amicos, inſtruxerat aurea vaſa, et vitrea faberrime facta, varios conduxerat odores, tanto luxu, ut non ſit, qui illi paria feciſſe feratur. Inter compotandum iubebat ſibi carmen praecini, quod ipſe compoſuerat, huius moduli:

Arceſſebam mea vota: arceſſebam celſitudinem. Adfuerunt
ambo mihi ad imperium parata: nunc itaque tandem
vocavi calicem, qui ſolus adhuc arceſſendus ſupererat.
Et imperavi diebus primis floridae iuventutis; Heus vos,
adeſtotedum! hoc enim tempus eſt hilaritatis.
Quid mihi iam deeſt, quod optem? Vbi nactus homo fuerit
vota ſua, nihil habet, quod amplius flagitet.

Tam hilaris tum fuerat ille Vezirus, ut vino crapulaque ſe oneraret, unde extractus recta via in carcerem et ad ſupplicium migravit.

Obiit hoc anno dominus Andaluſiae, de gente Ommia, Hakem, filius Abd-er-Rahmani Naſeri, filii Muhammedis, filii Abd-er-Rahmani, filii Heſchami, filii Abd-er-Rahmani Advenae, filii Moaviae, filii Heſchami, filii Abd-el-Maleki, filii Marvani;

 quum

وكانت امارته خمس عشر سنة وخمسة اشهر وعمره ثلثا وستين سنة وسبعة اشهر، وكان فقيها عالما بالتاريخ وغيره وعهد الي ابنه هشام بن الحكم وعمره عشر سنين ولقبه المؤيد بالله، فلما مات بايع الناس ابنه هشاما، ولما بويع المويد هشام بالخلافة كان عمره عشرة اعوام فتولي حجابته وتنفيذ اموره ابو عامر محمد بن عبد الله بن ابي عامر محمد بن الوليد بن يزيد المعافري القحطاني وتلقب ابو عامر المذكور بالمنصور واستولي علي الدولة وحجب المويد ولم يترك احدا يصل اليه ولا يراه واستبد بالامر، واصل ابي عامر المذكور من الجزيرة الخضراء من الاندلس من قرية من اعمالها تسمي طرش، واشتغل المنصور بالعلوم في قرطبة وكانت له نفس شريفة فبلغ معالي الامور واجتمعت عنده الفضلاء، واكثر الغزو والجهاد في الفرنج حتي بلغت عدة غزواته نيفا وخمسين غزوة، ومن عجايب الاتفاقات ان صاعد بن الحسن اللغوي اهدي الي المنصور المذكور ايلا مربوطا في رقبته بحبل واحضر مع الايل ابياتا يمتدح بها المنصور، وكان المنصور قد ارسل عسكرا لغزو الفرنج وملكهم ان ذاك اسمه غرسيه بن سانجه، والابيات كثيرة منها،

عبد

r) شرخ الشباب *initium iuventutis.* شرخ الشباب اولها ait ſcholiaſtes Gorairi.

quum annum aetatis 63 et ſeptimum praeterea menſem impleſſet, quindecim vero annos et quinque menſes ſub Montaſeri titulo regnaſſet. Fikhae [ſeu iuris ſacri] peritus erat et hiſtoriarum, et aliarum quoque ſcientiarum. Succeſſit ipſi filius, a patre deſignatus, Heſcham, ſub titulo Movaiiad billah [ſeu per deum confirmati, aut confirmandi] decem tunc annorum puer. Huius, ut regno gerendo nondum idonei, regnique curam in ſe ſuſcipiebat Abu-Amer Muhammed, filius Abdallae, filii Abu-Ameri Muhammedis, filii Validi, filii Iazidi, Moaferita, hoc eſt ex tribu Arabum Iamanica Moafer oriundus; aſſumebat titulum Manſuri, Hagebum [ſeu oſtiarium] (392) pueri princeps agebat, expediebat eius nomine mandata, alumni ſui videndi adeundique copiam faciebat nemini; ut brevis ſim, ſolus regnabat. Hunc virum ex humili loco virtus in ſublimem gradum extulit. Natus apud Toraſch [ſeu Torres (393)], id oppidum eſt agri Gazirat-el-Chadra [ſeu Inſulae viridis, urbis Andaluſenae], litterarum ſtudiis operam Cortobae dederat, unde non mirum, ſi, quo ferebat excelſus animus, eo tempore provectiore eniſus fuit. Non tantum domi bonis artibus et eruditis favebat, qui apud ipſum, tanquam in academia, conveniebant: ſed etiam foris belli artibus excellebat, officioque ſuo in hoſtibus verae fidei contundendis tam diligenter ſatisfecit, ut inita expeditionum eius ratione repertum ſit, eum plus quinquagies in Francos excurriſſe. Prae ceteris illa eius memoria et admiratione digna eſt victoria, per quam Francum regem, Garſiam, filium Sangae (394), captivum nactus eſt. Eo enim ipſo die, quo legati eius opima hac praeda potiebantur, dies is erat, neſcio qui, menſis quarti a. CCCLXXXV contingebat ita agente res humanas aeterno divinae providentiae decreto, ut Saëd, filius Haſani, philologus, ipſi, Manſuro, cervum, cui Garſiae nomen impoſuerat, fune de collo revinctum, dono mitteret, cum longo carmine encomiaſtico, e quo decerptum hoc ſolummodo triſtichon apponemus:

 Servus

عبد نشلته *s* بضبعه *t* وغرسته في نعمة اهدي اليك بايل ،
ستبينه غرسيه وبعثته بحبله ليتاح فيه تغآءلي *v* ،
فلئن قبلت فتلك اسني نعمة اسدي بها ذو منحة وتطاول *x* *

فقضي الله تعالي في سايق *y* علمه ان عسكره اسروا غرسية المذكور في ذلك اليوم الذي اهدي فيه الايل بعينه وكان اسر غرسيه وهذه الواقعة في ربيع الاخر سنة خمس وثمانين وثلثماية وبقي المنصور علي منزلته حتي توفي في سنة ثلاث وتسعين وثلثماية علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

ذكر عود شريف الي ملك حلب ، وسببه انه لما جري بين قرعويه وابي المعالي شريف ما قدمنا ذكره من استيلا قرعويه علي حلب ومقام ابي المعالي بحماة وصل الي ابي المعالي وهو بحماة بارقطاش مولي ابيه من حصن برزية وخدمه وعمر له مدينة حمص بعد ما كان قد اخربها الروم، وكان لقرعويه مولي يقال له بكجور قد جعله قرعويه نايبه فقوي بكجور واستفحل امره وقبض علي مولاه قرعويه وحبسه في قلعة حلب واستولي علي حلب ، فكاتب اهلها ابا المعالي فسار ابو المعالي الي حلب وانزل بكجور بالامان وحلف له انه يوليه حمص فنزل بكجور فولاه ابو المعالي حمص واستقر ابو المعالي مالكا لحلب *

وفيها توفي بهستون بن وشمكير بن زيار * وفيها توفي يوسف بن الحسن الجنابي القرمطي صاحب هجر ومولده سنة ثمانين ومايتين وتولي امر القرامطة بعده ستة نفر شركة وسموا السادة *

ثم دخلت سنة سبع وستين وثلثماية ، ذكر استيلاء عضد الدولة

علي

Servus [ſe ipſum innuens], quem brachio velut apprehenſum humo ſublevaſti, et quem garaſta [ſeu plantaſti] tua beneficientia, mittit tibi cervum,

quem nominavi Garſiam, et mitto quidem eum cum fune ſuo, quo ſcilicet in eo [rege Garſia] in effectum eat ominatio mea.

Munus hoc ſi fronte ſerena acceperis, reputabo id ſplendidiſſimum beneficium, quod largiri queat [hoc eſt queas] vir beneficus et liberalis.

Manſit Manſur in hac eminente dignitate usque ad a. CCCXCVI, quo de fine eius referemus.

Hoc anno redibat Abu-Maali Scharif, Hamdanides, ad Halebi poſſeſſionem, unde illum a paterno liberto, Corubeh, depulſum, haeſiſſe deinceps Hamatae, ſupra diximus. Eo ad illum alter quidam patris olim ſervus, Maractaſch, ex arce Borzaia, ſeque ſtudiaque ſua conferebat, et Emeſſam reſtaurabat a Romanis devaſtatam. Bacgur interea, Corubae mancipium, impoſitus ab hero arci Halebenſi cuſtos, vires et auctoritatem adeptus, Corubam comprehendebat, et cuſtodiae in arce mandabat, ipſeque urbis dominationem affectabat. Halebenſes autem per hunc tumultum arceſſebant Abul-Maalin, qui, ut advenit, Bacgurum ſponſione non incolumitatis ſolummodo, ſed etiam praefecturae Emeſſenae, ex arce detraxit, eoque Halebo potitus eſt.

Eodem obiit Bahaſtun, filius Vaſchmekiri, filii Zeiari; ut et Ioſeph, filius Haſani, Gonabita, Carmatita, dominus Hagari; natus anno CCLXXX, a cuius deceſſu Carmatitae, mutata imperii forma, rerum ſuarum curationem ſeviris, titulo Sadah [ſeu dominorum, vel regentium], ornatis, tradebant.

Anno CCCLXVII [qui die Aug. 18. A. Chr. 977 coepit] effectui dabat Adad-ed-daula id, quod minatus fuerat; hoc eſt occupabat Iracam, orientalis imperii ſedem, et affinem Bochteiarum

علي العراق وغيره وقتل بختيار، في هذه السنة سار عضد الدولة
الي العراق وكاتب الي بختيار يقول له خرج عن هذه البلاد فانيّ
اعطيك ايّ بلاد اخترت غيرها، فمال بختيار الي ذلك وارسل له
عضد الدولة خلعة فلبسها وسار بختيار الي نحو الشام ودخل
عضد الدولة بغداد واستقرّ فيها وقتل وزير بختيار ابن بقية وصلبه،
ورثاه ابو الحسن الانباري بقصيدته المشهورة التي منها،

علو في الحياة وفي الممات، بحقّ انت احدي المعجزات،
كانّ الناس حولك حين قاموا وفود نداك ايام الصلات،
مددت يديك نحوهم اقتفاء كمدّهما اليهم بالهبات،
ولما ضاق بطن الارض عن ان يضمّ علاك من بعد الممات،
اصاروا الجو قبرك واستنابوا عن الاكفان ثوب السافيات،
لعظمك في النفوس تبيت ترعي بحراس وحفاظ ثقات z،
وتشغل عندك النيران ليلا كذلك كنت ايام الحيات *

وسار مع بختيار حمدان بن ناصر الدولة فاطمعه حمدان
في

s) نشلته rariſſima vox in hac ſimplici ſignificatione. Plerumque non dicitur niſi de carne, quae creagra ex olla extrahitur, aut de ſagitta, quae pharetra eximitur. نشل اللحم اذا انتزعها من القدر ait ſcholiaſtes Hariri ad conſeſſ. XXXVI. Idem Hariri conſ. XXXV de ſagittis habet لما استخرج دفاينهم واستنشل كناينهم

t) بضبعه Cod. L. habebat بصنعة   v) تغالي Cod. L. تعالي

x) تطاول Arabibus الطول *proceritas* vel ſymbolum eſt potentiae, vel longanimitatis. Verba noſtra verti itaque poſſunt, munificus et potens, vel munificus et indulgens. Ita ذي الطول in Corano Sura XL. v. 3 redditur ab interpretibus ذي الفضل بترك العذاب المستحق

rum de medio tollebat. Quod ſic contigit. Invadens in modo laudatam provinciam Adad-ed-daula ſuadebat Bochteiaro, vellet non coactus ea excedere, et aliam quamcunque ſuae ditionis optare. Haud repudiabat Bochteiar conditionem, induebat ab affine miſſum pallium [quo non tam dantis erga accipientem favor, quam huius erga illum obſequium, ſignificabatur] auguſtam urbem relinquebat, Syriam verſus deflectens, locumque ita faciebat Adad-ed-daulae Bagdadum ingredienti. Hic, urbe potitus, Bochteiari Vezirum, Ibn-Bakihum, protinus occidebat, et e cruce deinceps ſuſpendebat; unde nata elegans illa et celebris [ſatirica potius] Abu-l-Haſani, Anbarenſis, elegia, qua infelicis viri exitum deplorat, et cuius haec ſunt particula.

En celſitudinem in morte non minus, quam in vita! profecto miraculum unum aliquod es!

Videtur corona, te [hoc eſt crucem tuam] circumſtans, turba legatorum eſſe, quales olim ad accipiendas tuas largitiones veniebant in diebus feſtivis, quibus ſportulae diſtribui ſolebant.

Extendis adverſus eos [e cruce] utramque manum, quaſi tuum ipſe imitatus exemplum, qui olim vivus eas adverſus eosdem largitionum plenas et prodigas extendebas.

Propterea, quum terrae ambitus non caperet amplitudinem tui faſtigii poſt mortem,

fecerunt auras tibi tumulum, et pro ferali amiculo amiciverunt te imbre gravibus nubium palliis.

Pernoctant [et permanent] in animis noſtris oſſa tua, quae appoſiti cuſtodes et fidae obſervant excubiae.

Accenduntur penes te [ſeu crucem tuam] funalia et rogi noctu (395) [a cuſtodibus tui cadaveris] quemadmodum te vivo fiebat [a corporis tui cuſtodibus].

Bochteiar poſt haec communem faciebat cauſſam cum Hamdano, Naſer-ed-daulae filio, Hamdanida, exſul cum exſule. Hic enim

في ملك الموصل وحسّن له ذلك وهوّن عليه امر اخيه ابي تغلب ، فسار بختيار الي جهة الموصل فارسل ابو تغلب يقول لبختيار ان سلّمت الي حمدان صرت معك وقاتلت عضد الدولة واخرجته عن العراق ، فقبض بختيار علي حمدان وحبله وسلمه الي اخيه ابي تغلب وارتكب فيه من الغدر امرا شنيعا ، فحبسه اخوه ابو تغلب واجتمع ابو تغلب بعساكره مع بختيار وقصدا *a* عضد الدولة ، فخرج عضد الدولة من بغداد نحوهما فالتقوا بقصر الجص *b* من نواحي تكريت ثامن عشر شوال من هذه السنة ، فهزمهما عضد الدولة وامسك بختيار اسيرا فقتله ، ثم سار عضد الدولة نحو الموصل فهرب ابو تغلب نحو ميافارقين ، فارسل عضد الدولة جيشا في طلبه ومقدّمهم ابو الوفي ، فلما وصلوا الي ميافارقين هرب ابو تغلب الي بدليس وتبعه عسكر عضد الدولة فهرب الي نحو بلاد الروم فلحقه العسكر وجري بينهم قتال فانتصر ابو تغلب وهزم عسكر عضد الدولة ثم سار ابو تغلب الي حصن زياد ويعرف الان بخرت برت ثم سار الي امد واقام بها *

وفيها توفي محمد بن عبد الرحمان المعروف بابن قريعة البغدادي وكان قاضي السندية وغيرها من اعمال بغداد ،

وكان

y) سايق Pingitur omniſcientia et decretum dei res humanas coram ſe, velut paſtor oves, agens.

z) حفاظ ثقات Alluſio ad traditionarios, qui titulum حافظ ثقة *Hafetorum integrae fidei* amant.

a) وقصدا Cod. L. وقصد

b) الجص Cod. L. الحص

illi ſalivam occupandae movebat Mauſelae, facillima opera dictitans domandum eius provinciae dominum et exigendum eſſe, fratrem ſuum, Abu-Taglabum, a quo Hamdanum eiectum patrimonio fuiſſe ſupra diximus. Movebant itaque ambo verſus Mauſelam. Sed circumveniebat Abu-Taglab Bochteiarum nullo negotio, levis hominem ingenii pravorumque conſiliorum, pollicitus ea conditione ad ipſius partes accedere, iunctisque armis et viribus Adad-ed-daulam ex Iraca exigere, ſi fratrem ſibi Hamdanum dederet. Illectus ſpe tam ſplendida Buides comprehendebat foederatum, et Abu-Taglabo, inimico fratri, vinctum tradebat. Foedum perfidiae exemplum; cuius meritas paullo poſt poenas dedit. Iunctis inde caſtris invadebant Iracam hi duo novi ſocii; quibus obviam tendebat Adad-ed-daula Bagdado. Concurritur apud Caſr-al-Gaſs [ſeu caſtrum calcis, locum ſic dictum] decimo et octavo die decimi menſis huius anni, ſed adverſo foederatis marte. Fuſus enim uterque fuit, Bochteiar etiam captus et a victore peremtus. (396) Victoriam proſequuturus Adad-ed-daula petebat Mauſelam. Vnde quum aufugeret Abu-Taglab Maiafarekinam, miſſus eodem cum legione Abu-l-Vafi; qui trepidi fugacisque veſtigiis acriter inſiſtens eum inde Bedliſam, illinc porro in ditionem Romanam exagitabat. Hic tandem deprehenſus, ut elabi nequiret, Abu-Taglab, pugnae diſcrimen adiit; unde ſuperior evadens, profligatis Bagdadicis, ad Heſn Zeiad primum abibat [i.e. Zeiadi caſtrum] quod hodie, mutato nomine, Chort Bert [Quarta Parthica] appellatur; et deinceps Amidam, ubi temporis nonnihil obhaeſit.

Eodem obiit Muhammed, filius Abd-er-Rahmani, Ibn-Cariah vulgo dictus, Sendiae aliarumque Bagdadi praeturarum Cadi. Eſt enim Sendia oppidum ad canalem Tigridem Nahr Iſa [ſeu fluvius Iſae] dictum, Bagdadum inter et Anbaram ſitum; cuius gentile nomen eſt Sendovani; quod prope notandum, ne cum gentili provinciae Send, quod eſt Sendi, permutetur.

وكان احدي عجايب الدنيا في سرعة البديهة بالجواب عن جميع ما يسال عنه في افصح لفظ واملح سجع ، وكان مختصّا بصحبة الوزير المهلبي وكان روساء العصر يلاعبونه ويكتبون اليه المسايل المضحكة فيكتب الجواب من غير توقف ، وكان الوزير المهلبي يغري به جماعة يضعون له الاسيلة الهزيلة فيجيب عنها ، فمن تلك ما كتب اليه به العباس بن المعلّي الكاتب ما يقول القاضي وفّقه الله تعالي في يهودي زني بنصرانية فولدت ولدا جسمه للبشر ووجهه للبقر وقد قبض عليهما ، فما يري القاضي فيهما *c* ، فكتب الجواب بديها هذا من اعدل الشهود علي اليهود بانهم شربوا العجل في صدورهم فخرج من ايورهم ، واري ان يناط *d* براس اليهودي راس العجل ويصلب علي عنق النصرانية الساق مع الرجل ويسحبا علي الارض وينادي عليهما ظلمات بعضها فوق بعض ، والسلام ❊ والسندية قرية علي نهر عيسي بين بغداد والانبار وينسب اليها سندواني ليحصل الفرق بين النسبة اليها والنسبة الي بلاد السند ❊

ثم دخلت سنة ثمان وستين وثلثماية ، فيها فتح ابو الوفي مقدم عسكر عضد الدولة ميافارقين بالامان ، فلما سمع ابو تغلب بفتحها سار عن امد نحو الرحبة ثم سار عسكر عضد الدولة واستولي علي جميع ديار بكر ثم استولي علي ديار مضر (بالضاد المعجمة) ، وسار عضد الدولة ودخل بغداد ، واما

c) فيهما et عليهما Cod. L. فيها — عليها

d) يناط *ſuſpendatur, dependatur.* النوط التعليق ait Meidanius ad proverbium كل شاة برجلها يتناط Inde نايط *ſuſpendens, cre-*

Huius igitur Sendiae Cadi, Ibn-Cariah, miraculo et ſtupori erat aetati ſuae ob eam, qua pollebat, promtitudinem ad propoſitas quascunque quaeſtiones et cauſas forenſes absque haeſitatione reſpondendi, idque puriſſimo ſermone, et rhythmo perquam arguto. Principes eius aetatis viri ſolebant cum eo iocari, litterisque exaratas illi quaeſtiones ridiculas proponere, ad quas ille nihil meditatus ex tempore reſcribebat. Vezir Mohallabita, cui maxime familiaris erat, data opera ſubornabat aliquos, qui comminiſcerentur eique obiicerent iocoſas quaeſtiones, quibus eius ingenium exercerent. Quo pertinet caſus ille, quem Abbas, Ibn-el-Moalla, Cateb [ſeu tribunus notarius] commentus eſt: Quid ſtatuit Cadi, (ſic interrogabat) cui deum cum lumine et auxilio ſuo ſubvenire volumus, de Iudaeo, qui e Chriſtiana muliere improbo coitu infantem ſuſcepit, homini cetera, vultu vitulo ſimilem? Vtrumque ſcelus in iudicum manus incidit. Quid ergo cenſet Cadi hoc in negotio? Ad haec reſcribebat Ibn-Cariah: Hoc eſt unum de clariſſimis, et, ſi quae alia ſunt, maxime incorruptis teſtimoniis contra Iudaeos, quod probat, ipſos intimis viſceribus imbibiſſe vitulum [aureum in deſerto], qui deinceps per eorum mentulas rurſus exiit. Cenſeo itaque vitulinum illud caput et capite Iudaei ſuſpendi, et pedem atque crus eiusdem monſtroſi foetus appenſum collo feminae Chriſtianae cum eadem crucifigi; tum utrumque illud ſpectaculum impoſitum unum alteri ſuper terra per plateas tractari; proclamante praecone illud Corani: *Tenebrae ſuper tenebris.* Vale.

Anno CCCLXVIII [qui die 8 Aug. A. Chr. 978 coepit] adeptus eſt Abu-l-Vafi, praefectus copiarum Adad-ed-daulae, Maiafarekinam deditione. Quo audito Abu-Taglab Amida, ubi agebat, Rahabam aufugiebat. Tempore poſt totam huius Hamdanidae ditionem, Deiar-Becr primum, tum et Deiar-Modar, occupabat Adad-ed-daula; qui quamvis proſpere confecta expeditione Bagdadum rediret, Abu-Taglab tamen ſatis ſecurum ſe

واما ابو تغلب فسار الي دمشق، وكان قد تغلّب علي دمشق قسام وهو شخص كان يثق افتكين اليه ويقدمه فاستولي قسام علي دمشق وكان يخطب فيها للعزيز صاحب مصر، فلما وصل ابو تغلب الي دمشق قاتله قسام ومنعه عن دخول دمشق فسار ابو تغلب الي طبرية ✲

وفيها توفي القاضي ابو سعيد الحسن بن عبد الله السيرافي النحوي مصنّف شرح كتاب سيبويه وكان فاضلا فقيها مهندسا منطقيا وعمره اربع وثمانون سنة، وولي بعده ابو محمد معروف الحكم بالجانب الشرقي ببغداد ✲

ثم دخلت سنة تسع وستين وثلثماية، ذكر مقتل ابي تغلب بن ناصر الدولة بن حمدان، كان ابو تغلب قد سار عن دمشق الي طبرية كما ذكرنا ثم سار الي الرملة في المحرم من هذه السنة، وكان بتلك الجهة دغفل بن مفرج الطاي وقايد من قواد العزيز اسمه الفضل ومعه عسكر قد جهزه العزيز الي الشام، فساروا لقتال ابي تغلب ولم يبق مع ابي تغلب غير سبعماية رجل من غلمانه وغلمان ابيه، فولي ابو تغلب منهزما فتبعوه واخذوه اسيرا وقتله دغفل وبعث براسه الي العزيز بمصر، وكانت معه اخته جميلة بنت ناصر الدولة وزوجته بنت عمه سيف الدولة فحملهما بنو عقيل الي حلب وبها ابن سيف الدولة، فترك اخته عنده وارسل جميلة بنت ناصر الدولة الي بغداد فاعتقلت *e* في حجرة في دار عضد الدولة ✲

ذكر

cremaſter: ſic appellant Arabes venam quandam in lumbis, cuius ſectione putant aquam flavam in abdomine collectam abduci. *Gauhar.* Item تناوط *appendix*, et metaphorice, qui ſe in tribum aliquam ingeſſit.

in hoſtium vicinia non ratus, Damaſcum petebat. Ibi tum temporis poſt Aftekinum aliquis Caſam, quo Aftekin olim, quum Damaſco adhuc imperaret, plurimum uſus fuerat, dominabatur, ita tamen, ut in Azizi, penes quem Aftekin agebat, poteſtate ſe eſſe Damaſci publice privatimque profiteretur. Ille itaque Caſam Abu-Taglabum obieetis armis Damaſco arcebat, et Tiberiadem cum ſua caterva concedere cogebat.

Eodem obiit Cadi Abu-Said Haſan, filius Abdallae, Sirafenſis (397), grammaticus, auctor commentarii in grammaticam Sibuiae, vir elegantis ingenii, multarum artium, ſimul idem fakihus, et geometra, et dialecticus. Succedebat in eius dignitatem, hoc eſt Cadii munus in Bagdadi parte orientali, Abu-Muhammed Maruf.

Anno CCCLXIX [qui die 28 Iul. A. C. 979 coepit] occiſus eſt Abu-Taglab, filius Naſer-ed-daulae, Hamdanides, ille, quem modo diximus Damaſco depulſum Tiberiadem conceſſiſſe. Illinc enim menſe huius anni primo abibat Ramlam, in cuius tractu Dagfal, filius Mofregi, Arabs Taiita, et aliquis Fadlus agebant, copiarum dux, quas Aziz cum eo adverſus Hamdaniden Aegypto emiſerat. Ab his facile fuſus et fugatus eſt Abu-Taglab, cui priſtinarum virium nihil erat reliquum praeter ſeptingentos Golamos, [ſeu pueros, hoc eſt milites mercenarios] qui aut ſub eius patre iam meruerant, aut ipſius aere emti fuerant. E fuga deinceps idem retractus a Dagfalo cecidit. Caput avulſum Azizo Miſram permittitur. Arabes Ocailitae in praeda nacti eius ſororem, Gamilam, filiam Naſer-ed-daulae, et uxorem quoque, filiam patrui eius, Saif-ed-daulae, Halebum ambas perferunt, ubi tunc dominabatur Abu-l-Maali Scharif, Saif-ed-daulae filius, qui ſororem quidem penes ſe tenebat, Gamilam vero Bagdadum mittebat ad Adad-ed-daulam, fratris inimicum et victorem, in cuius gynaeconitide peculiare cubiculum et cuſtodiam invenit.

Hoc

ذكر وفاة عمران بن شاهين صاحب البطيحة واخباره وولاية ابنه الحسن بن عمران *f* ، كان عمران بن شاهين من اهل بلدة تسمي الجامدة وجني جنايات فخاف من السلطان فهرب الي البطيحة واقام بين القصب والاجام واقتصر علي ما يصيده من السمك وطيور الماء واجتمع اليه جماعة من الصيادين واللصوص ، فقوي بهم ، فلما استفحل امره واشتدّت شوكته اتّخذ له معاقل علي تلال التي بالبطيحة وغلب علي تلك النواحي واستولي عليها في سنة ثمان وثلثين وثلثماية في ايام معز الدولة ، فارسل الي قتاله معز الدولة العسكر مرة بعد اخري فلم يظفر به ومات معز الدولة وعسكره محاصر لعمران المذكور وتولي بختيار فامر العسكر بالعود الي بغداد فعادوا ، ثم جري بين بختيار وعمران عدة حروب فلم يظفر منه بشي ، فطلبه الملوك والخلفاء وبذّلوا بانواع الحيل جهدهم فلم يظفروا منه بشي ، فمات في مملكته في هذه السنة في المحرم فجاة حتف انفه وكانت مدة ولايته من حين ابتدا امره قريب اربعين سنة ، ولما مات تولي مكانه علي البطيحة ابنه الحسن بن عمران بن شاهين فطمع فيه عضد الدولة وارسل اليه عسكرا ثم اصطلحوا علي مال يحمله الحسن بن عمران الي عضد الدولة كل سنة *

وفيها

e) اعتقلت *aſſervabatur*, ſeu ut captiva, ſeu ut feminae orientalium in gynaeceis aſſervari ſolent. عقل ſecundum Ibn-Doreidum proprie idem quod حبس notat, *coërcere*, *incarcerare*. كل شي منعك عن شي فهو عقل ومنه سمي العقل لانه يمنع من الجهل ، ومن ذلك عقال البعير لانه يمنعه من الشراد ، ويقولون عقل الوعل

Hoc anno dominus Batihah [ſeu paludum] obiit, Omran, filius Schahini, cuius iam in ſuperioribus facta fuit mentio. Vir ille oriundus ex Gameda (398), urbe, neſcio quae committebat iuvenis, quorum poenas gravemque Sultani pertimeſcens iram, in illas paludes aufugerat, quas reſtagnans Tigris efficit. Ibi vivebat aliquandiu in arundinetis et lacunis, piſcibus contentus, ſi quos caperet, aut avibus aquaticis. Interim contrahebat manum piſcatorum atque latronum, quibuscum ut invaluerat, et famam terroremque ſui late ſparſerat, inſtruebat ſibi quasdam arces et refugia per colles, qui lacubus ibi ſunt interſiti; eaque ratione totum illum tractum ſui iuris faciebat. Id quod contigit anno CCCXXXVIII, Iracam tenente Maazz-ed-daula; qui, quamvis unis ex aliis miſſis legionibus laceſſeret hunc, ſi dicere fas eſt, latronem, nullo tamen modo eum neque nanciſci, neque ſubigere poterat. Illo ipſo tempore eum vexabat Buidae exercitus, quum hic vivis excederet, quod ſupra commemoravimus [ad annum CCCLVI]. Filius et ſucceſſor Maazz-ed-daulae, Bochteiar, tum quidem neceſſe habebat exercitum ſuum e lacubus Bagdadum revocare, de occupando tuendoque paterno imperio per initia ſui magis ſollicitus; tempore autem poſt denuo illum aliquoties adoriebatur; ſemper fruſtra. Faciebat ea hominis felicitas, ut multi magni principes, quin et Chalifae, in eo domando ſuam fortunam et ingènium et vires experirentur, quin fatigarent, nullo effectu. Itaque ſua in ſede et tyrannide exſtinctus fuit hic Omran, primo huius anni menſe, ſubita, ſed placida morte, poſtquam quadraginta fere per annos principatu gaviſus fuiſſet, ex quo inclareſcere coepit, inde ducto calculo. Huius filium et ſucceſſorem, Haſanum ſtatim aggrediebatur armis Adad-ed-daula, minus verendum ſibi ratus et minoris negotii hoſtem, haud ſiniſtra coniectura. Haſan enim pacis accipiebat conditiones, per quas Buidae annuum tributum e provincia ſpondebat.

وفيها سار عضد الدولة الي بلاد اخيه فخر الدولة لوحشة جرت بينهما فهرب فخر الدولة ولحق بشمس المعالي قابوس بن وشمكير، فاكرمه قابوس الي غاية ما يكون، فملك عضد الدولة بلاد اخيه فخر الدولة علي وهي همذان والري وما بينهما من البلاد، ثم سار عضد الدولة الي بلاد حسنويه الكردي فاستولي عليها ايضا، ولحق عضد الدولة في هذه السفرة صرع فكتمه، وصار كثير النسيان لا يذكر الشي الا بعد جهد وكتم ذلك ايضا، وهذا داب الدنيا لا تصفو لاحد ✲ وفي هذه السنة ارسل عضد الدولة جيشا الي الاكراد الهكارية من اعمال الموصل فاوقع فيهم وحاصرهم فسلّموا اقلاعهم اليه ونزلوا مع العسكر الي الموصل ✲

وفيها تزوّج الطايع لله بنة عضد الدولة ✲

وفيها توفي الحسن بن زكريا اللغوي صاحب كتاب المجمل في اللغة وغيره ✲ وفيها توفي ثابت بن ابراهيم الحراني المتطبب الصابي كان حاذقا بالطب ✲

ثم دخلت سنة سبعين وثلثماية، وفيها توفي الاحدب المزوّر كان يكتب علي خط كل احد ولا يشكّ المكتوب عنه انه خطه وكان عضد الدولة يوقع بخطه بين الملوك الذين

الوعل اذا امتنع في الجبل وصار حيث لا يدرك، وذلك الموضع مُعْقِل، ويقال عقل الدواء بطنه اذا حبسه، والدواء عُقول، والعقل من الدية من هذا اخذ لانه يمنع من القتل، يقال عقلت فلانا اذا اعطيت ديته وعقلت عن هذا اذا اعطيت ارش

Idem Adad-ed-daula invadebat eodem anno ſui fratris, Fachr-ed-daulae, ditionem, inteſtinis ſimultatibus inter fratres obortis. Quae res Fachrum cogebat ad Schams-el-Maalin Cabuſum, filium Vaſchmekiri, perfugere; a quo quanto poterat maximo honore acceptus eſt. Itaque occupabat Adad-ed-daula vacuas domino regiones, Hamadanam et Raiam, et quidquid terrarum interiacet. Idem eadem expeditione invadebat ſuique iuris faciebat ditionem Haſnuieh Curdi. Verum, ut habent res humanae, quae, quamvis amoenae et ſplendidae, nunquam tamen liquidae, et a noxiae acerbitatumque ſordibus omnibus defaecatae ſunt, proſternebat hunc tantum, tam potentem virum gravior hoſtis, morbus comitialis, et inde nata memoriae inſignis debilitas, ut modo geſtorum aegre, neque niſi poſt acrem mentis contentionem, reminiſceretur. Quod utrumque vitium diligenter diſſimulabat. Idem Adad-ed-daula eodem affligebat Curdos Hacaritas, ad praefecturam Mauſelenſem ſpectantes, et obſidionis acerbitate ad dedendas arces ſuas cogebat, et e collibus detractos cum victore exercitu Mauſelam ducebat.

Eodem ducebat Taie lillah, Chalifa, filiam Adad-ed-daulae in matrimonium.

Eodem obiit Hoſain, filius Zacariae, philologus, auctor Catholici Arabicae linguae et aliorum praeter hunc librorum. Obiit etiam Tabet, filius Ibrahimi, Haranenſis, medicus practicus expertus, religione Sabaeus.

Anno CCCLXX [qui die 16 Iulii A. C. 980 coepit] obiit Ahdab-el-Mozavvar [id eſt gibboſus falſarius] ſic ab arte dictus, qua pollebat. Ea enim homini aderat dexteritas, ut, cuiusque vellet, manum tam imitaretur appoſite, ut ne ille ipſe quidem, cuius nomini litteras ille impoſtor ſuppoſuiſſet, dubitaret, eas a ſe ſcriptas fuiſſe. Norat homine tam dextro ſuam in rem uti Adad-ed-daula, ſi quos principes in ſimultates committere vellet,

الذين يريد الايقاع بينهم بما يقتضيه الحال في الافساد بينهم ✲

وفيها ورد علي عضد الدولة هدية من صاحب اليمن فيها قطعة واحدة من العنبر وزنها ستة وخمسون رطلا بالبغدادي ✲

وفيها توفي الازهري ابو منصور محمد بن احمد بن الازهر بن طلحة اللغوي الامام المشهور كان فقيها شافعي المذهب فغلبت عليه اللغة واشتغل بها وصنّف في اللغة كتاب التهذيب ويكون اكثر من عشرة مجلدات وله تصنيف في غريب الالفاظ التي يستعملها الفقهاء، وولد سنة اثنين وثمانين ومايتين، والازهري منسوب الي جده الازهر ✲

ثم دخلت سنة احدي وسبعين وثلثماية، فيها استولي عضد الدولة علي بلاد جرجان وطبرستان واجلي *g* عنها صاحبها قابوس بن وشمكير، ومعه فخر الدولة علي اخو عضد الدولة، وكان ذلك بسبب ان عضد الدولة طلب من قابوس ان يسلّم اليه اخاه فخر الدولة عليا فامتنع قابوس عن ذلك ✲

وفيها قبض عضد الدولة علي القاضي المحسن بن علي التنوخي الحنفي وكان شديد التعصّب علي الشافعي يطلق لسانه فيه ✲

وفيها افرج عضد الدولة عن ابي اسحق *h* ابراهيم الصابي وكان قد قبض عليه سنة سبع وستين بسبب انه كان ينصح في المكاتبات لصاحبه

ارش جنايته، وعاقلة الرجل الذين يعقلون عنه اذا جني، والرجل يعاقل المراة الي ثلث الدية، وخبراء الدهناء يقال لها مُعْقُلة لانها تعقل الماء اي تحبسه ان يغيض، كذا قال الاصمعي، ولغلان عُقْلة يصرع بها — واعتقل الرجل شاته اذا اخذ

comminiſcens varia epiſtolarum argumenta, pro rerum et temporum ratione, corrumpendis amicorum animis, et ſeminandis diſcordiis atque ſuſpicionibus idonea.

Hoc anno mittebat felicis Arabiae dominus Adad-ed-daulae pretioſa dona, quae inter erat fruſtum ambarae integrum, libras Bagdadicas quinquaginta ſex pendens. (399)

Eodem obiit, vulgo ex avo dictus, Azharita, Abu-Manſur Muhammed, filius Ahmedis, filii Azhari, filii Talhae, philologus et Imamus ille celeber, qui, quamvis iuri operam dediſſet, et fakihi titulum atque honores a Schafeiticis accepiſſet, amore tamen elegantiorum litterarum detentus ad illas paene ſolas animum adiecit, et Lexicon plus decem voluminum compoſuit, Liber Correctionis inſcriptum, [quo vulgaria in pronunciando et ſcribendo vitia emendantur]. Alio peculiari libro elocutiones fakihis proprias et uſurpatas expoſuit. Natus fuerat anno CCLXXXII.

Anno CCCLXXI [qui die 6 Iulii A. C. 981 coepit] rapiebat Adad-ed-daula Georgianam et Tabareſtanam, profligato earum domino, Cabuſo, filio Vaſchmekiri, eiusque ſocio, ſuo fratre, Fachr-ed-daula Alio, filio Buiae, eo inductus, quod Cabus Adad-ed-daulae fratrem dedere negabat repetenti.

Idem Adad-ed-daula comprehendebat eodem anno Cadium, Mohſenum, filium Alii, Tanuchitam tribu, ſecta Hanaficum, ideo, quod maledicae linguae frena in Schafiaeum, quem diro proſequebatur odio, laxare nunquam non ſoleret.

E contrario libertati reddebat idem eodem anno Abu-Ishacum Ibrahimum, Sabaeum,* quem anno CCCLXVII ideo in carcerem dederat, quod hero ſuo, Bochteiaro, de rebus et conſiliis Adad-ed-daulae per litteras fideliter perſcribere, et, quid

 opus

* Vid. ad ann. 384. *A.*

لصاحبه بختيار، وهذا من العجب، فانه ما ينبغي ان يجعل مناصحة الانسان لصاحبه وعدم مخامرته ذنبا *

وفيها ارسل عضد الدولة القاضي ابا بكر محمد بن الطيّب الاشعري المعروف بابن الباقلاني الي ملك الروم في جواب رسالة وردت عليه منه *

وفيها توفي ابو بكر احمد بن ابراهيم بن اسماعيل الاسماعيلي الفقيه الشافعي الجرجاني، والامام محمد بن احمد بن عبد الله المروزي الفقيه الشافعي وكان عالما بالحديث وغيره وروي صحيح البخاري عن الفربري *

ثم دخلت سنة اثنتين وسبعين وثلثماية، في هذه السنة سيّر العزيز العلوي صاحب مصر جيشا مع بكتكين الي الشام فوصلوا الي فلسطين، وكان قد استولي عليها مفرج بن الجراح وكثر جمعه، وجري بينهم قتال شديد فانهزم ابن الجراح وجماعته وكثر القتل والنهب فيهم، ثم سار بكتكين الي دمشق فقاتله قسام المتولي عليها فغلبه بكتكين وملك دمشق وامسك قساما وارسله الي العزيز بمصر واستقر بدمشق وزالت الفتن *

ذكر وفاة عضد الدولة، في ثامن شوال من هذه السنة مات عضد الدولة فنا خسرو بن ركن الدولة حسن بن بويه بمعاودة الصرع مرّة بعد اخري

اخذ رجلها بين فخذه وساقه ليحلبها، يقال صارع فلان فلانا فاعتقله الشَّغْزبيّة اذا ادخل رجله بين رجليه حتي يصرعه، واعتقل فلان رمحه اذا جعله بين ساقه وركابه، والعُقّال داء يصيب

opus factu, ſubiicere hortarique conſueviſſet. Miror equidem iniquam virtutis mercedem. Non profecto vitio verti debet, ſi quis cum hero fide agat optima, procul fraude et ſimultate.

Eodem mittebat Adad-ed-daula Cadium Abu-Becr Muhammedem, filium Taiabi, Aſcharitam, vulgo nomine Ibn-el-Bakelanii notum, ad Romanorum imperatorem [Baſilium Bulgaroctonum] (400) cum reſponſo ad litteras eius antea ſibi miſſas. [Nomen illud Ibn-el-Bakelanii filium olitoris ſignificat.]

Eodem obiit Abu-Becr Ahmed, filius Ibrahimi, filii Iſmaëlis, ab huius avi nomine vulgo Iſmaëlicus (401) appellatus, fakihus Schafeiticus, Georgianenſis, et Imam Muhammed, filius Ahmedis, filii Abdallae, Marvenſis, fakihus item Schafeiticus, in ſcientia traditionum et aliis probe verſatus. Hic eſt ille, qui corporis traditionum Bocharici recenſionem ab huius diſcipulo, ſuo magiſtro, Farbarenſe,* acceptam porro propagavit.

Anno CCCLXXII [qui die 25 Iunii A. Chr. 982 coepit] mittebat Aziz billah, Alida, Aegypti dominus, exercitum in Syriam, duce Bectekino, adverſus Mofregum, filium Garrahi (402), qui caput extulerat in Palaeſtina, magnamque manum contraxerat. Aegyptiis itaque primum cum hoc fuit negotium. Acre committitur praelium, quo fuſus Mofreg caedibus et rapinis impenſe laceratur ab Aegyptiis. Hi Damaſcum inde pergebant, et Gaſamum, (is urbi tum praeſidebat) obnitentem quamvis ſubigebant, in poteſtatem redactum Miſram mittebant ad Azizum, firmum in urbe gradum rurſus collocabant, et componebant ſeditiones, quae ad iſtud temporis paene continuae Damaſcenas res admodum turbaverant.

Octavo die decimi menſis huius anni, anno aetatis ſeptimo et quadrageſimo, obiit Adad-ed-daula Fana Choſru, filius Rocn-ed-daulae Haſani, filii Buiae, a nimis crebris et paene continuis epi-

* Vid. ad ann. 321 ſupra pag. 379. *A.*

اخري وحمل الي مشهد علي بن ابي طالب رضي الله عنه ودفن به ، وكانت ولايته بالعراق خمس سنين ونصفا وكان عمره سبعا واربعين سنة ، وقيل انه لما احتضر *i* لم ينطلق لسانه الّا بتلاوة ما اغني عنّي ماليه هلك عنّي سلطانيه ، وكان فاضلا عاقلا حسن السياسة شديد الهيبة ، وهو الذي بني علي مدينة النبي سورا ، وله شعر فيه ابيات منها بيت لم يفلح بعده ، والابيات هي ،

ليس شرب الكاس الّا في المطر وغناء من جوار في السحر ،
غانيات *k* سالبات للنهي *l* ناغمات في تصانيف *m* الوتر ،
[مبرزات الكاس من مطلعها ساقيات الراح من فاق البشر ،] *n*
عضد الدولة وابن ركنها ملك الاملاك غلّاب الغدر *

وكان عضد الدولة محبّا للعلوم واهلها فقصده العلماء من كل بلد وصنّفوا له الكتب منها الايضاح في النحو والحجة في القراءة والملكي

يصيب الخيل فيخزرها عن الجري ساعة ثم تنطلق ،
Patet hinc quare عقيلة dicatur, *pulcra femina*, et in genere *praeſtans in ſuo genere et cara quaevis res.* Scilicet a *ligando* et *coërcendo. Ligata, coërcita*, ſollicite aſſervata. Conf. Hiſtor. Tamerl. pag. 46. lin. 7. ubi pro جهان كبير legendum eſt جهان كير et Taraphae Moallac. verſ. 86. ubi in Scholiaſte per errorem vox العقيلة ante vocem الكريمة lin. 4. excidit.

f) عمران Cod. L. عمر . *g*) واجلي Cod. L. واخلي

h) Cod. Leid. ابن اسحق Vid. ad a. 384.

i) احتضر *coram venit*, nempe الي وفاته *ad finem ſuum.* Sic اقترب pro اقترب الي وفاته Elmacin. p. 130 lin. 26.

k) غانيات *pulcrae, pudicae puellae*, et deinde in genere *feminae.* Sic Abulola توقّ امر الغانيات "cave tibi ab imperio mulierum."

epilepſiae inſultibus. Bagdado oſſa ad martyreum Alii, filii Abu-Talebi, deportata, et ibi humata ſunt. Praefuerat Irakae cum Emiri titulo quinque annis et dimidio. Ferunt eum animam agentem lingua torpente aliud nihil, quam haec verba, extudiſſe, etiam atque etiam iterata: quid profuerunt mihi meae facultates? periit mihi, et deſeruit me meus Sultanatus! Prudentia pollebat, et eruditione, bonisque moribus; artes regnandi exacte callebat; magna ad ſuos auctoritate et reverentia. Hic eſt ille, qui Medinam, urbem prophetae, muro cinxit. Etiam carmina ſcripſit, quorum infra poſitum eſto ſpecimen, a quo edito nunquam felix et ſanus fuiſſe dicitur. Inſunt nimirum ultimo verſui, unde colligas eum humanis viribus potiora, et infanda, ſibi arrogaſſe.

Potare non decet, niſi mane die pluvioſo, et inter cantus puellarum;
ſuavium, pulchrarum, quae vel graviſſimum quemque de gradu deiiciant; blande leniterque ſuccinentium inter varias adminiſtrationes fidium;
quae producunt poculum unde decet,* et vinum ei miſcent, qui mortale omne genus excellit,**
Adad-ed-daulae, filio Rocn-ed-daulae, regi regum, divinique decreti obluctatori et domitori.

Amabat quoque Adad-ed-daula litteras, eorumque ſtudioſos, quo factum, ut undecunque docti homines ad eum confluerent, et libros ipſi componerent atque offerrent, eius nomini inſcriptos. Quo in numero eſt Dilucidatio, liber grammaticus (403); item liber, quo demonſtratur, quaenam variantium lectionum in controverſis Corani locis, et quare quaeque praeferenda ſit;

[quo-

* Proprie: *ex ortu ſuo.* Pingitur nempe poculum radians ut ſol oriens. *A.*

** Hunc titulum tantum prophetae ſuo tribuere ſolent Muhammedani. *A.*

والملكي في الطب والتاجي في تاريخ الديلم وغير ذلك ❊

ولما توفي عضد الدولة اجتمع القواد والامراء علي ولده كاليجار المرزبان فبايعوه وولّوه الامارة ولقّبوه صمصام الدولة ، وكان اخوه شرف الدولة شيرزيك ابن عضد الدولة بكرمان، فلما بلغه موت ابيه سار الي فارس فملكها وقطع خطبة اخيه صمصام الدولة ❊

وفيها قتل ابو الفرج محمد بن عمران بن شاهين اخاه الحسن بن عمران صاحب البطيحة واستولي ابو الفرج عليها ❊

ثم دخلت سنة ثلاث وسبعين وثلثماية ، وفيها توفي مويّد الدولة بويه بن ركن الدولة حسن بن بويه بالخوانيق ، وكان قد اقرّه اخوه عضد الدولة علي ما كان بيده وزاد عليه مملكة اخيهما فخر الدولة، وكان عمر مويد الدولة ثلاثا واربعين سنة ، وكان اخوه فخر الدولة علي مع قابوس بن وشمكير بن زيار كما ذكرناه ،
فلما

l) ذهي *intellectus, animus ſibi conſtans et praeſens*, eodem modo, quo العقل *ſapientia* ita dicitur a *ligando* et *coërcendo*, ab imperio in ſemet ipſum.

m) تصانيف Vox تصنيف eſt *variarum rerum in unam maſſam compoſitio*. Hinc *elaboratio libri*, et h. l. *variorum tonorum in unum modum compoſitio*.

n) Hunc verſum addidi ex Elmacino. Codex Ibn-Schehnae Leidanus eum non habet. Sed habet Dorvillianus: ita tamen: مترعات الكاس مشرقها

[quorum amborum auctor eſt Abu-Ali Hoſain, Fareſi]. Item regius liber, medici argumenti, [auctore Alio, filio Abaſi, Mago, vulgo Hali Abbate dicto (404)] nec non diadematicus, continens hiſtoriam Dailomitarum, [auctore Ibn-Helalo Cateb, Sabaeo; de quorum ſingulis loco ſuo dicemus,] ut alios praetermittam.

Poſt huius viri obitum conſentiebant, ad deliberandum congregati, militum magiſtri ceterique purpurati in id, ut filium ipſi ſufficerent, Caligar* Marzapanum. Dicto itaque ſacramento addebant ipſi titulum Samſam-ed-daula. [Acinacem imperii, Bagdadici ſcilicet, iugulandis eius hoſtibus intentum, appellatio ſignificat]. Verum frater eius Scharf-ed-daula Schirzik, qui tum temporis in Kermana agebat, accepta morte patris, occupabat illico Perſidem, iubebatque pro Samſam-ed-daulae nomime, quod iam coeperat inter preces publicas commemorari, ſuum edi.

Eodem occidit Abul-Farag Muhammed, filius Omrani, filii Schahini, fratrem, Haſanum, dominum Batihah [ſeu palulum], easque loco illius occupabat.

Anno CCCLXXIII [qui die 14 Iunii A. Chr. 983 coepit] obiit annos natus tres et quadraginta e torminibus inteſtinorum Movaiied-ed-daula Buieh, filius Rocn-ed-daula Haſani, filii Buieh; quo facto frater eius, Fachr-ed-daula Ali, ſuas in poſſeſſiones, quin maiores quoque, rediit ab exſilio. Supra diximus incidiſſe Fachr-ed-daulam inter et Adad-ed-daulam, fratres, odia primum, tum bellum, quibus ſubactum illum ſua ditione relicta ad Cabuſum, Vaſchmekiri filium, Zaiariden, ſe contuliſſe. Adad-ed-daula itaque ſuſcepto imperio non tantum confirmaverat Movaiied-ed-daulae provincias, extrema voluntate patris ipſi attributas, ſed etiam ditionem fratris communis,

Aaaa 2 Fachr-

* Scribitur quoque *Calingar* et *Cangar*, item *Abu-Cangar*, unde *Abulganiar* apud Teixeiram.

فلما مات مويد الدولة اتّفق قواد عسكره علي طاعة فخر الدولة وكتبوا اليه وسار فخر الدولة اليهم وعاد الي ملكه واستقرّ فيه بغير منّة لاحد ولا قتال وذلك في رمضان هذه السنة ، ووصلت الي فخر الدولة الخلع من الخليفة والعهد بالولاية *

ذكر ولاية بكجور دمشق ، كنّا قد قدّمنا ان بكجور مولي قرعويه قبض علي استاذه قرعويه ملك حلب ثم سار ابو المعالي سعد الدولة بن سيف الدولة بن حمدان فاخذ حلب من بكجور وولّاه حمص واستمرّ بكجور واليا علي حمص الي هذه السنة ، فكاتب العزيز صاحب مصر وساله في ولاية دمشق فاجابه العزيز الي ذلك وكتب الي بكتكين عامله بدمشق ان يسلّم دمشق الي بكجور ويحضر بكتكين الي مصر ، فسلّمها الي بكجور في رجب واستقرّ بكجور في ولاية دمشق واساء السيرة فيها *

وفيها اتّفق كبراء عسكر عمران بن شاهين فقتلوا ابا الفرج محمد بن عمران لسوء سيرته واقاموا ابا المعالي بن الحسن بن عمران بن شاهين ، وكان صغيرا ، فدبّر امره المظفّر بن علي الحاجب وهو اكبر قواد جدّه عمران ، ثم بعد مدة ازال المظفر الحاجب المذكور ابا المعالي وسيّره هو وامه الي واسط

واستولي

Fachr-ed-daulae, id eſt Hamadanam et Raiam, poſtmodum addiderat. Quas ex illo inde tempore Movaiied-ed-daula tenuit. Hoc autem vivis exemto exciebant tribuni militum uno conſenſu Fachr-ed-daulam per litteras ad ſuſpiciendum imperium vetuſtum ſimul atque recens. Eaque ratione recuperabat Fachr-ed-daula priſtinam gloriam nulla opera, ut neque armis et caedibus opus haberet, neque alteri reſtitutionem deberet. Nono menſe anni huius id accidit; pallia et codicilli Chalifae, quibus in Emiratu confirmabatur, paullo quoque poſt Bagdado adveniebant.

Hoc anno Damaſci praefecturam adeptus eſt ille Bacgur, quem ſupra diximus herum ſuum, Corubam, Halebi dominum, comprehendiſſe, eiusdemque urbis dominationem affectaſſe, tandem tamen Halebum Abu-Maalio Scharifo Hamdanidae, tradidiſſe, accepta viciſſim Hemſae praefectura, in qua manſit ad hunc usque annum. Hoc autem rogabat ab Azizo, Aegypti tum et Damaſci domino, ſibi huius praefecturam tradi. Quod annuens Aegyptius ſuo apud Damaſcenos legato Bectekino mandabat, ut, ex quo ſuam urbem Bacguro mandaſſet, ipſe Miſram protinus reverteretur. Quo facto Damaſci regulus evaſit ille Bacgur ſeptimo huius anni menſe; at ſaevum ſe in cives et iniquum tyrannum geſſit.

Eodem occidebant illi ſimilem, Abu-l-Faragum Muhammedem, filium Omrani, filii Schahini, ſui magnates de communi conſilio, propter impotentiam et intolerabiles mores, quibus erga cives utebatur; eique nepotem ex fratre, quem occiderat, quod paullo ante diximus, Abu-l-Maalin puta, filium Haſani, filii Omrani, ſufficiebant, addito, quod ille minor annis adhucdum eſſet, gubernatore, Modaffero, filio Alii, Hagebo [ſeu cubiculario], qui apud avum eius pueri, Omranum, inter proceres primum aliquando locum tenuerat. Interiecto autem tempore poſt occupabant hunc in Lacubus principatum

 idem

واستولي المظفر المذكور علي البطيحة واستقلّ فيها وانقرض بيت عمران بن شاهين *

وفيها في ذي الحجة توفي يوسف بلكين بن زيري امير افريقية وتولي بعده ابنه المنصور بن يوسف بن زيري وارسل الي العزيز بالله هدية عظيمة قيمتها الف الاف دينار *

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وثلثماية، فيها ولي ابو طريف عليان بن ثمال الخفاجي حماية الكوفة، وهي اول امارة بني ثمال *

وفيها توفي ابو الفتح محمد بن الحسن الموصلي الحافظ المشهور * وفيها توفي بميافارقين الخطيب ابو يحيي عبد الرحيم بن محمد بن اسماعيل بن نباته صاحب الخطب المشهورة وكان اماما في علوم الادب ووقع الاجماع علي انه لاعمل مثل خطبه وصار o خطيبا بحلب مدّة ثم اجتمع بالمتنبي في خدمة سيف الدولة بن حمدان، وكان الخطيب المذكور رجلا صالحا راي رسول الله في المنام فقال له مرحبا يا خطيب الخطباء كيف تقول كانهم لم يكونوا للعيون قرة ولم يعدّوا في الاحياء مرة، فقال الخطيب تتمّة هذه الخطبة وهي المعروفة بخطبة المنام، وادناه

o) وصار Forte وكان

idem ille, Modaffer, et puerum principem, una cum eius matre, Vaſetam ablegabat. Quo deſiit Schahinidarum dominatio.

Huius anni menſe ultimo vivis excedebat Ioſeph Belkin, filius Zairii, Emirus Africae, cui ſuccedens filius, Manſur, mittebat, ſub exordium ſui regni, Azizo, in obſequi et clientelae ſignificationem, magna munera, millies millium aureorum aeſtimata.

Anno CCCLXXIV [qui die 3 Iunii A. Chr. 984 coepit] ſuſcepit Abu-Tarif Olian, filius Tamali, Chafagita, tutelam Cufae (405), eſtque is primus Emiratus gentis Tamali.

Eodem obiit celeber ille Hafet, Abu-l-Fatah Mühammed, filius Haſani, Mauſelenſis; et Maiafarekinae celeberrimus ille concionator, ab avi nomine Ibn-Nabata dictus, Abu-Iahia Abd-er-Rahim, filius Muhammedis, filii Iſmaëlis, filii Nabatae; vir in humanioribus litteris verſatiſſimus, auctor ſacrarum illarum orationum (406), quae tantam famam conſecutae ſunt, ut, quod iis comparari mereatur aliud eius generis, prodiiſſe uno omnes ore negant. Primum quidem ille concionator Halebi erat, dein tranſibat una cum Motanabbio, poëta, in familiam Saif-ed-daulae [et cum hoc Maiafarekinam, ubi princeps ille extrema aetate habebat]. Neque probitate minus, quam eruditione, claruit. Sanctiſſimus propheta eum illa celebri per nocturnum inſomnium apparitione beavit, qua his eum verbis compellaſſe dicitur: Salve concionator, omnium reliquorum praeſtantiſſime. Agedum, quomodo ſupplebis et exſequeris orationem, cuius exordium et argumentum hoc foret? "Iam evaſerunt [illi quondam poten-"tes et praeclari] eo, ut videantur nunquam gaudium et deli-"ciae popularium fuiſſe. Tam obſcurata eſt et oblivioni data "illorum memoria, ac ſi nunquam nati fuiſſent." Hoc ab ipſo propheta dictatum ſermonis initium ipſe deinde vigil ſupplevit, et in iuſtum ſermonem extendit, qui exſtat, et nomine ſermonis inſomnii celebratur. Paullo ante viri exceſſum fuit, quum pro-

وادناه رسول الله وتغل في فيه وبقي الخطيب بعد هذه الرويا ثلاثة ايام لم يطعم طعاما ولا يشتهيه ويوجد فيه مثل رايحة المسك ولم يعش بعد ذلك الا اياما يسيرة ، وكان مولده سنة خمس وثلثين وثلثماية ۞

ثم دخلت سنة خمس وسبعين وثلثماية ، وفيها قصدت القرامطة الكوفة مع نفرين من السنة الذين سموهم السادة فغتحوها ونهبوها *p* ، فجهز صمصام الدولة ابن عضد الدولة اليهم جيشا فانهزمت القرامطة وكثر القتل فيهم وانصرفت هيبتهم ٭

وقد حكي ابن الاثير في حوادث هذه السنة (والعهدة الي الناقل) انه خرج في هذه السنة بعمان طاير من البحر *q* كبير اكبر من الفيل ووقف علي تل هناك وصاح بصوت عالٍ ولسان فصيح قد قرب ، قالها ثلاث مرّات ثم غاص في البحر فعل ذلك ثلاث ايام ولم ير بعد ذلك ۞

ثم دخلت سنة ست وسبعين وثلثماية ، ذكر ملك شرف الدولة بن عضد الدولة العراق وقبضه علي اخيه صمصام الدولة ، في هذه السنة سار شرف الدولة شيرزيك بن عضد الدولة من الاهواز الي واسط وملكها واشار اصحاب صمصام الدولة عليه بالمسير الي الموصل وغيرها فابي صمصام الدولة وركب بخواصّه وحضر الي عند اخيه شرف الدولة مستامنا ، فلقيه شرف الدولة وطيّب قلبه فلما خرج من عنده غدر به وقبض عليه ، وسار شرف الدولة شيرزيك حتي دخل بغداد في رمضان واخوه صمصام الدولة معتقل معه ، وكانت امارة صمصام الدولة ببغداد ثلاث سنين ، ثم نقله الي فارس واعتقله في قلعة هناك ٭

وفيها

propheta eum eo, quo diximus, modo conveniret atque compellaret, et propius accedere iuſſo in os inſpueret; quo factum, ut integro triduo, quamvis cibum ne appeteret quidem, nedum guſtaret, ore tamen odorem ſuaviſſimum, tanquam muſci, ſpiraret. Natus fuerat anno CCCXXXV.

Anno CCCLXXV [qui die 23 Maii A. Chr. 985 coepit] contendebant Carmatitae Cufam, ducibus nonnullis ex illis ſeviris, quos, ut ſupra tradidimus, ſibi ſub dominorum [vel regentium] nomine impoſuerant. Hi expugnabant et expilabant urbem. Paullo tamen poſt miſſus a Samſam-ed-daula exercitus magna eos cum clade diſſipabat, multumque illo de terrore, quem animis hominum olim incuſſerant, deterebat.

Inter eventus huius anni refert Ibn-el-Atir hoc quoque, cuius fides penes auctorem eſto: prodiiſſe in Omana de mari prodigioſae formae et proceritatis avem, elephanto maiorem, et e colle quodam ibi locorum ſonora voce, articulatis verbis clamaſſe: *Cad Carob* [id eſt, *appropinquavit*] et poſt ter pronunciata rurſus mare ſubiſſe. Id idem totidem vicibus iteraſſe altero die, tandem tertio quoque: tum nusquam rurſus comparuiſſe.

Anno CCCLXXVI [qui die 13 Maii A. Chr. 986 coepit] potiebatur Scharf-ed-daula Schirzik, filius Adad-ed-daulae, ſimul Iraca et fratre, Samſam-ed-daula. Movens enim ex Ahvaza, primum quidem Vaſetam occupabat, deinde Bagdadum contendebat porro. Cui obviam procedebat Samſam-ed-daula, poſt impetratam a fratre ſponſionem incolumitatis, ſpreto, quod magnates ipſi ſuggeſſerant, conſilio, Mauſelam, aut alio, ſecedendi. Quem Scharf-ed-daula benigne quidem excipiebat, et ſolabatur blanditiis; animum tamen protinus prodebat eo, quod ad ſuos redire volentem Samſamum perfide in cuſtodia retentum ſecum Bagdadum raperet, quo appellebant huius anni nono menſe, et tandem in arcem quandam Perſidis transferret. Itaque deſiit Scharf-ed-daulae Emiratus triennalis.

وفيها توفي المظفر الحاجب صاحب البطيحة وولي بعده ابن اخته ابو الحسن علي بن نصر بعهد من المظفر ووصل اليه التقليد من بغداد بالبطيحة ولقب مهذّب الدولة ، فاحسن السيرة وبذل الخير والاحسان *

وفيها توفي ببغداد ابو علي الحسين بن احمد بن عبد الغفار الفارسي النحوي صاحب الايضاح وقد جاوز التسعين سنة ، وقيل كان معتزليا ، وولد في مدينة فسا واشتغل *r* ببغداد وكان امام وقته في علم النحو ودار البلاد واقام بحلب عند سيف الدولة بن حمدان مدة ثم انتقل الي بلاد فارس وصحب عضد الدولة وتقدّم عنده ، ومن تصانيفه كتاب التذكير وهو كبير وكتاب المقصور والممدود وكتاب الحجة في القراة وكتاب العوامل المايه وكتاب المسايل الحلبيات *s* وغير ذلك *

ثم دخلت سنة سبع وسبعين وثلثماية ، وسنة ثمان وسبعين وثلثماية ، فيها سيّر العزيز صاحب مصر العلوي عسكرا مع القايد منير الخادم الي دمشق ليعزل بكجور عنها ويتولاها ، فلما قرب منها خرج بكجور وقاتله عند داريا ثم انهزم بكجور ودخل البلد وطلب الامان فاجابه منير الي ذلك ، فسار بكجور الي الرقة واستولي عليها ، واستقرّ منير في امارة دمشق واحسن السيرة في اهلها *

وفي

p) ونهبوها Cod. L. ونهبوا

q) طاير من البحر Mallem من البحر طاير

r) واشتغل nempe بالعلوم

s) الحلبيات Vox punctis deſtituta erat in cod. L.

Eodem obiit Modaffer, quem ex cubiculario dominatum Schahinidarum in Batihah [ſeu lacuſtribus] occupaſſe ſupra vidimus. Ei ſuccedebat Abu-l-Haſan Ali, filius Naſri, defuncti ex ſorore nepos, ex eiusdem voluntate, nactusque Bagdado Auguſti conſenſum et ſollemnes tabulas, aſſumto titulo Mohaddeb-ed-daula, [ſeu ornantis, vel refingentis, imperium] magna cum laude rebus ſuis praefuit, in cives nullo diſcrimine benignus et pius.

Eodem obiit Bagdadi, nonaginta maior annis, Abu-Ali-l-Hoſain, filius Ahmedis, filii Abd-el-Gafari, Perſa, celeber grammaticus, auctor eius Dilucidationis, grammatica eſt, de qua ſuperius ſub morte Adad-ed-daulae mentionem faciebamus. Ferunt eum aliqui Motazalitam fuiſſe. Natus fuerat in urbe [Perſidis] Faſa; ſed Bagdadi ſtudiis operam dedit, et grammaticorum aetatis ſuae princeps evaſit. Iactatus peregrinationibus, aliquando haeſit Halebi apud Saif-ed-daulam, Hamdanidam, dein revolutus in patriam, pervenit in familiam Adad-ed-daulae, et ab eo magno in honore fuit habitus. Numerantur in libris eius Hypomnemata, grande opus; aliud de iis, quae in fine corripiuntur aut producuntur; alius de variis Corani lectionibus; nec non liber, centum regentes inſcriptus, vel de centum particulis ſermonem conſtruentibus, liber quoque quaeſtionum Halebenſium, et alii.

Anno CCCLXXVIII [qui die 20 Apr. A.C. 988 coepit] mittebat Aziz billah, dominus Aegypti, copias cum Moniro, eunucho, duce, iuſſo Bacgurum Damaſcena praefectura exigere, eique ſuccedere. Bacgur ultro mittendam praedam, nullo facto armorum periculo, haud ratus, Moniro progreſſus obviam in agro urbis praelium committebat apud Daria, pagum. Victus autem et in urbem repulſus, offerebat pacis conditiones, per quas urbe excedebat, Moniro eam permittens, qui benigne cives habuit. Bacgur autem Raccam ſui iuris faciebat.

وفي هذه السنة في المحرم اهدي الصاحب ابن عباد دينارا وزنه الف مثقال الي فخر الدولة علي بن ركن الدولة حسن وعلي الدينار مكتوب ،

واحمر يحكي الشمس شكلا وصورة *t* فاوصافها مشتقة من صفاته ،
فان قيل دينار فقد صدق اسمه ، وان قيل الف فهو بعض سماته ،
بديع لم يطبع علي الدهر *v* مثله ولا ضربت اضرابه بسراته *x* ،
وصار الي شاهنشاه انتسابه علي انه مستصغر العفاته *y* ،
يخبر ان يبقي سنينا كوزنه لتستبشر الدنيا بطول حياته ☼

وفي هذه السنة توفي ابو حامد محمد بن محمد بن احمد بن اسحاق النيسابوري صاحب التصانيف المشهورة ☼

ثم دخلت سنة تسع وسبعين وثلثماية ، فيها ارسل شرف الدولة محمد الشيرازي الفراش ليسمل اخاه صمصام الدولة

t) وصورة شكلا videntur eſſe ſynonyma. Puto tamen prius ad rotundam formam, diſci ſimilem, poſterius ad colorem reſpicere.

v) علي الدهر ſuſpectum. Conſentit tamen codex Leid. Ibn-Schehnae cum noſtro. An مدي الدهر? Codex Dorvillian. habet بديع لم يطبع الدهر علي مثله quod non contemnendum.

x) اضرابه بسراته *aequales eius cum ipſius lineis.* ضرب eſt *modus;* hinc feci *aequales:* et سرات idem eſſe credo atque اسرة vel سراير *lineae.* Haereo tamen in hoc loco explicando. Vox الاضراب *aequales, pares* notare videtur in illo quoque Hariri conſ. XXII. جالست منهم اضراب القعقاع بن شور "in ipſis habebam pro ſodalitio ſodales Cacai filii Schauri." Ceterum cod. L. habet باسراته, ex Ibn-Schehna Leid. autem reſcripſi بسراته

Huius anni primo menſe offerebat (407) Saheb [ſeu comes ſic dictus,] Ibn-Abad, Fachr-ed-daulae, filio Rocn-ed-daulae, numum aureum mille mitcal [ſeu mille quingentarum drachmarum], cui verſus hi fuerant inſculpti:

Fulvus [hic eſt numus] ſoli tam adſpectu [rutilo et igneo], quam forma [rotunda] ſimilis, a cuius dotibus dotes ſolis omnes deſumtae ſunt.

Quem quisquis denarium, [ſeu numum aureum] appellat, vero illum ſuoque nomine appellat. Sed neque ille fallit, qui mille denarios [ſeu numos aureos] ait eſſe. Dicit enim is unum aliquod eorum, quae hac de maſſa praedicari poſſunt.

Inventionis eſt mirae atque recentis. Nam poſt homines natos cuſus ei ſimilis non fuit, neque ſignati fuerunt eius aequales [alii numi aurei] eiusmodi notis [et ſimilibus inſcriptionibus].

Refert genus et nomen ad Schahinſchahum (408) [ſeu regem regum, id eſt Fachr-ed-daulam, et Schahinſchahicus appellatur, tanquam ſi eius mancipium foret]; quamvis in cenſum venire non mereatur, et prae ſuo rege minutus ſit, quemadmodum ſunt omnes, qui munificentiam eius imploratum veniunt.

Significat, eum in vivis exacturum eſſe tot annos, quot ipſe ſesquidrachmas pendet, [id eſt mille] quo mundus de aevo ſui domini ad ſaecula extendendo laetetur bonamque ſpem concipiat.

Eodem obiit Abu-Hamed Muhammed, filius Muhammedis, filii Ahmedis, filii Ishaki, Niſaburenſis, auctor celebrium librorum.

Anno CCCLXXIX [qui die 10 April. A. C. 989 coepit] mittebat Scharf-ed-daula Abu-l-Favares Schirzik, filius Adad-ed-daulae, paullo ante vitae finem, Muhammedem, Schirazen-

 ſem,

الدولة المرزبان ، فوصل القلعة التي بها صمصام الدولة محبوسا
بعد موت شرف الدولة فسمل صمصام الدولة واعماه ✻

ذكر وفاة شرف الدولة ، في هذه السنة في مستهلّ جمادي
الاخرة توفي شرف الدولة ابو الفوارس شيرزيك بن عضد الدولة
بالاستسقاء وحمل الي مشهد علي بن ابي طالب ودفن به ، فكانت
امارته بالعراق سنتين وثمانية اشهر وكان عمره ثمانيا وعشرين سنة
وخمسة اشهر ، ولما مات استقر في الامارة موضعه اخوه ابو نصر بهاء
الدولة (وقيل اسمه خاشان) بن عضد الدولة وخلع عليه الطايع
وقلّده السلطنة ✻

ذكر الفتنة ببغداد ، وفي هذه السنة وقعت الفتنة بين
الاتراك والديلم ودام القتال بينهم خمسة ايام وبهاء الدولة في داره
يراسلهم في الصلح فلم يسمعوا فدام بينهم اثني عشر يوما ثم صار
بهاء الدولة مع الاتراك فضعف الديلم واجابوا الي الصلح ، ثم من
بعد z اخذ امر الاتراك في القوة وامر الديلم في الضعف ✻

ذكر هرب القادر الي البطيحة ، في هذه السنة هرب ابو
العباس احمد بن الامير اسحق بن المقتدر الي البطيحة واحتمي
فيها ، وكان سببه ان الامير اسحق بن المقتدر والد القادر لما
توفي a جري بين ابنه الذي تسمي فيما بعد بالقادر وبين اخت له
منازعة في ضيعة ، وكان الطايع قد مرض وشفي ، فسعت باخيها
المذكور الي الطايع وقالت ان اخي شرع في طلب الخلافة
عند مرضك ، فتغيّر الطايع علي اخيها وارسل ليقبضه ،
فهرب

y) لعقائه Forte كعقائه , ut ſuffixum redeat ad Schahinſchahum.

ſem, Farraſchum [ſ. Cubicularium] in Perſidem, ad illam arcem, in qua captivum aſſervabat ſuum fratrem, Samſam-ed-daula Marzapanum, cum mandato illum excoecandi. Quod etiam effectui datum fuit poſt Scharf-ed-daulae deceſſum. Deceſſit autem ille Kalendis ſexti menſis huius anni, ex hydrope, natus annos duodetriginta, et quinque menſes, poſtquam Emiratum per duos annos et octo menſes in Iraca geſſiſſet. Translatae fuerunt reliquiae ad martyreum Alii, ibique tumulatae. Succedebat ipſi frater Abu-Naſr Baha-ed-daula, cuius verum nomen aliqui perhibent Chaſchad fuiſſe, filius Adad-ed-daulae, nactus a Taie lillah, Chalifa, commiſſae auctoritatis codicillos.

Accidit hoc anno Bagdadi Dailomitas inter et Turcas tumultus, per cuius quinque primos dies armis decertabant partes, Baha-ed-daula interim domi ſe continente, et per legationes tranſigere atque pacare animos aeſtuantes ſatagente. Sed fruſtra erat, et ſurdis narrabat fabulam, pergentibus adhuc alios duodecim dies dimicare et in ſemet ſaevire; donec tandem ad Turcarum partes accederet Baha-ed-daula, in damnum gentilium, Dailomitarum. Quae res eos, viribus fractis, cogebat conditionibus aurem praebere. Ex eo tempore Turcarum quidem res creſcere coepit, Dailomitarum vero labi et defluere.

Hoc anno aufugiebat Bagdado in Batihah [ſeu paludes Tigridis] ibique, tanquam in propugnaculo, latitabat aliquamdiu, qui poſtea cum Chalifatu titulum Caderi geſſit, Abu-l-Abbas Ahmed, filius Emiri Ishaki, filii Moctaderi. Cauſſa fugae haec erat. Mortuo Emiro Ishaco, patre illius, quem ſic anticipando nominabimus, Caderi, ſuboriebatur ipſum inter, Caderum, eiusque ſororem, ſimultas ob aliquod relictum in haereditate praedium; quapropter ſoror fratrem apud Taieum, tum Chalifam, a morbo convaleſcentem, deferebat, eum, per ipſius adverſam valetudinem, inſidiatum ipſius dignitati atque imperio fuiſſe. Quo ſermone accenſus Chalifa mittebat protinus, qui Caderum inda-

فهرب المذكور واستتر ثم سار الي البطيحة ونزل علي مهذّب الدولة صاحب البطيحة فاكرمه مهذب الدولة ووسّع عليه وبالغ في خدمته *

ذكر عود بني حمدان الي الموصل، كانا ابنا ناصر الدولة وهما ابو طاهر ابراهيم وابو عبد الله الحسين في خدمة شرف الدولة بن عضد الدولة ببغداد، فلما توفي شرف الدولة وملك اخوه بهاء الدولة استاذناه في المسير الي الموصل، فاذن لهما بهاء الدولة في ذلك، فسار ابو طاهر وابو عبد الله المذكوران الي الموصل، فقاتلهما العامل الذي بها واجتمع اليهما المواصلة فاستوليا علي الموصل وطردا عاملها والعسكر الذي قاتلهما الي بغداد فاستقرّا في الموصل *

وفيها توفي محمد بن احمد بن العباس السلمي النقاش وكان من متكلمي الاشعرية *

ثم دخلت سنة ثمانين وثلثماية، ذكر قتل باد صاحب ديار بكر وابتداء دولة بني مروان، في هذه السنة طمع باد صاحب ديار بكر في ابني ناصر الدولة وهما ابو طاهر ابراهيم وابو عبد الله المستوليان علي الموصل، فقصدهما وجري بينهم قتال شديد قتل فيه باد وحمل راسه اليهما، وكان باد المذكور خال ابي علي بن مروان، فلما قتل باد سار ابو علي ابن اخته الي حصن كيفا، وكان بالحصن امراة خاله باد المذكور واهله، فقال لامراة خاله قد انفذ في خالي اليكي في

z) ثم من بعد ذلك Forte ثم من بعد

indagarent et comprehenderent. Ille autem fugiens primum neſcio quas in latebras, dein ad dominum paludum ſe conferebat, Mohaddeb-ed-daulam, qui perculſum et trepidantem, exceptum benigne, amplam in fortunam ex anguſtiis transferebat, et officiis ornabat, quibus poterat, maximis.

Hoc anno redibant Hamdanidae in principatum Mauſelenſem, e quo eiectum Abu-Taglabum ab Adad-ed-daula Buida fuiſſe ſupra diximus. Huius Abu-Taglabi duo fratres, Naſer-ed-daulae filii, unus Abu-Taher Ibrahim, alter Abdalla Hoſain, merebant ſub Scharf-ed-daula, et ſub eius fratre eodemque ſucceſſore, Baha-ed-daula, deinceps. Ab hoc, imperium exorſo, veniam petebant hi fratres Mauſelam redeundi, paternumque et avitum regnum recuperandi; eaque impetrata redibant, et tanta cum Mauſelenſium benevolentia excipiebantur, ut, quamvis obiectis armis fratres Hamdanidas arcere tenderet, qui Buidarum nomine urbi praeſidebat, favore tamen operaque civium adiuti fratres eum cum praeſidiis exigerent, eoque facto Mauſelam porro tenerent.

Eodem obiit Muhammed, filius Ahmedis, filii Abbaſi, Salamita, Nacaſch [vel pictor, ſeu ſculptor] unus e doctoribus dialecticis Aſcharicorum.

Anno CCCLXXX [qui die 30 Martii A. Chr. 990 coepit] necem tulit Bado, domino Deiar Becri, et ex ea natales principatui Marvanidarum. Bad enim ille, inhians Mauſelae, vexabat recens redditos avito regno fratres Hamdanidas, et ipſa eos ſua in urbe adoriebatur; unde res ad acre praelium rediit, quo Bad ille cecidit, et amputatum eius caput victoribus ceſſit. Eius autem ex ſorore nepos, Abu-Ali, filius Marvani, profugus e praelio ad Heſn [ſeu arcem] Caifa, in qua caeſi avunculi uxor et gentiles habebant, ſummo ſtudio atque contentione properabat; et, ne excluderetur, fingebat, ſe ab avunculo ad eius uxorem ob arduum aliquod et magni momenti negotium legatum

 venire.

في مهمّ، فلما صعد اليها اعلمها بهلاك خاله واطمعها في التزويج
بها فوافقته علي ملك الحصن وغيره، ونزل ابو علي بن مروان
وملك بلاد خاله حصنا حصنا حتي ملك ما كان لخاله جميعه،
وجري بينه وبين ابي طاهر وابي عبد الله ابني ناصر الدولة
حروب، ثم مضي ابو علي بن مروان الي مصر وتقلّد من الخليفة
العزيز بالله العلوي ولاية حلب وتلك النواحي، وعاد الي مكانه
من ديار بكر واقام بتلك النواحي الي ان اتفق اهل امد مع
شيخهم عبد البر فقتلوا ابا علي بن مروان عند خروجه من باب
البلد بالسكاكين، وكان المتولي لقتله رجلا من اهل امد يقال
له ابن دمنة، ولما قتل ابو علي بن مروان استولي عبد البر شيخ
امد عليها وزوج ابن دمنة بابنته، فوثب ابو دمنة وقتل عبد
البر ايضا واستولي ابن دمنة علي امد واستقر فيها، وكان لابي علي
بن مروان اخ يقال له ممهد الدولة، فلما قتل ابو علي سار ممهد
الدولة الي ميافارقين فملكها وملك غيرها من بلاد اخيه، وكان في
جماعة ممهد الدولة رجل يقال له شروه وهو من اكابر العسكر
فعمل دعوة لممهد الدولة وقتله فيها واستولي شروه علي غالب بلاد
بني مروان وذلك في سنة اثنتين واربعماية، وكان لممهد الدولة اخ
اسمه ابو نصر احمد وكان قد حبسه اخوه ابو علي بن مروان
لسبب

a) ذوني Cod. L. ذولي

venire. Ideoque intromiſſus aſcendebat in arcem, feminae de rerum praeſentium ratione maritique nece ſignificabat, ſeque in defuncti thorum et imperium ſucceſſorem offerebat, et ut feminam ad ineundum ſecum matrimonium pellexerat, ſic etiam ab ea impetrabat, ut ſibi tam in arce Caifa, quam in ceteris arcibus et municipiis avunculi uno poſt alterum occupandis et tuendis operam navaret. Coacta itaque et corrotundata avunculi tota haereditate, continuabat ſecunda fortuna bellum, ab avunculo cum Hamdanidis contractum; dabat ſe in Azizi, Aegyptii, Alidae, tutelam atque poteſtatem; ipſum adibat, Miſram profectus, et ab eo Halebum, agrumque circa ſuae fidei commiſſum ferebat. Ex eo tempore, Miſra factus redux, Abu-Ali, filius Marvani, agebat in iſtis terrarum tractibus, hoc eſt in Syria et Diar-Becr, usque dum Amidenſes, cum Schaicho [ſeu Conſule ſuo] Abd-el-Berro, adverſus eum conſpirantes, in ipſis urbis ſuae portis eum, dum exire in agrum tendit, ſica trucidarent. Qui manum et ferrum facinori praeſtabat, is erat Amidenſis aliquis Ibn-Dimna vulgo dictus. A qua perpetrata caede corripiebat Schaich Abd-el-Berri tyrannidem patriae, ſuamque filiam tyrannicidae dabat in matrimonium, eoque illum quaſi haeredem ſuarum opum deſignabat, ſed ille nimium ſicario fidens. Idem enim, qui Marvanidam, Ibn-Dimnam, gener ſocerum quoque iugulabat, et Amidam ſui iuris faciebat. Erat autem Marvanidae frater, quem hiſtoriae ſub titulo Momhed-ed-daula [ſeu ſternentis fundamenta regni] exhibent. Ille Momhed-ed-daula poſt caedem fratris rapiebat Maiafarekinam, et alias, quas Abu-Ali olim poſſederat, urbes. Verum is diu poteſtate gaviſus non fuit. Scharva enim, e principibus ſatellitii Momhedici, herum ad epulas vocatum ipſo in convivio obtruncabat anno CCCCII, eoque facto Marvanicarum facultatum partem longe maximam arripiebat. Supererat unus adhuc tertius frater, Marvani filius, Abu-Naſr Ahmed, quem frater, Abu-Ali, propter oblatum ipſi

 aliquod

لسبب رويا راءها وهو انه راي ان الشمس في حجره وقد اخذها اخوه ابو نصر منه ، فحبسه لذلك ، ولما قتل مهذ الدولة اخرج ابو نصر من الحبس واستولي علي ارزن ، وفي ذلك جميعه وابوهم *b* مروان باق وهو اعمي مقيم بارزن عند قبر ولده ابي علي ، ولما استقرّ امر ابي نصر انتقض امر شروه وخرجت البلاد عن طاعته واستولي ابو نصر علي ساير ديار بكر ودامت ايامه وحسنت سيرته وبقي كذلك من سنه اثنتين واربعماية الي سنة ثلاث وخمسين واربعماية علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ❊

ذكر ملك ابي الذواد الموصل ، في هذه السنة (اعني سنة ثمانين وثلثماية) استولي ابو الذواد محمد بن المسيّب بن رافع بن المقلد بن جعفر امير بني عقيل علي الموصل وقتل ابا طاهر بن ناصر الدولة بن حمدان وقتل اولاده وعدة من قواده بعد قتال جري بينهما واستقر امر ابي الذواد بالموصل ❊

ثم دخلت سنة احدي وثمانين وثلثماية ، ذكر القبض علي الطايع لله ، وفي هذه السنة قبض بهاء الدولة علي الطايع لله عبد الكريم (وكنيته ابو بكر) بن المفضل المطيع لله بن جعفر المقتدر بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل بسبب طمع بهاء الدولة في مال الطايع ، ولما اراد بهاء الدولة ذلك ارسل الي الطايع وساله الاذن ليجدّد العهد به ، فجلس

b) وفي ذلك جميعه وابوهم In his aut في, aut, illo manente, و ante ابوهم delendum.

aliquod ex inſomnio terriculum, in cuſtodiam dederat. Viſus enim ſibi fuerat ſolem* in ſinu genere, ſed eum deinceps a fratre, Abu-Naſro, ereptum. Neque ſane caruit eventu portentum. Protractus enim e carcere Abu-Naſr, poſt occiſum Momhedum, potiebatur Arzana, et, quanto decedebant Scharvae civitatum defectione vires, tanto ille magis creſcebat, ut totam paene Diarbecram ſuae poteſtati ſubderet. Intererat hiſce ſuorum filiorum fatis pater, Marvan, ſed coecus, apud filii natu maximi, Abu-Alii, ſepulcrum Amidae in religioſis occupationibus aetatem agens. Diu quoque filius eius Abu-Naſr vita et felicitate ſua gaviſus fuit, et laudabile geſſit imperium ab anno CCCCII usque ad annum CCCCLIII, ad quem ubi rerum ordo nos detulerit, quae porro Marvanidarum huic genti contigerint, exſequemur.

Vidimus paullo ante, Badum Mauſelae fruſtra inhiaſſe. Magis favebat fortuna, in conſequenda eadem praeda, Ocailitarum (409) Arabum Emiro, Abu-l-Dovado Muhammedi, filio Moſaiiebi, filii Raphei, filii Mocalledi, filii Gafari, conditori principatus Ocailidarum. Is enim hoc anno, tricenteſimo ſcilicet et octuageſimo, vehementem committebat cum Mauſelae domino, Abu-Tahero Ibrahimo, pugnam, qua et ipſum, et eius liberos, et ducum permultos occidit, et evertit Hamdanidarum regnum, eiusque ruinis ſuum ſuperſtruxit.

Anno CCCLXXXI [qui die 19 Martii A. C. 991 coepit] comprehendebat Baha-ed-daula Buides Chalifam, Taie lillah Abd-el-Carimum Abu-Becrum, filium Moſaddali Motii lillah, filii Gafari Moctaderi, filii Motadedi, filii Movaffeki, filii Motavakkeli. Stimulabant eum Chalifae, quibus inhiabat, opes. Meditans itaque facinus exſequi, ſignificabat principi per legatum, velle aliquando ad ipſum in regia inviſere; veniam eius rei petere. Chaliſa nihil mali ſuſpicatus, dicebat ei rei ſollemnem

 et

* Sol in doctrina ſymbolica orientalium regnum et poteſtatem ſignificat.

فجلس الطايع علي كرسي فدخل بعض الديلم كانه يريد تقبيل يد الخليفة فجذبه عن سريره والخليفة يقول انا لله وانا اليه راجعون، ويستغيث ولا يغاث، وحمل الطايع الي دار بهاء الدولة واشهد عليه بالخلع، وكانت خلافته سبع عشرة سنة وثمانية اشهر واياما، ولما تولي القادر حمل اليه الطايع فبقي عنده مكرما الي ان توفي الطايع سنة ثلاث وتسعين وثلثماية ليلة الفطر وكان مولده سنة سبع عشرة وثلثماية، ولم يكن للطايع في ولايته من الحكم ما يستدلّ به علي حاله، وكان في الناس حضروا القبض علي الطايع الشريف الرضي فبادر الخروج من دار الخلافة وقال في ذلك ابياتا من جملتها،

امسيت ارحم من قد كنت اغبطه *c*، لقد تقارب *d* بين العز والهون،

ومنظر كان بالسرّاء يضحكني يا قرب ما عاد بالضرّاء يبكيني،

هيهات

c) اغبطه *beatum praedicabam.* غبط eſt *beatum aliquem reputare* apud Gorairum in illo: يا رب غابطنا "o quam nos beatos praedicant et aemulantur!" Diſtinctionem inter حسد et غبط ſic tradit Nuveirius: قيل الحسد ان تتمني زوال نعمة غيرك والغبطة ان تتمني مثل حال صاحبك، وفي الحديث المومن يغبط والمنافق يحسد، "Perhibent الحسد invidiam eſſe, quum quis alteri bona praeſentia mallet ademta (et in ſe translata): aemulationem الغبط autem, quum ſibi ſtatum eundem cum ſtatu alterius optat. In traditionibus eſt: fidelis يغبط *aemulatur;* hypocrita يحسد *invidet.*"

d) تقارب proprie: *inter ſeſe certat de vicinitate intercapedo gloriae et vilita-*

et feſtum diem, quo Buidam excipiebat, in auguſto ſolio praeſidens. Interim accedebat Dailomita quidam, qui prehenſum manu Chaliſam, tanquam oſculari eam pro more et religione vellet, e ſolio, quanta vi poterat, detrahebat. Miſerabiliter quidem deprecari Chaliſa iniuriam, deumque adiutorem et vindicem obteſtari; aliquoties illud, quod exſternatis in promtu et uſu eſſe ſolet, "Nos ſumus dei, et ad deum revertemur" ingeminare. Nequicquam. Triſte profecto ſpectaculum, Chaliſa, ſupremus omnium dominus, oppreſſorum adiutor et vindex, auxilium fruſtra proclamans, nemine ſuccurrente. Baha-eddaula eum transferri ſuas in aedes curat, ubi producti ſunt in medium teſtes abdicationis eius, quamvis coactae, qui ſcriptis propterea codicillis nomina ſua ſubſcriberent. Ita Chaliſatu excidit Taieus, quem per ſeptendecim annos et octo menſes cum aliquot diebus geſſerat. Exceſſum tamen ultra hanc iniuriam in eo non fuit. Translatus enim ad novum Chaliſam, Caderum, eique exhibitus, manſit apud eum honorifico in loco et cultu, donec obiret anno CCCXCIII, nocte, cui dies feſtus Fetri [ſeu Deieiunationis, hoc eſt Kal. decimi menſis] illuxit. Natus fuerat anno CCCXVII. Toto illo, quo Chaliſatum geſſit, tempore, nihil egit, ex quo eius indoles, regiave auctoritas poſſet intelligi. Tragicae huic proceſſioni intererat celeber ille Scharif Radi, at exordio tam lugubri deteriora metuens, propere ſe per regiae fores domum proripiebat, et effundebat ea occaſione verſiculos, quos hic ſubiiciemus:

Quem paullo ante beatum praedicabam, illum nunc commiſeror. O quam parum honoremque inter, atque contemptum intereſt!

Vultus et adſpectus [ſeu apparatus], qui rebus in laetis hilaritatem mihi riſumque inſpirabat, o quam brevi intervallo mihi lacrimas excuſſit!

Praeſi-

هيهات اعتز بالسلطان نايبه قد ضل عند ولاح للسلاطين *

ذكر خلافة القادر بالله ابي العباس احمد بن الامير اسحق بن المقتدر بن المعتضد وهو الخامس عشرينهم ، وكان مقيما بالبطيحة كما ذكرناه فارسل اليه بهاء الدولة من خواصّ اصحابه ليحضروه ، ولما قرب من بغداد خرج بهاء الدولة واعيان الناس لملتقاه ، ودخل القادر دار الخلافة ثاني عشر شهر رمضان وبايعه الناس وخطب له ثالث عشر رمضان ، وكانت مدة مقام القادر في البطيحة عند مهذّب الدولة سنتين واحدي عشر شهرا وكان مهذب الدولة محسنا الي القادر بالله ، ولما توجه من عنده حمل مهذب الدولة اليه اموالا كثيرة *

ذكر قتل بكجور وموت سعد الدولة ، كنّا قد ذكرنا استيلاء منير الخادم من جهة العزيز علي دمشق ومسير بكجور عنها الي الرقة ، ولما كان في هذه السنة سار بكجور الي قتال سعد الدولة بن سيف الدولة بحلب واقتتلا قتالا شديدا وهرب بكجور واصحابه وكثر القتل فيهم ، ثم امسك بكجور واحضر اسيرا الي سعد الدولة فقتله ، فلقي بكجور عاقبة بغيه وكفره احسان مولاه ، ولما قتله سار سعد الدولة الي الرقة وبها اولاد بكجور وامواله ، فحصرها فطلبوا الامان وحلف *e* سعد الدولة ان لا يتعرض اليهم ولا

vilitatis, aut *potentiae et imbecillitatis*; vel *ad ſeſe invicem prope accedit intercapedo potentiae et imbecillitatis.* Nil frequentius quam عز et هان opponi.

e) وحلف *et iuramentum.* Non eſt Praeteritum, ſed Infinitivus aut Subſtantivum.

Praeſidium ſuae gloriae atque potentiae fecerat [Chalifa nempe] ſuum vicarium, Sultanum [Baha-ed-daulam]. At periit ipſi, eheu, ſua gloria et potentia, ab ipſo aberrans, et applicuit ſe Sultanis.*

Suffectus ei fuit Abbaſidarum Chalifarum numero vigeſimus quintus Abu-l-Abbas Ahmed, filius Emiri Ishaki, filii Moctaderi, filii Motadedi; ſub titulo Cader billah, [ſeu potentis, ſancientis et decernentis per deum] qui, dum haec geruntur, in Lacubus apud Mohaddeb-ed-daulam haerebat. Illinc eum itaque Baha-ed-daula per legatos, familiarium ſuorum aliquos, arceſſebat; ipſe, iam Bagdadum prope admoto, obviam egreſſus cum optimatibus introducebat eum in auguſtam domum die duodecimo noni menſis, et ſacramentum cum corona dicebat. Proxime ſecuto die, qui Veneris erat, per fana ipſi vota facta ſunt. Haeſerat in Lacubus triennium minus menſe, multis cumulatus a Mohaddeb-ed-daula praeſens quidem honoribus et beneficiis, abeuns autem opibus et ſupellectile magnifica.

Hoc anno Bacgur occiſus fuit, et Saad-ed-daula Abu-l-Maali Scharif, filius Saif-ed-daulae, Hamdanida, Halebi domiminus, fato ſuo conceſſit. Commemoravimus ſupra, Bacgurum ab Aegyptio duce, Moniro, depulſum Damaſco, in Raccam incubuiſſe. Hoc autem anno laceſſebat idem ſui quondam heri, Saif-ed-daulae, filium, Saad-ed-daulam Halebi dominum, bello parum proſpero. Nam poſt commiſſum acre praelium, coactus cum ſuis, quorum plurimos gladius abſumſerat, aufugere, et e fuga deinceps retractus, ad victorem in vinculis adductus fuit, et ab eo iugulatus, quo dignum invenit praemium perfidiae, qua ſuum quondam herum et benefactorem circumvenerat. Saad-ed-daula inde petebat Raccam, ubi Bacguri opes erant liberique; qui, videntes obſidionem ſibi admoveri, ut inviolatis una cum

* Arabica hoc loco corrupta videntur. *A.*

ولا الي مالهم ، فبذل سعد الدولة اليمين لهم ، فلما سلّموا الرقة اليه وخرجوا منها غدر بهم سعد الدولة وقبض علي اولاد بكجور واخذ ما معهم من الاموال وكانت شيا كثيرا ، فلما عاد سعد الدولة الي حلب لحقه فالج ، فاحضر اليه الطبيب ، فمدّ اليه يده اليسري فقال الطبيب يا مولانا هات اليمين ، فقال ما تركت لي اليمين يمينا ، وعاش بعد ذلك ثلثة ايام فمات بهذه السنة ، واسم سعد الدولة المذكور شريف وكنيته ابو المعالي ابن سيف الدولة علي بن حمدان بن حمدون التغلبي ، وقبل موته عهد الي ولده ابي الفضايل بن سعد الدولة وجعل مولاه لولو يدبّر امره *

وفيها وصل بسيل ملك الروم الي الشام ونازل حمص افتتحها ونهبها ، ثم سار الي شيزر فنهبها ، ثم سار الي طرابلس فحصرها مدة ، ثم عاد الي بلاد الروم *

وفيها توفي القايد جوهر الذي فتح مصر للمعز العلوي معزولا عن وظيفته *

ثم دخلت سنة اثنين وثمانين وثلثماية ، فيها شغبت الجند علي بهاء الدولة بسبب استيلاء ابن المعلّم علي الامور كلّها ، فقبض بهاء الدولة علي ابن المعلم وسلّمه الي الجند فقتلوه *

ثم دخلت سنة ثلاث وثمانين وثلثماية ، فيها استولي علي بخارا بغرا خان وكان له كاشغر وبلاساغون الي حدّ الصين فقصد بخارا وجري بينه

cum facultatibus abſcedere liceret pacti, urbem dedunt. Saad-ed-daula vero, ſpreta fidei, quam iure iurando condixerat, religione, comprehendebat egreſſos, opibusque, quas illi ſecum ingentes exportaverant, ſpoliabat. Verum haud defuit huic Hamdanidae perfidiae cita poena. Nam ut Halebum ille rediit, capiebat nervorum reſolutio dextrum eius latus. Arceſſitur medicus; qui pro more et ex artis legibus morbum explorans, imperabat aegroto ut manum extenderet. Laevam dabat aeger. At dextram ſe velle aiebat medicus. Reſpondebat Saad-ed-daula ſcito dicto: "dextra, [ſeu iurata fides, quam data dextra ſpopondi,] mihi dextram, [hoc eſt dextrae uſum,] non reliquit." Acuta erat haec reſolutio, quippe quae intra tertium diem aegrum de medio ſuſtulit. Paullo is ante mortem filium ſibi ſucceſſorem deſignabat, Abu-l-Fadaielum, eique, puer enim adhuc erat, libertum ſuum, Lulu dictum, moderatorem addebat.

Hoc anno invadebat Baſilius [iunior, Porphyrogenitus], Romanorum imperator, Syriam; Emeſſam obſidebat, praedabatur; eodemque modo agebat cum Schaizara. Tripolin tandem Syriacam quamvis corona pariter cingeret, aliquanto tamen poſt mittebat, et rebus infectis domum redibat.

Eodem orbatus dignitatibus et muneribus deceſſit Gauhar (410), Caied [ſ. dux] ille, qui Aegyptum Moëzzo Alidae eiusque genti ſubiecit.

Anno CCCLXXXII [qui die 8 Mart. A. Chr. 992 coepit] tumultuabantur praeſidia Bagdadi contra Baha-ed-daulam, ideo, quod ille ſe totum regnumque arbitrio filii Moallami permiſerat. Quam ſeditionem ut ſedaret Baha-ed-daula, neceſſe ei erat, ut illum hominem comprehenderet et militibus traderet, in quorum manibus ille periit.

Anno CCCLXXXIII [qui die 25 Febr. A. C. 993 coepit] occupabat Bocharam Bagra Chan, Caſchgarae et Balaſagunae et ad Sinarum usque confinia dominus, bellumque cum Tranſoxanae

بينه وبين الامير الرضي نوح بن منصور الساماني حروب انتصر فيها بغرا خان واستولي علي بخارا وخرج منها الامير نوح متخفيا فعبر النهر الي امل الشط واقام الامير نوح المذكور بها ولحق به اصحابه وبقي يستدعي ابا علي بن سيمجور صاحب جيش خراسان فلم يانته وعصي عليه ، ومرض بغرا خان في بخارا فارتحل راجعا عنها نحو بلاده فمات في الطريق ، وكان بغرا خان دينا حسن السيرة وكان يحب ان يكتب عنه مولي رسول الله ، وولي امرة الترك بعده ايلك خان ، ولما رحل بغرا خان عن بخارا وصات بادر الامير نوح فعاد الي بخارا واستقرّ في ملكه وملك ابايه *

ثم دخلت سنة اربع وثمانين وثلثماية ، في هذه السنة لما عاد نوح الي بخارا اتّفق ابو علي بن سيمجور صاحب جيش خراسان وفايق علي حرب نوح ، فكتب نوح الي سبكتكين وهو بغزنة يعلمه الحال وولّاه خراسان ، فسار سبكتكين عن غزنة ومعه ولده محمود الي نحو خراسان وخرج نوح من بخارا ، فاجتمعوا وقصدوا ابا علي بن سيمجور وفايقا واقتتلوا بنواحي هراة فانهزم ابو علي واصحابه

ونبعهم

et Choraſanae domino, Samanida, Emir-er-Radi, Nuho, filio Manſuri, orſus, cogebat eum ex urbe regni ſui principe, Bochara, quam modo nominabam, ultra Oxum fugere, et in Amol-es-Schatt * ſe recipere. Ibi Nuh coëuntes e fuga et diſſipatione ſuos milites atque duces ad ſe recipiebat, ſummumque militiae Choraſanicae magiſtrum, Abu-Alin, filium Simguri, eodem identidem evocabat, futurum ſperans ut recuperatis viribus hoſtem denuo adoriretur et profligaret. At Simgurides deſerebat herum, et parere atque adeſſe nolebat. Interim contingebat, ut Samanides, non vi quidem et armis, alio tamen expeditiore modo, liberatus hoſte in priſtinum et avitum regnum rediret. Morbo enim apud Bocharam correptus Bagra Chan reditum in patriam parabat, ſed in via peribat, vir pius et religioſus, vitae laudabilis princeps, et qui in tabulis, quas in publico ſuo nomine proponebat, amabat ſervus apoſtoli dei appellari. Hoc igitur hoſte ſublato liberatam rurſus adibat Nuh Bocharum, quanta poterat celeritate; Ilek Chan vero in regno Turcarum Bagra Chano ſuccedebat.

Anno CCCLXXXIV [qui die 14 Febr. A.C. 994 coepit] exardebat Simguridae defectio in bellum. Is enim, Choraſanici exercitus imperator, cum Faieko (411) in bellum Nuho Samanidae inferendum conſpirabat. Quae res Nuhum cogebat ad Soboctekinum, Gaznae tum dominum, ſpem ſuam conferre, rerum ſuarum rationem ipſi per litteras exponere, ſupremamque Choraſanicarum ipſi adminiſtrationem committere. Quo facto Soboctekin cum filio, Mahmudo, Gazna egreſſus in Choraſanam pergebat, et cum copiis Nuhi, Bochara pariter egreſſi, ſuas iungebat. Iuncta in hunc modum caſtra Simguridam et Faiekum, foederatos rebelles, adoriebantur praelio in agro Harateno commiſſo,

* Appellatur haec urbs Amol-es-Schatt, ſeu Amol magni fluvii, quia Gihuni vel Oxo appoſita eſt, quo nempe diſtinguatur ab Amol vel Amu Tabareſtanae. Magnum quemque fluvium appellant Arabes *Schatt*. *A.*

وتبعهم عسكر نوح وسبكتكين يقتلون فيهم ، ولما استقر امر نوح بخراسان استعمل عليها محمود بن سبكتكين *

وفيها توفي عبيد الله بن محمد بن نافع وكان من الصالحين بقي سبعين سنة لا يستند الي حايط ولا الي مخدّة ، وابو الحسن علي بن عيسي النحوي المعروف بالرّماني ومولده سنة ست وتسعين ومايتين وله تفسير كبير ، ومحمد بن العباس بن احمد الغزّاز سمع وكتب كثيرا وخطّه حجة في صحة النقل وجودة الضبط *f* *

وفيها توفي ايضا ابي اسحق ابراهيم بن هلال الكاتب الصابي المشهور وكان عمره احدي وتسعين سنة ، وكان قد زمن *g* وضاقت الامور به وقلّت عليه الاموال ، كان كاتب انشاء ببغداد لمعزّ الدولة ثم كتب لبختيار وكانت تصدر *h* عنه مكاتبات الي عضد الدولة تولمه ، فحقد عليه ، فلما ملك عضد الدولة بغداد حبسه مدّة ثم اطلقه وامره عضد الدولة ان يصنّف له كتابا في اخبار الدولة الديلمية ، فصنّف

f) الضبط eſt *orthographia.* Hinc in Abulfedae noſtri Geographia reperitur ubique area pro ضبط الاسماء *orthographia nominum* locorum; in qua ſingulae litterae quibus ſingula nomina geographica componuntur, et eorum vocales atque enunciandi modus diſtincte, et ſyllabatim traduntur. Eſt proprie firma, valida continentia, συλληψις, vel συλλαβη, prorſus ut Graecum, ne quis aberret, et litteras quaſdam aut perdat, aut permutet, aut transponat. Deeſt haec notio Lexico Goliano.

g) زمن noxa temporis, vel inſtabilis fortunae afflictus fuit, ad egeſtatem decidit. Proprie *fractus fuit dorſo*, aut attritus fuit dorſum, onere nimio incumbente. Schol. Haririi conſ. XXVI قريع الزمن وجابر زمن.

poſtre-

miſſo, per quod ſocii Simguridae a Choraſanicis funduntur, fugantur, et in fuga non parum carpuntur atque diſſipantur. Nuh itaque reſtitutae ſibi atque compoſitae per Soboctekinum Choraſanae praeficiebat ſuo nomine filium eiusdem, Mahmudum, illum, vulgo ſic dictum, Gaznevidam.

Eodem obiit Obaidallah, filius Muhammedis, f. Nafei, vir ſanctus, qui totis ſeptuaginta annis nunquam corpus, neque pariete, neque pulvinari effulſit. (412) Obierunt etiam Abu-l-Haſan Ali, filius Iſae, grammaticus, vulgo nomine Rommanenſis (413) [ſ. eius, qui mala granata vendit,] notus, auctor magni in Coranum commentarii, natus anno CCXCVI; uti etiam Muhammed, filius Abbaſi, filii Ahmedis, vulgo Cazzaz dictus [ſeu ſerici, quod cazzum appellatur, et inde confectae ſupellectilis venditor], vir qui multa a doctoribus accepit, multa quoque ſcripſit [tam ſuorum, quam alienorum operum,] tanta cum cura et eruditione, ut, ſi quo in libro de aliqua lectione dubitetur, quaenam proba ſit, aut de voce quadam ambigatur, quomodo recte exaretur, recurri ad codices illius manu exaratos, tanquam ad aequum arbitrum canonemve rectum, poſſit et ſoleat.

Tandem quoque obiit eodem anno Abu-Ishac Ibrahim, filius Helali, Cateb [ſeu notarius], Sabaeus religione, vir magni nominis, anno aetatis primo poſt nonageſimum, in ſummis rerum anguſtiis et miſerabili inopia. Bagdadi primum fuerat Cateb el-Inſcha [ſeu a litteris publicis exarandis] Maazz-ed-daulae, a cuius exceſſu eodem in munere ad familiam Bochteiari, filii et ſucceſſoris, tranſibat; eiusque nomine ad Adad-ed-daulam litteras interdum perſcribebat aculeatas. Supra enim vidimus ambos inter illos affines Buidas odia et bella interceſſiſſe; quorum victoria quum ad Adad-ed-daulam tranſiret, ſublato adverſario, ſevere puniebat Helalidae mordacitatem, quae alta eius animo vulnera impreſſerat. Nam Bagdado potitus eum carcere ſatis diu continebat. Tempore poſt rurſus liberato imponebat neceſſitatem

فصنّف له كتابا وسمّاه التاجي، ونقل الي عضد الدولة عنه ان بعض اصحاب ابي اسحق دخل عليه وهو يولف في التاجي فساله عما يعمل فقال اباطيل انمّقها *i* واكاذيب الفّقها *k* ، فحرّك ذلك عضد الدولة واهاج حقده فابعده واحرمه *l* ، ولم يزل الصابي علي دينه فجهد عليه معز الدولة ان يسلم فلم يفعل ، وكان مع ذلك يحفظ القران ، ولما مات الصابي المذكور رثاه الشريف الرضي فليم علي ذلك فقال انما رثيت فضيلته ۞

ثم دخلت سنة خمس وثمانين وثلثماية ، فيها عاد علي بن سيمجور الي خراسان وقاتل محمود بن سبكتكين واخرجه عنها ، ثم سار سبكتكين وابنه محمود بالعساكر واقتتلوا مع ابي علي بطوس فهزّموه ، وفي ذلك يقول بعض الشعراء عن ابن سيمجور،

عصي

poſtremum interpretatur الذي يجبر انكساره "dominus temporis ſui, et conſolidator fracti," hoc eſt patronus miſerorum. Ex illa propria ſignificatione fracti dorſi appellavit Abulfaragius p. 210 lin. 2. *claudos*, زمني, qui eſt pluralis a زمن aut زمين

h) تصدر Cod. L. تصدي Mecum conſentit Raud, qui paullo ante quoque rectius habet كاتب الانشاء

i) انمقها Notat verbum *eleganter et nitide ſcribere, magnis et artificioſe implicitis characteribus.* Hamaſa: منازل كما نمق العنوان في الرق كاتب "ſedes ſimilis titulo tabulae, quem magnis et mire contortis characteribus exaravit ſcriba."

k) الفّقها *conſuo.* Ita, interpretans vocem ربيط, utitur hoc verbo Succari ad Divan Hudeil., dicens eam notare ملاحف لم تلفق *amiculam non conſutam* ex una integra tela. Habet quoque Abulfaragius p. 331 lin. 12. تلفيقات وتلزيقات quod Pocockius vertit, *varia hinc inde conſar-*

tem hiſtoriae regni Dailomitici condendae. Vnde natus ille liber, qui hodie ſub titulo Tagii [ſeu Diadematici] proſtat, Adad-ed-daulae dedicatus. Tantum tamen ab eo aberat, ut eo facto fortunas ſuas ſublevaret, aut principis favorem mereretur, ut potius Adad-ed-daula huius operis cauſſa eum procul a curia relegaret, omnibusque ipſius conſuetudine, velut Harami [aut ſacri hominis et piacularis] ſevere interdiceret, a delatoribus irritatus. Contingebat enim aliquando, ut ad Ibn-Helalum, in concinnando iſto opere occupatum, inviſeret aliquis amicus, et, videns aliqua commentantem, interrogaret, quid ageret, et cui ſcriptioni operam daret; cui reſpondebat Ibn-Helal paullo imprudentius, nugas ſe conſcribillare, et mendacia conſarcinare. Qui ſermo delatus ad Adad-ed-daulam, eum adeo pupugit, iam antea infenſum, adeoque bilem ipſi movit, iamdudum erumpere nitentem, ut, quod modo dicebamus, eum a ſuo conſpectu arceret. Nunquam deſeruit Ibn-Helal Sabaeismum ſuum, et fruſtra Maazz-ed-daula eum ad Iſlamiſmi profeſſionem pertrahere ſtuduit. Quod tamen non officiebat quin teneret Coranum memoria (414); tantisque praeter id pollebat virtutibus, ut Scharif-er-Radi mortuum elegantibus elegis proſequeretur; quapropter reprehenſus excuſabat factum, non hominem a vera fide alienum, ſed hominis egregiam doctrinam et praeclarum ingenium laudibus extuliſſe.

Anno CCCLXXXV [qui die 4 Februarii A. C. 995 coepit] redibat Abu-Ali, filius Simguri, in Choraſanam, belloque Mahmudum, filium Soboctekini, e provincia exigebat. Hic autem paullo poſt recurrens, patrisque tam copiis, quam praeſentia, confirmatus, viciſſim illum apud Tuſam praelio vincebat. Quae res alicui poëtae hunc ingenii luſum ſuggeſſit:

عصي السلطان فابتدرت اليه رجال يقلعون ابا قبيس ،

وصيّر طوس معقله *m* فكانت عليه طوس اشام من طويس *n* *

ثم ان ابا علي طلب الامان من نوح فامنه فسار اليه ، فلما سار الي بخارا قبض نوح علي ابي علي واصحابه وحبسهم حتي مات ابو علي في الحبس *

ذكر وفاة بن عباد ، في هذه السنة مات الصاحب ابو القاسم اسماعيل بن عباد وزير فخر الدولة علي بن ركن الدولة بالري ونقل الي اصفهان ودفن بها ، وكان الصاحب المذكور اوحد زمانه علما وفضلا وتدبيرا وكرما وكان عالما بانواع العلوم وجمع من الكتب ما لم يجمعه غيره ، وهو اول من لقب بالصاحب من الوزراء لانه كان يصحب ابا الفضل بن عميد فقيل له صاحب ابن عميد ثم اطلق *o* عليه هذا اللقب لما تولي الوزارة وبقي علما عليه ثم سمي به كل من ولي الوزارة ، وكان اولا وزير الموید الدولة بن ركن الدولة فلما مات موید الدولة واستولي اخوه فخر الدولة علي مملكته اقرّ الصاحب بن عباد علي وزارته وعظمت منزلته عنده ، وصنّف الصاحب عدة كتب منها المحيط في اللغة والكافي

conſarcinata, et conglutinata. Sed quod in continente ſequitur *crocitarunt, non cantarunt*, id prorſus alienum eſt. Reddidit vir cl. ac ſi نعبوا habuiſſet in textu. Atqui ibi تعبوا eſt, et debet converti: *Laborarunt, at nihil profuerunt.*

l) احرمه *declaravit eum Haram, ſacrum* hominem, cum quo ſermones, aedes, aut aliud quidquam commune habere non liceat, *anathematizavit.* Rarior ſignificatio.

m) معقله Cod. Leid. معلقه

Parere Sultano [Samanidae] negabat [loquitur poëta de Simgurida]. Propterea viri celeriter eum obruebant, tam fortes et robuſti, ut vel ipſum Abu-Cobaiſum* a radicibus evellere poſſe viderentur.

Tuſam quidem ſibi arcem faciebat et refugium, at Tûs ipſi Tovaiſo** ſcaevior facta eſt.

Ab hac accepta clade rogabat Simgurides Nuhum Samanidam vitae ſuae ut parceret et delictis veniam daret; condictoque, Bocharam concedebat, nimium fidens. Nuh enim eum, in deditionem redactum, cum ſodalibus comprehendebat, et in carcerem mittebat, in quo tandem hic Abu-Ali, filius Simguri, periit.

Obiit hoc anno in urbe Raia, Saheb [ſeu comes] quo nomine vulgo cluet, Abu-l-Caſem, filius Abadi, Vezirus Fachr-ed-daulae Alii, filii Rocn-ed-daulae; ſepultusque Isfahanae fuit, vir varia eruditione, ingenii ſuavitate, artium regnandi peritia, et munificentia, ſui ſaeculi phoenix. Locupletiſſimam, et quantam alius nemo, inſtruxit bibliothecam. Vezirorum primus titulum Sahebi [ſeu Comitis] tulit hac de cauſſa. Adhuc privatus familiariter uſus fuerat Ibn-el-Amido (415), eoque nomen Saheb Ibn el-Amidi contraxerat. Quod deinceps ipſi, ſplendidum in locum translato, ſic adhaeſit, ut, Ibn el-Amidi amputato nomine, ſimpliciter et absque reſtrictione Saheb citaretur, et ea quaſi nota ab aliis comitibus, [aut familiaribus diſcipulisve] diſtingueretur. Primum Veziri munus apud Movaïed-ed-daulam, filium Rocn-ed-daulae, geſſit. Quo mortuo, ſucceſſor eius et frater, Fachr-ed-daula, eadem in dignitate affirmatum, carum, magnoque in honore habebat. Scripſit libros numero plures, ut catholicum, cuius argumentum eſt philologicum, et ad linguae Arabicae

* Mons apud Meccam. *A.*

** Tovais eſt diminutivum a Tus, hoc loco autem viri nomen. Vide annot. ad Arabica.

والكافي في الرسايل وكتاب الامامة يتضمن فضايل عليّ وصحّة امامة من تقدمه وكتاب الوزراء، وله النظم الجيّد، وكان مولده في ذي القعدة سنة ست وعشرين وثلثماية باصطخر وقيل بالطالقان (وهي طالقان قزوين لا طالقان خراسان)، وكان عباد ابو الصاحب وزير ركن الدولة وتوفي عباد في سنة اربع او خمس وثلثين وثلثماية *

وفيها توفي الامام ابو الحسين علي بن عمر بن احمد المعروف بالدارقطني كان حافظا اماما فقيها علي مذهب الشافعي وكان يحفظ كثيرا من دواوين الشعراء منها ديوان السيّد الحميري فنسب الي التشيّع لذلك، وخرج من بغداد الي مصر واقام عند ابي الفضل جعفر وزير كافور الاخشيدي وحصل للدارقطني منه مال جزيل وكان متفننا في علوم كثيرة اماما في علوم القران، وكان مولده في ذي القعدة سنة ست وثلثماية وكانت وفاته ببغداد، والدارقطني نسبة الي دار القطن وكانت محلة كبيرة ببغداد *

وفيها توفي ابو محمد يوسف بن الحسن بن عبد الله بن المرزبان السيرافي النحوي الفاضل بن الفاضل شرح ابوه ابن عبد الله كتاب سيبويه فظهر له فيه ما لم يظهر لغيره وصنّف

m) اشام من طويس eſt proverbium arabicum, de quo Meidanius: امي كانت تمشي بين نساء الانصار بالنمايم ثم ولدتني في الليلة التي مات فيها رسول الله وفطمتني في اليوم الذي مات فيه ابو بكر وبلغت الحلم في اليوم الذي قتل فيه عمر وتزوجت في اليوم الذي قتل فيه عثمان وولد لي في اليوم الذي قتل فيه علي، "Ipſe Tovais, ſcurra Medinenſis, de ſe narrare

bicae rationes pertinet; alterum, ſufficientem inſcriptum, de arte et ratione litteras [quales nomine principis ad alios ſummi ordinis viros dare partium magiſtri epiſtolarum eſt] exarandi; tertium, librum de Imamatu, quo excellentes Alii virtutes exſequitur, ſimulque, qui eum praeceſſerunt, [legitimos Chalifas, Abu-Becrum, Omarum, et Otmanum,] probos Imamos [ſeu antiſtites] et rite electos fuiſſe, demonſtrat; quartum pro Veziris, quo eorum munia et officia exponit. Scripſit quoque carmina elegantia. (416) Lucem primam viderat menſe penultimo anni CCCXXVI Eſtocharae, aut, quod alii perhibent, Talacanae. Qui auctores Talacanam Cazvinenſem, non Choraſanicam, ſignificant. Pater eius Abad fuerat Vezirus Rocn-ed-daulae, mortuus anno CCCXXXIV, aut CCCXXXV.

Eodem in urbe patria, Bagdado, deceſſit Imam Darcatani, vulgo ſic appellatus ex Dar el Catani, magno illo urbis Bagdadicae vico, Abu-l-Hoſain Ali, filius Omari, filii Ahmedis, celeber Hafet, Imamus, et Fakihus, ſecundum mentem Schafiaei. Multos ille veterum poëmatum codices memoria tenebat, et inter ceteros illum poëtae, qui vulgo Nobilis Homeirita appellatur; qui vir quum ab odio Sunniticae ſectae, partiumque Aliticarum ſtudio innotuerit, factum ex eo fuit, ut noſter, qui carmina eius amabat, Schiiſmi, inſimularetur. Bagdado Miſram abierat, ibique amicum et patronum nactus fuerat Abu-l-Fadlum Gafarum, Vezirum Cafuri Achſchidici; a quo Veziro magnis opibus cumulatus fuit. Variis excellebat in ſcientiis, in arte Coranum interpretandi regnabat. Lucem primam viderat a. CCCVI menſe penultimo.

Eadem in urbe pariter vivere deſiit eodem anno Abu-Muhammed Iuſef, filius Haſani, filii Abdallae, filii Marzapani, Siraſenſis, grammaticus celeber, grammatici celebris filius. Pater enim eius, Haſan, auctor eſt illius commentarii in Sibuiae grammaticam, in quo commentario prodidit eruditionis exemplum

وصنّف بعده كتاب الاقناع ، ومات الحسن المذكور قبل اتمامه فكمّله ولده يوسف المذكور ثم صنف عدة كتب مشهورة مثل شرح ابيات كتاب سيبويه وشرح اصلاح المنطق ، وسيراف فرضة فارس وليس فيها زرع ولا ضرع واهلها رجاة *p* ومنها ينتهي الانسان الي حصن ابن عمارة علي البحر من امنع الحصون ويقال ان صاحبها هو الذي يقول الله تعالي في حقه وكان وراءهم ملك ياخذ كل سفينة غصبا *q* ، وكان اسم ذلك الملك الجلندا (بضم الجيم واللام وسكون النون وفتح الدال المهملة وبعدها الف) ☼

ثم دخلت سنة ست وثمانين وثلثماية ، ذكر وفاة العزيز بالله وولاية ابنه الحاكم ، في هذه السنة لليلتين بقيتا من رمضان توفي العزيز بالله ابو منصور نزار بن المعز معد بن المنصور اسماعيل العلوي الفاطمي صاحب مصر وعمره اثنين واربعين سنة وثمانية اشهر بمدينة بلبيس وكان قد برز اليها لغزو الروم ، وكان موته لعدة امراض منها القولنج ، وكانت خلافته احدي وعشرين سنة وخمسة اشهر ونصف شهر ومولده بالمهدية ، وكان قد ولي كتابته رجلا نصرانيا يقال له عيسي بن نسطورس واستناب بالشام رجلا يهوديا اسمه ميشا *r* ، فاستطالت النصاري واليهود بسببهما علي المسلمين ، فعمد اهل مصر علي قراطيس فعملوها علي صورة امراة ومعها قصّة وجعلوها في طريق العزيز ، فاخذها العزيز وفيها مكتوب بالذي اعزّ اليهود بميشا والنصاري بعيسي بن نسطورس واذلّ

narrare ſolebat, matrem ſuam olim famigerulam inter feminas Medinenſes fuiſſe, ſe ipſum inde natum fuiſſe illa nocte, qua Muhammed, apoſtolus

haud facile alii cuiquam imitabile; idem auctor eſt libri ſufficientiae, quem quum ille fato praeventus abſolvere non potuiſſet, perfecit filius, de quo ſermo nobis hic inſtitutus eſt. Illo finito plures alios percelebres libros edidit hic Ioſephus, ut commentarium in poëtarum verſus, a Sibuia in grammatica citatos;* item commentarium in librum de ratione intellectum et ſermonem emendandi.** Sirafenſis hic appellatur, pariter atque pater, a patria, Siraf, emporio Perſidis, cuius incolae tantum nautae ſunt, agri pecorumque culturam neſciunt. Inde pervenitur ad fortiſſimam illam arcem maritimam Heſn Ibn-Omara dictam, cuius conditorem atque dominum ſunt qui contendunt illis Corani verbis deſignari: "Erat pone eos princeps, qui naves omnes vi rapiebat." Iſtius hic deſignati principis nomen erat Golanda. Sed haec in tranſitu.

Anni CCCLXXXVI [qui die Ian. 24. A. C. 996 coepit] menſis noni die 28 obiit Aegypti dominus Alida-Fatemida, Aziz billah Abu-Manſur Nezar, filius Moëzzi Moad, filii Iſmaëlis Manſuri, anno aetatis ſecundo poſt quadrageſimum, in urbe Belbis [ſeu Peluſio], quo in Romanos invaſionem parans excurrerat, poſtquam Chalifatum per annos viginti et unum, quinque menſes et quindecim dies geſſiſſet. Suſtulit eum ilias morborum, et in his inteſtinorum tormina. Natus fuerat Mahdiae. Magiſtrum epiſtolarum habebat Chriſtianum, nomine Iſam, filium Neſtorii (417); et quaeſtorem in Syria, Iudaeum, Manaſſem dictum. Horum confiſi praeſidio Iudaei et Chriſtiani audebant Muſlemis inſultare. Miſrenſes itaque feminae ſpeciem papiro efformabant, inditoque in larvae manum libello ſupplice, in via collocabant, qua transeundum Azizo erat. Cui libello haec inſcripſerant: "Per illum, qui Iudaeos ſuo Manaſſe, et Chriſtianos ſuo Iſa, Neſtorii filio, potentes et ſuperbos fecit, per te vero

* Vide ad ann. CLXXX.

** Cuius auctor Ibn-es-Sekkit. Vid. ad a. CCXLIII.

وانلّ المسلمين بكل الاكشفت عنّا ، فقبض علي عيسي النصراني المذكور وصادره ، وكان العزيز يحبّ العفو ويستعمله ، ولما مات العزيز بويع ابنه المنصور ابو علي الحاكم بامر الله بعهد من ابيه ، فولي الخلافة وعمره احد عشرة سنة وقام بتدبير ملكه خادم ابيه ارجوان وكان خصيا ابيض فضبط الملك وحفظه للحاكم الي ان كبر ثم قتل الحاكم ارجوان المذكور *

وفيها توفي ابو الذواد بن المسيّب امير الموصل وولي بعده اخوه المقلّد بن المسيب * وفيها توفي منصور بن يوسف بلكين بن زيري الصنهاجي امير افريقية وكان ملكا كريما شجاعا وتولي بعده ابنه باديس بن منصور *

وفيها توفي ابو طالب محمد بن علي بن عطية المكي صاحب قوت القلوب روي انه صنف كتابه قوت القلوب وكان قوته ان ذاك عروق البردي، وكان صالحا مجتهدا في العبادة ولم يكن من اهل مكة وانما كان من اهل الجبل وسكن مكة فنسب اليها، وقدم بغداد فوعظ وخلط في كلامه فهجّروه *t*، وكان مما خلط فيه وحفظ عليه انه قال ليس علي المخلوقين اضرّ من الخالق، ومنع من الكلام بعد ذلك، وتوفي ببغداد في جمادي الاخرة من هذه السنة *

ثم دخلت سنة سبع وثمانين وثلثماية ، ذكر ابتداء دولة بني حماد ملوك بجاية ، (من كتاب الجمع والبيان في اخبار القيروان) ، وفي هذه السنة (اعني سنة سبع وثماينن وثلثماية) عقد باديس

بن

apoſtolus dei, obiit, et ablactatum eo die, quo vivis exceſſit Abu-Becr, pubertatem adiiſſe, quo die peremtus fuit Omar, nuptias celebraſſe, quo die cecidit Otman, et eo tandem, quo Ali cecidit, prolem ſuſcepiſſe."

vero Muſlemos humiliavit, [id eſt per deum] te obteſtamur, quousque tandem ceſſabis angores laxare, quibus ſuffocamur?" His perlectis comprehendebat Aziz Chriſtianum et opibus multabat, nihil irritatus ea contumelia; vir mitis ingenii, et ignoſcendi facilis. Caverat moriens, ut ſibi filius, Manſur Abu-Ali, ſub titulo Hakem beamr allah (418) [ſeu iudicantis ſecundum mandatum dei] ſuccederet, puer tum undecennis; cuius educandi, regnique, donec pubertatem attigiſſet, adminiſtrandi, curam ſuſcipiebat paternus aliquis eunuchus albus, Argovan [hoc eſt purpura] dictus. Hunc tutorem ſuum Hakem poſt haec adultus peremit.

Eodem obiit Emirus Mauſelae Ocailita, Abu-Dovad, filius Moſaiiebi; cui frater, Mocalled, ſucceſſit. Obiit quoque Manſur, filius Ioſephi Belkini, filii Zairii, Sanhagita, Libyae princeps, generoſus, fortis; cui filius, Badis, ſucceſſit.

Eiusdem anni ſexto menſe Bagdadi obiit Abu-Taleb Muhammed, filius Alii, Ibn Atia, Meccanus, vulgo ſic nominatus, non quod Mecca eſſet oriundus; nam in montana regione [ſeu Parthia] editus fuerat, ſed quod apud Meccam diu vixit, auctor celeberrimi libri, alimentum cordium (419) inſcripti, quem dum ſcriberet, fertur, praeter papyri radices, alio nullo alimento uſus fuiſſe. Et certe omne ſtudium ſuum in cultum dei conferebat. Veniebat aliquando Bagdadum, et, dum ibi publice concionatur, abreptus fervore ſermonis, effudit aliqua ſanae doctrinae minus congrua; quo factum ut eum, pro deliro ſene habitum, vetuerint porro ſermones in publico facere. De illis, quae in illo ſermone duriuſcula inconſulte effuderat, haec dictio obſervata et memoriae tradita fuit, mortalibus nihil nocentius, nihil iniquius eſſe creatore.

Anno CCCLXXXVII [qui die 13 Ian. A. C. 997 coepit] adſcribenda ſunt exordia regni Hamaditarum in Africana provincia Bagaia [Byzacio]. Idem enim ille Badis, quem paullo

بن منصور بن بلكين صاحب افريقية في شهر صفر الولاية لعمه حماد بن بلكين علي اشير، وخرج اليها حماد واتّسعت ولاية حماد وكثر دخله وعظم شانه واجتمع له الاموال والعساكر وبقي كذلك الي سنة خمس واربعماية ، فاظهر حماد الخلاف علي ابن اخيه باديس وخرج عن طاعته وخلعه وسار كل منهما بجموعه الي الاخر واقتتلا في اول جمادي الاولي سنة ست واربعماية ، فانهزم حماد هزيمة شنيعة بعد قتال شديد جري بين الفريقين ، ولما انهزم حماد التجي الي قلعة مغيلة ثم سار حماد الي مدينة دكمه ونهبها ونقل منها الزاد الي القلعة المذكورة وسار اليها وتحصّن بها وباديس نازل بالغرب منه محاصرا له، ودام الحال كذلك حتي توفي باديس فجاة نصف ليلة الاربعا اخر ذي القعدة سنة ست واربعماية، وتولي بعد باديس ابنه المعز واستمرّ حماد علي الخلف معه كما كان مع ابيه حتي اقتتل المعز وحماد في سنة ثمان واربعماية بموضع يقال له نيني ، فانهزم حماد بعد قتال شديد هزيمة قبيحة ، وبعد هذه الهزيمة لم يعد حماد الي قتال واصطلح مع المعز المذكور علي ان يقبض حماد علي ما في يده وهو عمل ابن علي وما وراءه من تاهرت واشير واستقر للقايد ابن حماد المسيلة وطبنة ومرسي الدجاجي وزواوة ومقرة ودكمة وغير ذلك، وبقي حماد وابنه القايد كذلك حتي توفي حماد في نصف سنة تسع عشرة واربعماية، واستقر في الملك بعد ابنه القايد بن حماد وبقي القايد في الملك حتي توفي في سنة ست واربعين واربعماية في شهر رجب ، ولما توفي القايد ملك بعده ابنه المحسن بن القايد بن حماد ، فاساء السيرة وخبط v وقتل جماعة من اعمامه ، فخرج عن طاعة المحسن المذكور ابن عمه بلكين بن محمد بن حماد واقتتل معه فقتل بلكين محسنا المذكور وملك موضعه في ربيع الاول سنة سبع

ante nominabamus, Manſuri filius, commendabat huius anni ſecundo menſe praefecturam Aſchiri ſuo patrueli, Hamado, filio Belkini (420); qua ille ſuſcepta, contractis aliis multis praeturis, et ampliata ditione, magnas acquirebat opes, redituumque dives et copiarum, tam potens evadebat, ut his fretus praeſidiis anno tandem CCCCV iugum ſui ex fratre nepotis, Badiſi, auderet excutere, publiceque negaret eum dominum agnoſcere, eiusque auctoritatem eiuraret. Concitabat ea res inteſtinum bellum. Ineunte menſe quinto anni CCCCVI concurritur. Atroci commiſſa pugna turpiter profligatus Hamad in arcem Magila ſe recepit. Vnde excurrens in urbem Dacamam, quidquid ibi reperibat commeatus, correptum in arcem illam transferebat, eaque ratione ſuſtinebat aliquamdiu Badiſum, prope aſſidentem, donec tandem hic media nocte, quae diem Mercurii eundemque ultimum penultimi menſis eiusdem anni CCCCVI praeceſſit, ſubito exſpiraret. Ita liberatus ab obſidione Hamad, pergebat Maazzo, filio et ſucceſſori Badiſi, eadem pertinacia obluctari, et anno CCCCVIII manus cum eo ad Tabena, nihilo ſecundiore fortuna, conferebat. Foedam enim in fugam ab acri praelio coniectus bellare deſiſtebat, compoſitioni aurem praebens, qua decretum fuit, ut Hamad, quidquid eo ipſo tempore teneret, hoc eſt praefecturam Ibn Alii [ſic dictam] et ultra eam ſitas provincias Aſchir et Tahort, porro quoque retineret; filio autem eius, Caiedo, cederent Maſila, Tabena, Marſa Dagagi, Zavava, Macra, Dacama et aliae. Manſit in his Hamad cum filio usque ad annum CCCCXIX, quo ille vivere deſiit, hic principatum ſolus adiit. Hunc menſe anni CCCCXLVI ſeptimo denatum excepit filius, Mohſen, qui turpis vita, temereque, tanquam furioſus, omnia verſans, et in patruos laniena graſſatus, irritabat aliquem affinem ſuum, Belkinum, filium Muhammedis, ad defectionem, et inde ad bellum, quo ſubactus occubuit, menſe tertio anni CCCCXLVII. Itaque Belkinus iſte regnare coepit, qui

سبع واربعين واربعماية ، وبقي حتي عدم بلكين المذكور الناصر بن علناس بن حماد واخذ منه الملك في رجب سنة اربع وخمسين واربعماية واستقرّ الناصر بن علناس بن حماد في الملك حتي توفي في سنة احدي وثمانين واربعماية وملك بعده ابنه المنصور بن الناصر وبقي في الملك حتي توفي في سنة ثمان وتسعين واربعماية ، وملك بعده ابنه باديس بن المنصور واقام باديس مدة يسيرة وتوفي ، وملك بعده اخوه العزيز بالله بن المنصور وبقي في الملك حتي توفي ، ولم يقع لي تاريخ وفاته ، وملك بعده ابنه يحيي بن العزيز بالله وبقي في الملك حتي سار عبد المومن من المغرب الاقصي وملك بجاية ، قال ابن الاثير في الكامل ان ذلك كان في سنة سبع واربعين وخمسماية ، وكان اخر من ملك منهم يحيي بن العزيز بالله بن المنصور بن الناصر بن عناس *x* بن حماد بن بلكين وانقرضت دولة بني حماد في السنة المذكورة ، وكان ينبغي ان نذكر ذلك مبسوطا مع السنين وانما جمعناه الغلّته لينضبط *

ذكر موت نوح صاحب ما وراء النهر ، في هذه السنة مات الامير الرضي نوح بن منصور بن نوح بن ناصر بن احمد بن اسماعيل بن احمد بن اسد في رجب واختلّ ملك آل سامان بموته ، ولما توفي قام بالامر بعده ابنه ابو الحرث منصور بن نوح *

ذكر موت سبكتكين ، في هذه السنة توفي سبكتكين في شعبان وكان مكانه ببلخ فلما طال مرضه ارتاح الي هوي غزنة ، فخرج عن بلخ اليها فمات في الطريق فنقل ميّتا ودفن بغزنة ، وكانت مدة ملكه عشرين سنة ، وكان عادلا خيرا ، ولما حضرته الوفاة عهد الي ولده اسماعيل وكان

o) اطلق *libere demiſſum fuit ſuper ipſum* h. e. nude, ſimpliciter, univerſaliter dictum. Vocabulum grammaticis frequens.

anno CCCCLIV periit dolis Naſeri, filii Alnaſi, filii Hamadi, qui regnavit ad annum CCCCLXXXI usque, quo ei ſucceſſit filius, Manſur, manſitque, donec obiret anno CCCCXCVIII. Huius Manſuri filius, Badis, poſt brevem dominationem vita decedens locum fratri faciebat, Azizo billah, qui quo deceſſerit anno, mihi non conſtat. Filius Azizi, Iahia, fuit ultimus Bagaiae princeps. Eum enim veniens ex ultima Mauritania Abd-el-Mumen expulit. Haec dicenda de iſto Hamaditarum regno habebamus, auctorem chronici iam ſupra laudati (Kitab el-beian fi achbar el-Cairovan) hac in re ſecuti. Finem eius regni refert Ibn-el-Atir in Camelo ad annum DXLVII, aitque ultimum eius gentis Iahiam fuiſſe, filium Azizi billah, filii Manſuri, filii Naſeri, filii Alnaſi, filii Hamadi, filii Belkini, filii Zairii. Debueramus quidem ex inſtituto noſtro ſingulos illos caſus ad ſuos quosque annos referre. Maluimus tamen omnibus uno in loco exhibendis defungi, veriti, ne minuta haec fruſtillatim diſcerpta, ex oculis quaſi et animis lectorum elaberentur minusque perſpicue perciperentur.

Vt autem hic annus naſcentem vidit hanc in Africa poteſtatem, ita corruentem aliam in Aſia haud paullo maiorem vidit idem. Huius enim anni ſeptimo menſe Nuh obibat, Choraſanae et Tranſoxanae dominus, cui titulus erat Emir er-Radi [ſeu princeps acceptus] filius Manſuri, filii Nuhi, filii Naſeri, filii Ahmedis, filii Aſadi, filii Samani; quo caſu convulſa fuit Samanidarum potentia. Succeſſit illi filius Abu-l-Haret Manſur.

Paullo poſt ſecutus hunc principem ad inferos abiit Soboctekin, qui, Balchae ad id temporis habere ſolitus, quum morbi diuturni taedio mutatum coelum appeteret, ideoque Gaznam tenderet, ipſo in itinere, occupatur a fato, huius anni octavo menſe, Gaznaeque ſepelitur. Regnaverat annos viginti ferme, multa cum laude, rex aequus et probus. Nuncupaverat quidem inſtante fine ſucceſſorem filium natu minorem, Iſmaëlem, prae-

وكان محمود اكبر منه ، فملك اسماعيل ، فكان بينه وبين اخيه محمود قتال تلك المدة ، ثم انتصر محمود وانهزم اسماعيل وانحصر في قلعة غزنة ، فحاصره محمود ، فنزل اسماعيل بالامان فاحسن اليه محمود واكرمه ، وكان مدة ملك اسماعيل سبعة اشهر *

ذكر وفاة فخر الدولة ، وفي هذه السنة توفي فخر الدولة ابو الحسن علي بن ركن الدولة ابي علي الحسن بن بويه بقلعة طبرك في شعبان ، واقعدوا بعده ولده مجد الدولة ابا طالب رستم وعمره اربع سنين ، واتّفق الامراء علي ذلك وكان المرجع في تدبير الملك الي والدة ابي طالب المذكور *

وفيها توفي ابو الوفا محمد المهندس الحاسب البوزجاني احد الايمة المشاهير في علم الهندسة ومولده في رمضان سنة ثمان وعشرين وثلثماية ببوزجان وهي بليدة من خراسان بين هراه ونيسابور *

وفيها توفي الحسن بن ابراهيم بن الحسن من ولد سليمان بن زولاف وهو مصري الاصل وكان فاضلا في التاريخ وله فيه مصنفات وله كتاب خطط y مصر وكتاب قضاه مصر وله غير ذلك من المصنفات رحمه الله تعالي *

وفيها توفي الحسن بن عبد الله بن سعيد العسكري العلّامة وكنيته ابو احمد صاحب التصانيف الكثيرة في اللغة والامثال وغيرها ، وكان ابو احمد المذكور من اهل عسكر مكرم وهي مدينة من كور الاهواز ، وكان مولده في شوال سنة ثلاث وتسعين ومايتين واخذ العلم عن ابي بكر بن دريد ، ومن جملة تصانيفه كتاب في علم المنطق وكتاب الزواجر وكتاب المختلف والموتلف وكتاب الحكم والامثال *

ثم

terito maiore, Mahmudo; neque tamen ultra ſeptimum menſem Ibrahim regno gaviſus eſt. Bello enim per totum illud tempus continuo a fratre Mahmudo fractus, et in arcem Gaznenſem compulſus, tandemque et illinc data fide detractus, a fratre habebatur quidem honorifice, privatus tamen.

Eiusdem anni menſe decimo tertius huic numero vivis exemtorum principum accedebat Fachr-ed-daula Abu-l-Haſan Ali, filius Rocn-ed-daulae Abu-Ali Haſani, filii Buiae; cui in arce Tabarac defuncto ſufficiebant magnates communi conſilio filium, Magd-ed-daulam Abu-Talebum Roſtamum, quadrimum adhuc puerum, matre adminiſtrationem imperii capeſſente.

Eodem obiit Abu-l-Vafa Muhammed, filius Muhammedis, Mohandes [hoc eſt geometra] Buzganenſis, ſic a patria Buzgan, oppidulo Choraſanico, Haratam inter et Niſaburam ſito, dictus, e praecipuis atque celeberrimis geometris, natus nono menſe anni CCCXXVII.

Eodem obiit Haſan, filius Ibrahimi, filii Hoſaini, de gente Solaimani, filii Zulac, Miſrenſis, homo bene verſatus in hiſtoria, patria praecipue, quod eius editi numero plures libri teſtantur, ut ille de nomis Aegypti vel plateis Miſrae urbis, alter de Cadiis Aegypti, aliique.

Eodem obiit Abu-Ahmed Haſan, filius Abdallae, filii Saidi, Aſcarenſis, ſic a patriae nomine dictus, quae Aſcar-Mocram fuit. Eſt ea urbs Ahvazena, ubi noſter menſe decimo anni CCXCIII in lucem prodiit. Auctor eſt multorum argumenti litterarii librorum, quo pertinent logica, et liber Zavageri (421) inſcriptus, porro liber diſparati et coniuncti, vel de iis, quae cohaerent, et quae minus. Item collectio ſapientium dictorum et proverbiorum, et alii. Magiſtro fuerat uſus Ibn-Doraido Abu-Becro.

Anno

ثم دخلت سنة ثمان وثمانين وثلثماية ، ذكر قتل صمصام الدولة ، في هذه السنة في ذي الحجة قتل صمصام الدولة ابو كاليجار المرزبان بن عضد الدولة فنا خسرو بن ركن الدولة حسن بن بويه بسبب شغب الديلم عليه ، وكان عمر صمصام الدولة خمسا وثلثين سنة وسبعة اشهر ومدة ولايته بفارس تسع سنين وثمانية ايام ، قال القاضي شهاب الدين بن ابي الدم ان صمصام الدولة المذكور لما خرج من الاعتقال وملك في سنة ثمانين وثلثماية كان اعمي من حين سمل ، واستمر في الملك وكان منه ما تقدم ذكره حتي قتل في هذه السنة وهو اعمي ❊

وفيها توفي محمد بن الحسين بن المظفر المعروف بالحاتمي احد الاعلام وكان اماما في الادب واللغة وهي صاحب الرسالة الحاتمية التي بيّن فيها سرقة المتنبي ، ونسبه الي حاتم بعض اجداده ❊

ثم دخلت سنة تسع وثمانين وثلثماية ، ذكر القبض علي الامير منصور بن نوح وولاية اخيه ، في هذه السنة اتفق اعيان عسكر منصور الساماني مع بكتوزون وفايق وخلعوا منصور بن نوح وامر بكتوزون به فسمل واعماه ولم يراقب الله ولا احسن مواليه اليه ، واقاموا في الملك اخاه عبد الملك وهو صبي صغير ، وكان مدة ملك منصور سنة وسبعة اشهر ❊

ذكر ملك محمود بن سبكتكين خراسان ، ولما وقع من بكتوزون وفايق ما وقع في حق منصور بن نوح كتب محمود بن سبكتكين يلومهما علي ذلك وسار اليهما فاقتتلوا اشد

p) رجاة quid ſit neſcio. Loci ratio poſtulat, ut pro *remigibus* accipiatur.

Anno CCCLXXXVIII [qui die 2 Ian. A. C. 998 coepit] peremtus eſt a Dailomitis tumultuantibus Samſam-ed-daula (422) Abu-Caligar, filius Adad-ed-daulae Fana-Choſru, filii Rocn-ed-daulae Haſani, filii Buiae, poſtquam Perſidi novem annos et octo dies imperaſſet, natus triginta quinque annos cum ſeptem menſibus. Obſervat ad hunc locum Cadi Schahab-ed-din Ibn Abu-d-Dammi, Samſam-ed-daulam hunc, quum exiret e carcere, Perſideque potiretur, quod anno CCCLXXX contigit coecum fuiſſe, et coecum ea peregiſſe omnia, quae in ſuperioribus expoſita fuere. (423) Fratrem enim eius, Sharf-ed-daulam, ipſi oculorum uſum lamina candente ademiſſe; quam rem ad annum CCLXXIX attigimus.

Eodem obiit Muhammed, filius Hoſaini, filii Modafferi, Hatemicus, vulgo ſic de Hatemo, uno quodam maiorum ſuorum, dictus, inſignis polyhiſtor, in elegantiore litteratura princeps, auctor ſchediasmatis ab Hatemico profecti, in quo Motanabbii plagia poëtica detexit.

Anno CCCLXXXIX [qui die 22 Dec. A. C. 998 coepit] deſiit Samanidarum poteſtas. Summi enim copiarum duces, cum Becturuno et Faieco conſpirantes, Manſurum, Nuhi filium, nomine et auctoritate regia, qua per undeviginti menſes gaviſus fuerat, exuebant, tum eiusdem Becturuni iuſſu, candente lamina excoecabant, ingrati ſaevique hominis, qui neque dignitatis herilis, neque beneficiorum, quae ab eius gentilibus acceperat, ullam habebat rationem. Sufficitur ipſi frater Abd-el-Malec, ſed is admodum puer, nullo operae pretio.

Mahmud enim Gaznevita, per cauſſam ulciſcendae iniuriae, Manſuro a Bekturuno et Faieko, ut modo vidimus, iniunctae, adoriebatur eos bello, prius per litteras ob demonſtratam erga herum perfidiam obiurgatos, acerrimoque praelio contuſos et laceratos fugere cogebat ad extrema Chroraſanae; rebus autem his

 ex

اشد قتال ثم انهزم بكتوزون وفايق وتبعهم محمود يقتل في عسكرهم حتي بعدوا في الهرب واستولي محمود علي ملك خراسان وقطع منها خطبة السامانية ❊

ذكر انقراض دولة السامانية، وفي هذه السنة انقرضت دولة السامانية، فان محمود بن سبكتكين لما ملك خراسان وقطع خطبتهم اتّفق ببخارا مع عبد الملك بكتوزون وفايق واخذوا في جمع العساكر، فاتفق ان فايقا مات في تلك المدة وكان هو المشار اليه، فضعفت نفوسهم بموته، فبلغ ذلك ايلك خان فسار في جمع الاتراك الي بخارا واظهر المودّة لعبد الملك والحمية له فظنّوه صادقا وخرج اليه بكتوزون وغيره من الامراء والقواد، فقبض عليهم وسار حتي دخل بخارا عاشر ذي القعدة من هذه السنة ثم قبض علي عبد الملك بن نوح وحبسه حتي مات في الحبس وحبس معه اخاه منصورا الذي سمّلوه وباقي بني سامان، فانقرضت دولة بني سامان، وكانت دولتهم قد انتشرت وطبقت كثيرا من الارض وكانت من احسن الدول سيرة وعدلا، وهذا عبد الملك هو عبد الملك بن نوح بن منصور بن نوح بن نصر بن احمد بن اسماعيل بن احمد بن اسد بن سامان، فسبحان من لا يزول ملكه، وكان ابتداء ولايتهم في سنة احدي وستين ومايتين وانقرضت في هذة السنة (اعني سنة تسع وثمانين وثلثماية) ❊

ثم دخلت سنة تسعين وثلثماية، في هذه السنة وقيل في سنة خمس وسبعين وثلثماية توفي ابو الحسين بن فارس بن زكريا الرازي اللغوي كان اماما في علوم شتّي وخصوصا في

q) Locus eſt Corani, quem imitatur Arabſiades in hiſt. Timuri p. 129. l. 7.

ex animi ſententia confectis, ipſe parta ſua faciebat, derogabat auctoritati Samanidarum, et ſibi porro vota publice dici, honoresque domino debitos per eam provinciam tribui iubebat.

Ad cladem hanc Samanidarum haud parum quoque recentis regis, Abd-el-Maleki, captivitas conferebat, in quam incidit hoc modo. Becturun et Faiek, Choraſana, ut vidimus, expulſi, communi conſilio cum Abd-el-Maleco Bocharae inſtituebant copias conſcribere. Haec autem inter molimina Faiek obiit conſiliorum omnium auctor et rector. Quo caſu vehementer elanguerunt eorum animi, turbataeque fuerunt rationes. Ilek Chan, Turcarum rex, uſus ea occaſione, cum Turcis ſuis Bocharam petebat, amicum ſe curatoremque et protectorem Abd-el-Maleki ſimulans. Fidem quoque apud Becturunum aliosque utriusque militiae principes inveniebat, quos tamen, ad ipſum ex urbe foras egreſſos in caſtris nactus, incautos comprehendebat omnes, et paullo poſt, Bocharam ingreſſus, die decimo penultimi menſis huius anni, Abd-el-Malecum ipſum, Nuhi filium, Samanidam, comprehenſum pariter, carcere damnabat aeterno, unaque fratrem eius excoecatum, Manſurum, et eos omnes, quibus gentis huius erat communio. Itaque deſiit illa gens, quae orbis terrarum non contemnendam partem in ditione habuit, omnemque laudibus bene adminiſtratae iuſtitiae praeclaraeque moderationis implevit. Iuvat hic loci regum Samanidarum nomina brevibus repetere. Abd-el-Malec erat filius Nuhi, filii Manſuri, filii Nuhi, filii Naſri, filii Ahmedis, filii Iſmaëlis, filii Ahmedis, filii Aſadi, filii Samani. Horum imperium, quum hoc anno deſierit, et anno CCLXI coeperit, neceſſe eſt ut annos centum et duodetriginta tenuerit. Veneremur deum, cuius ſolius regnum nunquam deficit.

Anno CCCXC [qui die 12 Dec. A. C. 999 coepit] obiit Abu-l-Hoſain Ahmed, filius Fareſi, filii Zakariae, Razi, philologus, qui, quamvis in aliis variis diſciplinis haud parum profeciſſet,

في اللغة وله عدة مصنفات منها كتابه المجمل في اللغة ووضع المسايل الفقهية وهي ماية مسالة * * a في المقامة الطيبية، وكان مقيما بهمذان وعليه اشتغل البديع الهمذاني صاحب المقامات ۞

ثم دخلت سنة احدي وتسعين وثلثماية، فيها قتل حسام الدولة المقلد بن المسيب بن رافع بن المقلد بن جعفر بن عمر بن مهنّا من ولد ربيعة بن عامر بن صعصعة بن معاوية بن بكر بن هوازن العقيلي، وكان المقلد المذكور اعور واخوه ابو الذواد b بن المسيب هو اول من استولي منهم علي الموصل وملكها في سنة ثمانين وثلثماية حسبما تقدّم ذكره، ثم ملكها بعده اخوه المقلد المذكور في سنة ست وثمانين واستمر مالكها حتي قتل في هذه السنة قتله مماليكه الاتراك بالانبار وكان قد عظم شانه، ولما مات قام مقامه ابنه قرواش بن المقلد بن المسيب ۞

وفيها توفي ابو عبد الله الحسين بن الحجاج الشاعر بطريق النيل وكان شاعرا مشهورا ذا مجون وخلاعة c وتولي حسبة بغداد مدة وكان من كبار الشيعة واوصي ان يدفن عند مشهد موسي بن جعفر وان يكتب علي قبره وكلبهم باسط ذراعيه بالوصيد، ولما مات بالنيل نقل الي بغداد ودفن كما اوصي، والنيل

r) مبشا Ibn-Schehna Leid. مبشا Dorvill. منشاه Apud Maraium منشا *Manaſſes.*

s) كشفت عنّا ſcil. كربنا *diſcuties a nobis angorem noſtrum.*

t) فهجروه ſi legas in II Coni. erit, *pro deliro ſene habuerunt*, ſi in I. *fugarunt*, vel *coërcerant eum* a publicis coetibus.

v) خبط proprie eſt *quaſſit*, *percuſſit.* Similitudo ſumta a camelo, qui noctu

feciſſet, in litteratura tamen excellebat, quod numeroſi teſtantur eius libri, in quibus eſt Catholicon in litteratura Arabica, ut et centum illae quaeſtiones e iuris ſacri ſcientia depromtae, quas eius diſcipulus, Badi Hamadanenſis in ſua diſputatione Taiebica propoſuit. Hamadanae degebat noſter; unde copia eum audiendi, et ab ipſo proficiendi facta fuit modo laudato Badio, auctori celebrium illarum diſputationum, de quo deinceps plura dicemus. Sunt tamen alii, qui noſtri huius Ibn-Fareſi finem ad annum CCCLXXV referunt. (424)

Anno CCCXCI [qui die 30 Novemb. A. C. 1000 coepit] peremtus fuit Anbarae, a Turcicis quibusdam ſuis mancipiis, Huſam-ed-daula Mocalled, filius Moſaiiebi, filii Rafei, filii Mocalledi, filii Gafari, filii Omari, filii Mahanna, de poſteris Rabiae, filii Ameri, filii Saſaae, filii Moaviae, filii Becri, filii Havaſeni, Ocailita, ſecundus hac e gente dominus Mauſelae. Diximus enim ad annum CCCLXXXI fratrem huius, Abu-Dovadum Muhammedem, eo anno provinciam illam Hamdanidis ademiſſe, ſuaeque gentis ibi regnum fundaſſe. Succeſſerat illi Mocalled anno CCCLXXXVI, qui quamvis luſcus eſſet, magnas tamen contraxit vires, et illuſtre nomen ſibi peperit. Succeſſorem habuit filium, Carvaſchum.

Eodem obiit, dum Nilum tendit, in itinere, Abu-Abdalla Hoſain, filius Hegagi, poëta, a iocoſo et diſſoluto clarus ingenio, cuius exemplum illud ſit, quod moribundus teſtamento edixit, ut apud martyreum Gafari, Alidae, ſepeliretur, (erat enim in praecipuis Schiitis) nihilque aliud ſuo cippo inſcriberetur praeter illam Corani ſententiam: "Et canis eorum extendebat brachia ſua in oſtio caveae." (425) Olim Haſebi [ſeu quaeſtoris generalis] munus Bagdadi geſſerat, quo etiam Nilo, ubi deceſſit, translatus, ibidemque loci, ubi iuſſerat, humatus, et titulo, quem praeſcripſerat, ornatus fuit. Ne quis autem per errorem de Nilo cogitet, illo celeberrimo Aegypti fluvio, tenen-

والنيل بلدة علي الفرات بين بغداد والكوفة ، واصل اسم هذا الموضع ان الحجاج بن يوسف حفر به نهرا مخرجه من الفرات عليه قري وسمّاه بنيل مصر ۞

ثم دخلت سنة اثنين وتسعين وثلثماية ، فيها غزي السلطان محمود بن سبكتكين بلاد الهند فغنم وسبي واسر كثيرا وعاد الي غزنة سالما غانما ۞

وفيها جري بين قرواش بن المقلد بن المسيب العقيلي وبين عسكر بهاء الدولة حروب انتصر فيها قرواش اوّلا ثم انتصر عسكر بهاء الدولة ۞

وفيها توفي محمد بن محمد بن جعفر الفقيه الشافعي المعروف بابن الدقاق صاحب الاصول ۞

ثم دخلت سنة ثلاث وتسعين وثلاثماية ، فيها ملك يمين الدولة محمود بن سبكتكين سجستان وانتزعها من يد صاحبها خلف بن احمد وبقي خلف بن احمد المذكور في الجورجان بعد ذلك اربع سنين ثم نقله يمين الدولة الي جردين واحتاط عليه هناك حتي ادركه اجله سنة تسع وتسعين ، وكان خلف المذكور مشهورا بطلب العلم وله تفسير من اكبر الكتب ۞

وفيها توفي ابو عامر الملقب بالمنصور امير الاندلس وكان قد عظم شانه واكثر الغزوات وضبط البلاد وكانت ولايته في سنة ست وستين وثلثماية كما ذكرناه هناك ، فكانت مدة ولايته نحو سبع وعشرين سنة ولم يكن للمويد خليفة الاندلس معه من الامر شي ، ولما توفي المنصور بن ابي عامر المذكور تولي بعده ابنه

dum, Nilum eſſe oppidum ad Euphratem, Bagdado et Cuſae interpoſitum, cui nomen illud auctor eius, celeber ille quondam imperator, Hegagus, Ioſefi filius, ideo impoſuit, quod rivum ibi quendam ex Euphrate deducebat, qui pagis et oppidis utrinque obſitus Aegyptiacum Nilum haud male referebat.

Anno CCCXCII [qui die 19 Nov. A. C. 1001 coepit] impetebat Mahmud, filius Soboctekini, terras Indorum, multaque coacta praeda, humanaque et beſtiis, ſalvus inde atque opulentus Gaznam redibat. [Quod ſaepius ab eo factum deinceps videbimus.]

Hoc anno interceſſerunt Carvaſchum inter, (filium Mocalledi, filii Moſaiiebi, principem Arabem Ocailitam,) et copias Bahaêddaulae Buidae, conflictus varii, quibus ille primum, et hic deinde verſa vice, ſuperior fuit.

Eodem obiit Muhammed, filius Muhammedis, filii Gafari, fakihus Schafiaeicus, nomine Ibn-ed-Dakaki [ſeu filii molitoris] vulgo celeber, auctor libri de fundamentis fidei Muhammedanae.

Anno CCCXCII [qui die 9 Nov. A. C. 1002 coepit] Segeſtana potitus fuit Iamin-ed-daula Mahmud, filius Soboctekini, eiecto Chalafo, Ahmedis filio, quem ille Chalafum primum quadriennio Gurganae agere ſivit, deinde ademta prorſus libertate captivum ad vitae finem Gardinae tenuit; Chalaf ille ſtudio litterarum magnam adeptus eſt famam, et edidit commentarium in Coranum, voluminoſum, ſi quod aliud, opus.

Eodem obiit Abu-Amer Muhammed, qui cum Manſuri nomine Andaluſiam rexit (426), ſumma, praeter nomen, cum poteſtate. Nam Chalifae, Movaiedo, nihil erat auctoritatis reliquum, ſed totus e Manſuro pendebat. Regimen inceperat anno CCCLXVI, ut ibi notavimus, quod ad hunc usque productum complectitur ſeriem annorum ſeptem et viginti. Patri ſuccedebat

ابنه ابو مروان عبد الملك بن المنصور المذكور وتلقّب بالمظفّر وجري في الغزو وسياسة الملك عن هشام المويد علي قاعدة ابيه وبقي عبد الملك المذكور في الولاية سبع سنين، فتكون وفاته في سنة اربعماية، ولما توفي عبد الملك المظفر المذكور قام بالامر بعده اخوه عبد الرحمان بن المنصور بن ابي عامر وتلقب عبد الرحمان المذكور بالناصر فتخلط ولم يزل مضطرب الامور مدة اربعة اشهر، فخرج علي المويد ابن عمه محمد بن هشام علي ما سنذكره، فخلع هشام وقتل عبد الرحمان المذكور وصلب *

وفيها كثرت العيارون والمفسدون ببغداد *

وفيها استعمل الحاكم العلوي صاحب مصر والشام علي دمشق ابا محمد الاسود، ولما استقر في قصر الامارة بدمشق وحكم اشهر انسانا مغربيا وينادي عليه هذا جزاء من يحب ابا بكر وعمر، ثم اخرجه من دمشق *

وفيها توفي ببغداد عثمان بن يحيي *d* النحوي الموصلي مصنّف اللمع وغيره * وفيها توفي القاضي علي بن عبد العزيز الجرجاني بالري وكان اماما فاضلا ذا فنون كثيرة، والوليد بن بكر بن مخلد *e* الاندلسي الملكي الفقيه وهو محدّث مشهور، وفيها توفي ابو الحسن محمد

noctu nihil cernit, ideoque coeco et incerto pede terram quatit: unde natum proverbium, quo de homine imperite vel furioſe res ſuas tractante, dicitur يخبط خبط عشواء "quatit iter ſuum quaſſione cameli luſcitioſi." et aliud: اخبط من عشواء "magis ruens absque conſilio, quam camelus luſcitioſus." quod ſic explicat Meidanius: العشواء هي الناقة لا تبصر بالليل وهي تطاء كل شي

bat filius, Abu-Marvan Abd-el-Malek in dignitate Maioris, quem appellant, domus, ſub Modafferi titulo [hoc eſt victoris vel victorioſi] patrisque legebat in adminiſtrando regno, vexandisque bello Chriſtianis veſtigia. Manſit Modaffer eo in munere ſeptennium, adeoque incidit eius obitus in annum CCCC. Huic ſuccedebat frater, Abd-er-Rahman, filius Manſuri, Ibn-Abu-Ameri, ſub Naſeri titulo [ſeu vindicis et adiutoris]. Verum imperitius tractans res et miſcens, non deſiit in turbis et aeſtu eſſe per paucos illos quatuor menſes, quibus obtinuit. Inſurgebat enim adverſus Chalifam, Heſchamum Movaiedum, affinis eiusdem aliquis, Muhammed, filius Heſchami, qua de re deinceps dicemus. Hic Chalifatu deiiciebat Movaiedum, eiusque ſupremum adminiſtrum, modo laudatum Abd-er-Rahmanum, ultimo ſupplicio affectum crucifigebat.

Eodem graſſati fuerunt Bagdadi larga ſegete ſuccreſcentes ſceleſti homines, urbani latrones, publicaeque pacis turbatores.

Eodem praeficiebat Hakem, Alida, dominus Aegypti et Syriae, Damaſco Abu-Muhammedem Aſvadum [ſeu nigrum], qui adita provincia, iamque in Emiratus arce ſedens, inſtituebat Sunnitas [cui religioni Syrorum plerique addicti erant] vexare. Talem aliquem Magrabicum [ſeu praetorianae ſuae cohortis unum, natione Africanum] publice per vias traductum, virgis caedebat proclamante praecone, hoc eum manere praemium, qui Abu-Becrum et Omarum amet. Quo facto eiiciebat eum ex urbe. (427)

Eodem obiit Bagdadi Otman, filius Iahiae, grammaticus, Mauſelenſis, auctor Lami [libri ſic inſcripti] et aliorum. Eodem Raiae obiit Cadi Ali, filius Abd-el-Azizi, Georgianenſis, Imamus celeber, in variis ſcientiarum generibus bene verſatus. Obiit etiam Valid, filius Becri, filii Mocalledi, Andaluſenus, fakihus de ſecta Maleki, celeber traditionarius. Item Abu-l-Haſan

محمد بن عبد الله السلامي الشاعر البغدادي ، فمن شعره في عضد الدولة ،

فبشّرت امالي بملك هو الوري ودار هي الدنيا ويوم هو العمر ،

وله في الدرع ،

يا ربّ سابغة حبتني نعمة كافاتها بالسوء غير مفنّد ،

اضحت تصون *f* عن المنايا مهجتي *g* وظللت *h* ابداها لكل مهنّد ☼

ثم دخلت سنة اربع وتسعين وثلثماية ، ذكر خروج البطيحة عن ملك مهذّب الدولة ، وفي هذه السنة استولي علي البطيحة ابن واصل غلام مهذب الدولة صاحب البطيحة *i* ، فتقدّم عنده حتي جهّز معه جيشا ، فاستولي علي البصرة وسيراف ، فلما فتحها ابن واصل المذكور وغنم اموالا عظيمة قويت نفسه وخلع طاعة مهذب الدولة مخدومه ثم قصده فانهزم مهذب الدولة عن البطيحة ، فاستولي ابن واصل علي بلاد مهذب الدولة واموالة وكانت عظيمة ونهب ما كان مع مهذب الدولة من المال ، وقصد مهذب الدولة بغداد ، فلم يمكن الدخول اليها ، وهذا

x) عناس Sic hoc loco. Supra bis erat علناس Quid ſi pro utroque عباس legendum ſit?

y) خطط Singul. خطّة eſt, teſte Golio, *terra ſtruendo habitaculo ſignata ac regio diplomate praefinita.* Scholiaſtes Haririi ad conſ. XLVIII interpretatur الخطة الارض التي يختطها المرء لنفسه *terra vel ſolum, quod aliquis ſibi ipſe deſignat.* Idem ad conſ. L خطط reddit الدور والازقة المحيطة *domus, et plateae quae illas ambeunt.*

z) النه *ſtatum eius.* Suſpectum. Num آله an صباه Deinde poſt مواليه addidi اليه de meo.

Muhammed, filius Abdallae, Salamita (428), poëta, Bagdadicus. Memorabilis et ſublimis eſt in eo carmine, quo Adad-ed-daulam Buidam laudavit, verſus, quem hic ſubiiciemus:

Erexi meam ſpem nuncio, quem ipſi attuli, de principe [ipſi adeundo,] qui ſolus totum refert humanum genus [deſignat Adadum] et de domo [adeunda,] quae orbis terrarum loco eſt, [ſignificat eius palatium] et de die [obeundo,] qui vicem aetatis univerſae ſupplere queat.

Diſtichon illud de lorica eius quoque eſt:

Lorica, quam aquae inſtar poſſum ſupra corpus meum effundere, quae ſaepe me benigne tutata fuit, o quam ſaepe beneficentiam eius mala mercede compenſavi! neque tamen id ſtolide faciens, aut ideo reprehendendus.

Illa vitalem meum liquorem a fatalibus noxiis, tanquam rem pretioſam ſub arcula ſerisque, tutum conſervat; ego vero illam, quaſi vilem rem, et quam perditam velim, expono cuivis gladio acutiſſimo.

Anno CCCXCIV [qui die 29 Octobr. A. C. 1003 coepit] excidit Mohaddeb-ed-daula poſſeſſione Lacuum, per Ibn-Vaſelum, quem Golamum [ſeu domeſticum protectorem] et familiarem ſuum per varios dignitatum gradus eo tandem evexerat, ut copias adverſus Baſram et Siraf duceret. Quas ambas urbes quum ſui iuris feciſſet Ibn-Vaſelus, auctus ingente praeda, magnisque facultatibus et praeſidiis, inſtituebat ſeſe efferre, herique iugum excutere; tandem egreſſus domi ſuae Mohaddeb-ed-daulam e Lacubus expulſum Bagdadum fugere cogit, terrasque eius et opes omnes, ingentes profecto, occupat et praedatur. Neque Bagdadi, quod ſperaverat, refugium atque ſolatium inveniebat miſer undecunque Mohaddeb-ed-daula. Idem enim ille Cader, quem olim privatum hominem et fugitivum domi ſuae benigne receperat hic Lacuum dominus, et honoribus

وهذا خلاف ما اعتمده مهذب الدولة المذكور مع القادر لما هرب من بغداد اليه ، فان مهذب الدولة بالغ في الخدمة والاحسان اليه ✻

وفيها قلّد بهاء الدولة الشريف ابا احمد الموسوي والد الشريف الرضي نقابة *k* العلويين بالعراق وقضاء القضاة والمظالم وكتب عهده بذلك بن شيدان ولقّبه ذا المناقب *l* ، فامتنع الخليفة من تقليده قضاء القضاة وامضي ما سواه ✻

ثم دخلت سنة خمس وتسعين وثلثماية ، ذكر عود مهذب الدولة الي البطيحة ، كان ابو العباس بن واصل لما استولي علي البطايح قد اقام بها نايبا وسار هو الي البصرة ، فلم يتمكن نايبه من المقام بها وخرج اهل البطيحة عن طاعته ، فارسل عميد الجيوش وهو امير العراق من جهة بهاء الدولة عسكرا واتفق *m* مع مهذب الدولة الي البطيحة ، فلما دخلها لقيه اهل البلاد وسرّوا بقدومه وسلّموا اليه جميع الولايات واستقرّ عليه لبهاء الدولة في كل سنة خمسون الف دينار واشتغل عنه ابن واصل بحرب غيره ✻

وفيها فتح يمين الدولة محمود بن سبكتكين مدينة بهاطية من اعمال الهند وهي وراء الملتان وهي مدينة حصينة عالية السور ✻

ثم

a) Defunt nonnulla. Forte مسالة ذكرها البديع الهمذاني في المقامة aut مسالة ذكرها الحريري في المقامة Prius rectius eſſe puto.

b) الذوان Hoc loco erat الزوان

c) خلاعة *futilitas.* Abulfarag. pag. 210 lin. 11. Deeſt Lexico Gol.

d) بن يحيي Forte بن جني Sic Hagi Chalifa.

e) مخلد vel مجلد Cod. L. habebat محلد

atque beneficiis omnibus abunde cumulaverat, iam, Chalifa factus, ſuum quondam hoſpitem et ſoſpitatorem, verſa vice ſupplicem et exſulem factum, urbe ſua excludebat.

Hoc anno mandabat Baha-ed-daula Scharifo Abu-Ahmedi Muſuvio [ſeu filio Muſae], patri Scharifi Radii, munus Nakibi (429) [ſeu tribuni, vel principis] Alidarum per Iracam, ibidemque ſupremi Cadii, nec non cognitionem iniuriarum, addito titulo Du-l-Manakeb [ſeu viri virtutum illuſtrium]. Ibn-Schidan, Baha-ed-daulae epiſtolarum magiſter, codicillos, quibus illorum officiorum munera viro iniungebantur, expediebat, quos ubi vidit Cader, ſibi ſubſcribendi cauſſa exhibitos, cetera quidem omnia rata habebat, ad dignitatem vero ſupremi Cadii nolebat hominem Alidam et Schiitam admittere.

Anno CCCXCV [qui die 17 Octobr. A. C. 1004 coepit] redibat Mohaddeb-ed-daula ad priſtinas fortunas. Quod ita contigit. Abu-l-Abbas Ibn-Vaſel, relicto in Lacubus, qui ſuo nomine recens parta curaret, Baſram tendebat. Verum ille vicarius locum tueri nequibat, Batihitis [ſeu incolis Lacuſtrium] deſciſcentibus; quorum molitiones ut ſuſtentaret, mittebat Amid-el-Goiuſch, qui tunc loco et ex auctoritate Baha-ed-daulae Emirus Iraki erat, exercitum, qui Mohaddeb-ed-daulam in patriam reducebat. Eum reducem populares magno cum gaudio et applauſu excipiebant, priſtinaque iura et munia reddebant omnia. Baha-ed-daulae vero debebat pro navata opera tributum annum ex pacto, quinquagies mille aureos. Ibn-Vaſel autem diſtrictus aliis bellis de proturbando adverſario, repetendisque amiſſis, cogitare nequibat.

Eodem expugnabat Iamin-ed-daula Mahmud, filius Soboctekini, urbem Indiae, Bahadiam, ultra Moltanam ſitam, probe munitam altisque moenibus inſtructam.

ثم دخلت سنة ست وتسعين وثلثماية ، فيها سار يمين الدولة فغتتح المولتان ، ثم سار الي ندخو بيدا ملك الهند ، فهرب الي قلعته المعروفة بكاليجار فحصره بها ثم صالحه علي مال حمله اليه والتبس *n* ملك الهند خلعته واستعفي من شد المنطقة ، فلم يعفه يمين الدولة منها فشدّها علي كره ☼

وفيها قلّد الشريف الرضي نقابة الطالبيين ولقّب بالرضي ولقب اخوه بالمرتضي فعل ذلك بهاء الدولة ☼

وفيها توفي محمد بن اسحق بن محمد بن يحيي بن منده الاصفهاني صاحب التصانيف المشهورة ☼

ثم دخلت سنة سبع وتسعين وثلثماية ، ذكر قتل بن واصل ، في هذه السنة وقع بين بهاء الدولة وابي العباس بن واصل حروب اخرها ان ابا العباس انهزم الي البصرة ثم انهزم عنها فاسر وحمل الي بهاء الدولة فامر بقتله قبل وصوله اليه فطيف براس ابي العباس بن واصل المذكور بخوزستان وكان قتله بواسط عاشر صفر ☼

ذكر

f) تصون Verbum صان in genere *conſervare*, et quidem cum cura, nitidum, ſartum tectum conſervare notat; et in ſpecie *veſtes pretioſas*, ne maculentur. Patet ex illo poëtae apud Nuvairium:

اري حللا تصان علي رجال واعراضا تدان ولا تصان ،
يقولون الزمان به فساد ، وهم فسدوا وما فسد الزمان ،

"Video pallia recondi et aſſervari a viris, at exiſtimationes promiſcue "haberi, neque cum cura puras nitidas conſervari.

"Dicunt: tempus degeneravit. Atqui ipſi degenerarunt, non autem "tempus."

Addatur Golii Lexico مصان *theca veſtium.* Habet Succari ad Divan Hudeil. المصان كل ما صنت به ثوبا Eodemque ſenſu Haririus uſurpatur صوان conſ. XLIV.

Anno ſequente CCCXCVI [qui die 7 Octobr. A.C. 1005 coepit] expugnabat idem Mahmud ipſam Moltanam; inde progreſſus contra Bidaum, regem Indorum, qui in fugam ſe coniecerat, et in arcem illam celebrem, Caligar, receperat, ea ſe tueri ſperans, iſta eum in arce obſidebat, pacisque tandem conditionibus inde detractum tributarium ſibi faciebat, chlamydisque ſuae et cinguli geſtatu obſequium et clientelam profiteri iubebat. Accipiebat quidem Indus chlamydem, neque poterat quin faceret: ſolummodo cinguli adſtringendi veniam ſibi fieri rogabat. Sed fruſtra. Victor enim Mahmud eum cingulum una cum ceteris geſtare cogebat.

Eodem Nakib [ſeu tribunus] Talebitarum [vel Alidarum] nuncupatus et Radii titulo cohoneſtatus a Baha-ed-daula fuit ille Scharif, qui ſub eo, quem dixi, Radii titulo vulgo celebratur. Eodem tempore ſimul frater eius ab eodem Buida titulum Scharif Mortadi ferebat.

Eodem obiit Muhammed, filius Ishaki, filii Muhammedis, filii Iahiae, filii Mandae, ab huius avi nomine vulgo Ibn-Manda dictus, Isfahanenſis, ab editis egregiis ingenii monumentis celeber.

Anno CCCXCVII [qui die 26 Sept. A. C. 1006 coepit] idque decimo die ſecundi menſis peremtus fuit Abu-l-Abbas Ibn-Vaſel. Bello is tenebatur cum Baha-ed-daula, cuius ille fuit exitus, ut fuſus fuga Baſram ſe recipere cogeretur, unde pariter expulſus in fuga fuit captus, et in vinculis ad Baha-ed-daulam in Chuziſtanam miſſus. Buida vero coram ad ſe adduci nolens perduellem, iubebat ipſa eum in via perimi; Vaſetae eo, quo dixi, die ſumtum de illo fuit ſupplicium. Amputatum caput Ahvazam mittebant ad Buidam, ibi agentem, ubi quoque per urbem in haſta circumlatum et monſtratum fuit.

Idem

ذكر خبر ابي ركوة ، وفي هذه السنة خرج علي الحاكم بمصر انسان اموي من ولد هشام بن عبد الملك يسمّي ابا ركوة لحمله ركوة علي كتفه وامر بالمعروف ونهي عن المنكر، فكثر جمعه وملك برقة، فجهّز اليه الحاكم جيشا فهزمه ابو ركوة وغنم ما في ذلك الجيش وقوي به وسار ابو ركوة الي الصعيد واستولي عليه ، فعظم ذلك علي الحاكم الي الغاية ، فاحضر عساكر الشام واستخدم عساكر كثيرة واستعمل عليهم الفضل بن عبد الله وارسله الي ابي ركوة ، فجري بينهم قتال عظيم اخره ان عساكر الحاكم انتصرت وهرب جموع ابي ركوة واخذ اسيرا، فقتله الحاكم وصلبه وطيف براسه ☼

ثم دخلت سنة ثمان وتسعين وثلثماية ، وفيها سار يمين الدولة محمود الي الهند واوغل فيه وغزي وفتح ☼

وفيها استعملت والدة مجد الدولة بن فخر الدولة (وكان اليها الحكم بمملكة ابنها) ابا جعفر شهريار o المعروف بابن كاكويه علي اصفهان ، فاستقرّ فيها قدمه وعظم شانه ، وانما قيل له ابن كاكوية لانه كان ابن خال والدة مجد الدولة المذكورة كاكوية خال بالفارسية ☼

وفيها

g) مهجتي *ſpiritum meum* vel *ſanguinem meum.* Vox ſatis frequens. Etymologiam eius tamen ignoro. Dicitur quoqne مهجة النفس ad quam formulam philologi annotant, مهجة eſſe الخالص من كل شي *praeſtans et ſelectum de omni re.*

h) ظللت *continuabam.* Dicunt quoque ظلت quaſi a ظال, media cava, eſſet; et hoc quidam elegantius iſto ſuperiore reputant. Praecipue

dicitur

Idem hoc anno exitus manſit rebellem in Aegypto adverſus Hakemum, ibi Chalifam Alidam, inſurgentem, Heſchami, filii Abd-el-Maleki, quondam Chalifarum Ommiadicoram, ſanguine prognatum; qui, quod Racvam, hoc eſt, utriculam aquariam, baiulare ſoleret (430), ex eo Abu-Racva vulgo ſolebat appellari. Per ſpeciem religionis magna contracta manu, (iubebat enim, per ſemitas concionans, honeſte vivere, ſceleraque deteſtari,) Barcam primam occupabat; dein a fuſo caſtrisque exuto Chalifae exercitu victoriam novasque vires nactus, etiam Said [ſeu Thebaidem] ſubigebat. Aegerrime ferens Hakem caſum inſolitum et inexſpectatum, hoſtisque indignitatem, non copias tantum e Syria ſuas evocabat, ſed etiam quantas aliunde poterat maximas mercede cogebat, quas tumultuanti Ommiadae opponebat. Acerrima tum coiit pugna, eo exitu, ut, victis atque diſſipatis ſeditioſis, ipſe dux eorum, Abu-Racva, caperetur. Quem in oculis ſuis trucidari iubebat Hakem. Caput ſpectaculi ergo circumlatum per urbem Miſram fuit, et deinceps cum trunco patibulo appenſum.

Anno CCCXCVIII [qui die 16 Sept. A. C. 1007 coepit] penetrabat Iamin-ed-daula Mahmud, Soboctekini filius, in ditionem Indorum pro more ſuo, ibique arma victricia circumferebat.

Eodem praeficiebat mater Magd-ed-daulae, filii Fachr-ed-daulae, Buidae, regnum nomine filii, annis adhucdum minoris, adminiſtrans, Isfahanae regendae Abu-Gafarum Scheheriarum, qui vulgo Ibn-Cacuieh nomine notior eſt. Vox ea Perſica eſt, et filium avunculi notat, viroque ex eo adhaeſit id nomen, quod eius pater et mater modo laudatae reginae eosdem parentes habuiſſent. Magnas ille vir opes eo in gradu confirmatus contraxit.

وفيها توفي عبد الواحد بن نصر المعروف بالببغا الشاعر * وفيها توفي البديع ابو الفضل احمد بن الحسين الهمذاني صاحب المقامات المشهورة التي عمل الحريري علي منوالها المقامات الحريرية *

وفيها توفي ابو نصر اسماعيل بن حماد الجوهري مصنّف كتاب الصحاح في اللغة المعروف بصحاح الجوهري وهو كتاب شهره يغني عن ذكره ، واسماعيل المذكور من فاراب وهي مدينة من بلاد الترك من وراء النهر وتسمي هذا الزمان اطرار ، وكان اسماعيل المذكور يكتب خطا حسنا منسوبا من *p* الطبقة العالية ، وكان المذكور اماما في اللغة والعربية قدم الي نيسابور وتوفي بها *

ثم دخلت سنة تسع وتسعين وثلثماية ، فيها قتل ابو علي بن ثمال الخفاجي وكان الحاكم العلوي قد ولّاه الرحبة ثم انتقلت عنه وصار امرها الي صالح بن مرداس الكلابي صاحب حلب *

وفيها توفي علي بن عبد الرحمن بن احمد بن يونس المصري صاحب الزيج الحاكمي المعروف بزيج ابن يونس وهو زيج كبير في اربع مجلدات ، وقيل ان الذي امر بعمله العزيز ابو الحاكم *

ثم دخلت سنة اربعماية ، فيها عاد يمين الدولة وغزي الهند وغنم وعاد *

---

dicitur de opere diurno; quemadmodum de nocturno بات dicitur. Sed non ita conſtanter, ut non proſtent exempla ubi univerſaliter de omni opere uſurpetur. Exemplis rem declarabimus. ظلت pro ظللت habet Haririus conſ. xxx. in fine ظلت مدة مقامي بمصر اعشو الي شواظه "continuabam, (perſeverabat) toto ſpatio meae commorationis "apud Miſram veſpere venire ad eius luculentam flammam." Diſtinctionem inter بات et ظل vides in illo apud Meidanium:

واغد

Eodem obiit Abd-el-Vahed, filius Naſri, poëta, vulgo nomine Babaga [ſeu papagonis] notior; item Badi el-Hamadani (431) [ſeu admirabilis Hamadanenſis] eo titulo a vulgo celebratus, vero nomine Abu-l-Fadl Ahmed, filius Hoſaini, auctor Macamat [ſeu recitationum publicarum] ad quarum exemplum ſuas contexuit Hariricus.

Obiit etiam Abu-Naſr Iſmaël, filius Hamdani, vulgo Gauharici nomine celebrior, perfectus ille litterator, et Arabicae linguae peritiſſimus, auctor celeberrimi illius Lexici, quod ipſe Sahah fi 'l Logat [ſeu ſincerum, quod in lingua Arabica eſt] inſcripſit, indeque Sahah Gauharici ſolet citari, notiusque eſt, quam ut accurata commendatione noſtra egeat. Farabae natus erat, quae Turcarum urbs eſt ultra Sihunem ſita, hodie Otrar dicta. Litteras pingebat tam pulchre, ut manus eius ad primum et ſummum elegantis ſcriptionis ordinem referri ſoleat. Obiit Niſaburae, quo ex patria migraverat.

Anno CCCXCIX [qui die 4 Sept. A. C. 1008 coepit] occiſus eſt Abu-Ali, Ibn-Tamali, Caſagita, quem Hakemus, Aegyptius Chalifa, olim praefecerat Rahabae; ſed ea quidem praefectura tempore poſt ab ipſo ad Salehum, filium Mardaſi, Kelabitam, Halebi dominum, translata fuit.

Eodem obiit Ali, filius Abd-er-Rahmani, filii Ahmedis, filii Iunaſi, Miſrenſis, auctor tabularum Hakemicarum, vel ut vulgo ex auctoris nomine appellantur tabularum Iunaſi. Ingentes illae tabulae, quatuor volumina implent. Sunt qui eas non Hakemi iuſſu et auſpiciis concinnatas, ſed patris eius, Azizi, tradunt.

Anno CCCC [qui die 24 Aug. A. C. 1009 coepit] rurſus adoriebatur Mahmud, Soboctekini filius, Indiam infeſtis armis, indeque, qui eius mos erat, dives redibat.

ولقد ابيت علي الطوي واظله حتي انال به كريم المأكل ،

"Pernoctavi ſuper fame, et perdiurnavi, donec tandem hoc modo "conſequerer victum nobilem."

ubi Meidanius obſervat اراد ابيت علي الطوي واظل عليه فحذف حرف الجر واوصل الفعل "proprie dicendum fuiſſe واظل عليه sed "poëtam eiecto علي ſuffixum ه ipſi verbo immediate appoſuiſſe." Alicubi tamen diſtinctionis huius ratio non habetur, ut apud Gorairum:

لقد نام الخلي وظل ليلي بدجيك ما ابيت له انتحابا ،

"Dormit curis vacuus: at nox mea, quoties noctem tranſigo, perſeve-"rat in eo ſtatu, ut ipſi ſit luctus et gemitus."

hoc eſt, ego vero noctem omnem, quam tranſigo, in luctu et gemitu tranſigo. Conf. Amralcaiſi Moallacah verſ. 12 et 68. et Schultens ad Haririi conſ. V. pag. 157. 158.

i) ابن واصل غلام مهذب الدولة صاحب البطيحة Haec ſupplevi, cum mancus videretur contextus.

k) نقابة *tribunatus*, *praefectura*; praeſertim *Alidarum*. De hoc munere pluribus in notis hiſtoricis dixi. Notat nomen proprie *callentem genealogiarum*, id quod patet ex iſto Motanabbii:

عرفت نوايب الحدثان حتي لو انتسبت لكنت لها نقيبا ،

"Tam bene novi viciſſitudines caſuum humanorum, ut, ſi hae genea-"logiam haberent, ego eſſem ipſarum Nakib [genealogus]."

ubi Vahidicus نقيب القوم هو الذي يعرف انسابهم "Nakib gentis "eſt ille, qui eius genealogias callet." Eſt a *perſcrutando*, *perreptando*, *perforando* res ſcilicet obſcuras. Genealogiarum autem notitia erat apud veteres Arabes inter ſcientias difficillimas.

l) ذو المناقب *praeditus virtutibus.* مناقب الانسان ما عرف به من الخصال الجميلة والطرايق الحميدة "Appellantur hominis مناقب [verba ſunt Marzukii] id qualitatum pulchrarum et inſtitutorum laudabilium, a quo agnoſcitur et celebratur."

m) واتغن ſuſpectum. Latet nomen ducis.

n) والتبس Poteſt quoque legi لبس Cod. L. habebat والبس

o) شهريار Cod. L. شهبز et كالويه — *p*) من Forte الي

IO. IACOBI REISKII

ADNOTATIONES HISTORICAE

AD

ABVLFEDAE ANNALIVM

TOMVM SECVNDVM.

(1) *Pag.* 3. Hi ſunt illi *Χαλκιδεις*, quos memorat Theophanes pag. 358. "*τουτῳ τῳ ετει* (decimo Copronymi) *εστασιασαν οἱ Χαλκιδεις τοις Μαυροχοροις* (Abbaſidis) *Περσαις και ανηρεθησαν ὑπ᾽ αυτων εν τοις ὁριοις Εμεσης Χιλιαδες δ΄.*" rel.

(2) *Pag.* 7. Notus, vel ex Itinerariis, mos orientalium, litteras aut principi exhibendas, aut ab eo expediendas, ſericeo ſubtile panno involvendi. Morem apud veteres Perſas iam obtinuiſſe patet e Themiſtio pag. 57. B. edit. Harduini: "*ειδον εγω εναγχος*, ait, *εν τῳ αστει του Αντιοχου ανδρας εκ Συσων και Εκβατανων αφιγμενους συν κηρυκειοις, και γραμματα ἀραια* [ſic legendum, non *ἀρχαῖα*, ut editum eſt] *βυσσῳ λευκῃ ενειλιγμενα.*"

(3) *Pag.* 9. Admodum incertum et obſcurum eſt ius ſucceſſionis apud principes orientales. Plerumque pendet a voluntate et arbitrio principis regnantis. Saepe filii defunctorum, ſaepe quoque patrui ſucceſſerunt. Hinc tot revolutiones, quibus plerumque nulla cauſſa, nullum ius fuit praeter aviditatem rebellantium. De noſtri Abdallae ad Chalifatum praetenſione memoria digna narrat Rihan, quae hic adiicere iuvat. "Erat, ait, Abu-Gada, filius Hobairae, Machzumita, unus Vezirorum et intimorum Marvani, filii Muhammedis [ultimi Chalifae Ommiadici]. Hic tum temporis erat praeſens apud Abu'l-Abbaſum Saffahum, quum caput Marvani afferretur. Interrogabat Abu'l-Abbas praeſentes, noſſetne aliquis illud caput. [Conf. Ducas Hiſt. Byz. c. 40. p. 135.] Tunc ego (verba ſunt ipſius Abu-Gadae) Novi, aiebam. Eſt caput Abu-Abd-al-Maleki Marvani, filii Muhammedis, qui heri Chalifa noſter erat. Fixis et minacibus oculis haec dicentem me intuebantur aulici. Abu'l-Abbas etiam vehementer offenſus meo ſermone ſtudebat tamen offenſionem diſſimulare, et interrogare continuabat, quonam anno Marvan natus fuiſſet; cui reſpondebam, anno 76: non poterat tamen iram adeo celare, quin colorem vultus mutaret. Quod ego videns abibam, vehementer dolens et fremens, excidiſſe mihi imprudenti verba, quibus venia nulla ſperanda.

[Offen-

[Offenderat nempe eo, quod Marvanum Chaliſam appellaverat apud Abbaſidas, qui gentem Ommiadarum non pro Chaliſis, ſed pro uſurpatoribus reputabant.] Domi meae, certus exitii, teſtamentum condebam, et in ordinem redigebam res meas, ut moriturus. Altero mane adibam aedes Solimani, filii Mochaledi, gentilis adoptivi Zohritarum, qui multum apud Abu'l-Abbaſum valebat, eumque interrogabam, num princeps fidelium mei mentionem heri feciſſet. Fecit, reſpondebat ille, ſed benignam. Dixit nempe: "Eſt cognatus noſter. [Machzumitae enim Coraiſchitae pariter ſunt, atque Haſchemidae.] Fidus eſt erga veterem herum. Satius erit, et maiores gratias inibimus, ſi benigne cum ipſo agimus." Laetatus ergo et bene precatus nuncio redibam in aulam, et ingratum nihil experiebar. Interea tamen emanabat imprudentis mei ſermonis fama ad Abu-Gafarum Manſurum, et ad Abu'l-Abbaſi patruum, Abdallam filium Alii. Sed ambo diverſe de me meoque facto ſentiebant. Et Abdalla quidem nepoti perſcribebat [aberat enim ab aula] nullo modo tolerari debere quae de me audiverit, ſed ſevere punienda eſſe. Frater autem principis [qui etiam aberat] perſcribebat: Se quidem audiviſſe quae ὁ δεῖνα dixerit: cenſere tamen ipſi, ut affini, veniam imprudentiae dandam, et hominem beneficiis obligandum eſſe. Haec me non latebant, ſed alta mente reponebam. Interea decurrebat aliquod temporis ſpatium, et auctoritas mea creſcebat indies apud Abu'l-Abbaſum. Fiebat itaque ut quum aliquando, ceteris aulicis digreſſis, ego quoque ſurgerem abiturus, Abu'l-Abbas me reſidere iuberet, et ſibi eſſe diceret quod mecum ageret, ſed magni momenti negotium, quod nolit e capite meo latius emanare. Noſti, nos illi, qui Marvanum occiſurus ſit, hoc quod gerimus imperium, et in illud ſuccedendi ius ſollemniter promiſiſſe. Noſti porro ab Abdalla, patruo meo, Marvanum peremtum eſſe. Huic ergo competeret Chaliſatus haereditas. Attamen non facile poſſum a me impetrare, ut imperio privem Abu-Gaſarum, meum fratrem, quem noſti quam elegans morum, eruditus, rerum gerendarum peritus, aetate floridus, et verae fidei ſtudioſus ſit. [Quid ſuades?] Ego ad haec: In rectam viam ducat deus imperatorem fidelium! is non ſum, qui tibi conſilium det; attamen narrabo tibi de caſu, qui cum praeſente ſimilitudinem habet. Cedo, aiebat Abu'l-Abbas.

Abbas. Eo tempore, continuabam, quo Muſlema filius Abd-el-Maleki Conſtantinopolin obſidebat, eram in eius caſtris, quum litteras ab Omaro, filio Abd-el-Azizi, acciperet, quae ſignificabant, Solaimanum, eius (Muſlemae) fratrem, obiiſſe, et ſe, Omarum, in eius locum et Chalifatum ſucceſſiſſe. Perlectis illis arceſſebat me, et praeſenti obiiciebat easdem litteras, quo et ego legerem. Interea dum lego, exundabat Muſlema in lacrimas. Quod videns ego: Ne plores, aiebam, ob fratrem tuum, ſed ideo, quod a fratribus tuis ſumma imperii ad patrui tui liberos tranſierit. Id audiens multo acrius, quam ante, plorabat, adeo ut barbam quoque commadefaceret. In his finiebam meam narrationem, et Abu-l-Abbas, ſufficit, aiebat, ſi placet. Quo audito ſurgebam abiturus. Sed non longe proceſſeram, quum me compellaret. Revertebam gradum. Sed, I modo, aiebat; nihil eſt: tu quidem ſatisfeciſti et huic; et vindictam tuam de iſto conſecutus es. [Hoc eſt: Id ipſum ſuaſiſti mihi, quod volebam et cupiebam ut mihi ſuaderes: hoſtem autem tuum, Abdallam, patruum meum, egregie ultus es, eo quod ipſum a Chalifatu excludendum ſuades.] Abibam ergo, dubius quid magis mirarem, eiusne ſagacitatem et penetrationem, qua ſtatim comprehendebat finem meae narrationis; an memoriae tenacitatem, cui non exciderant, quae Abdallam inter et me contigerant." Hactenus Rihan.

(4) *Pag.* 9. Septem urbibus olim conſtabat illa civitas vel reſpublica, quae ſub uno nomine المداين *Madain* (h. e. urbes) comprehendi ſolebat. Diverſi Perſici reges varia addiderant oppida, inter quae celebriora رومية المداين *Roma Madainae, Sabat Madainae, Seleucia.*

(5) *Pag.* 9. "Ce n'eſt pas la coutume dans ce pais (ait de la Rocque pag. 10. itineris in Palaeſtinam) de parler d'affaires le jour qu'on arrive, qui eſt deſtiné à la ceremonie."

(6) *Pag.* 9. Vitam Abu-Muſlemi chronologice magis quam hiſtorice perçenſet Hamza Ispahanenſis, unde poſtrema tantum excerpam. "Redux in Iracam Abu-Gafar a ſacro itinere expediebat Abu-Muſlemum adverſus patruum ſuum Abdallam, filium Alii. Adverſus eum egreſſus (Anbara, quae tum regia ſedes erat) ſecundo menſe anni 137 fundebat Abu-Muſlemus illum Abdallam die Lunae ſexto ſexti menſis. Deinde retro tendebat in Choraſa-

nam menſe ſeptimo et reſidebat Holvanae die Iovis, 13 menſis octavi. Inde nunciis Abu-Gafari excitus redibat ad ipſum, eumque ſalutabat apud Madainam veſpera diei Martis, 25 octavi menſis. Sed altero mane, die Mercurii occidebat ipſum Abu-Gafar, anno 137." — Abu-Cotaiba hanc Abu-Muſlemi hiſtoriam tradit: "Abu-Muſlem Saheb-ed-dava [auctor vocationis, "vel ſectae], vero nomine Abdalla dictus, filius Muſlemi, fertur a quibus-"dam anno 100 natus fuiſſe. De ipſius origine vehementer diſcrepant aucto-"res. Quidam Iſpahanenſem dicunt, alii Choraſanicum; alii natum quidem "in Choraſana, ſed non indigenam fuiſſe, ut qui ab Arabibus ibi degentibus "procreatus fuerit; alii eum ex occidente arceſſunt. Ipſe ſe filium Saliti iacta-"bat, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbaſi. Sed Abu-Dalala eum Curdum "facit. — — Adolevit Abu-Muſlem apud Edriſum, filium Iſae, avum Abu-"Dolafi, eius qui in diſtrictu Iſpahanae conſedit. النازل في حد اصفهان"

(7) *Pag.* 11. *Gihan* fluvius *Melas* appellatur a Graecis. Hinc apparet, huc pertinere, quae narrat Theophanes pag. 362 ad annum Copronymi 19, Manſuri 5. Επεϛρατευσαν (Arabes) *την Ρωμανιαν και ηχμαλωτευσαν πολλους, και* Παυλον *τον ϛρατηγον των* Αρμενιων, *πολεμησαντες εις την* Μελαν rel.

(8) *Pag.* 13. *Ravenditae.* Ravend locus eſt circa Berrhoeam et Chalcidem, ſeu Halebum et Kinneſrinam. Videndum ergo num huc referri queant, quae narrat Theophanes pag. 362 fine, ad ann. Copronymi 20. E Ravenditorum reliquiis ſuccreverunt forte Aſſaſſimi, de quorum coeco erga principem obſequio pleni ſunt noſtratium libri. Ceterum diſcrepant quae d'Herbelotus habet de origine Ravenditorum, a relatione Abulfedae noſtri. Noſter enim illos ait Abu-Muſlemo faviſſe, ille, inimicos et ab ipſo debellatos fuiſſe. Forte Choraſanici erant origine, ut Noſter ait, et imbuti quidem Iſlamiſmo pro externa ſpecie, ſed non omnino purgati ab erroribus antiqui Magiſmi, qui olim per totam Perſiam floruerat; venerant cum Abu-Muſlemo in Syriam, et conſederant in pago Ravend, ibique manſerant poſt eius e Syria deceſſum. Inde nomen habuerunt. Niſi malis eorum ſententias non cum Magorum, ſed Brachmanum dogmatibus comparare.

(9) *Pag.*

(9) *Pag.* 13. Elmacinus pag. 100. Abu-Muſlemum ait patrocinatum fuiſſe *ſectae eorum qui transvolutionem inhabitualem ſtatuunt.* Sunt nempe duae ſectae eorum, qui transvolutionem ſeu *μετεμψυχωσιν* ſtatuunt apud orientales. Alii ſimpliciter hominum morientium aut mortuorum animas in alia corpora credunt abire: alii non tantum animam humanam ita transmigrare putant, ſed etiam ſtatuunt الحلول *inhabitationem*, h. e. divinam eſſentiam et maieſtatem humanam formam et carnem ſubire, atque homine moriente ſucceſſive ab hoc ad illum tranſire. Reliquiae hae ſunt veteris Gymnoſophiſtarum et Pythagoraeorum philoſophiae, quae intra orientem ſe non continuit, ſed mirum quam late terrarum orbem perreptarit. Vid. Pocockii Spec. Hiſt. Arab. p. 265.

(10) *Pag.* 13. Credo hic Ibn-Nahicum denotari eum, qui ab Ibn-Nabata dicitur praefectus praetorio Mahdii fuiſſe, et huius iuſſu Baſcharum celebrem poëtam, de quo vid. ad ann. 166, neci dediſſe.

(11) *Pag.* 13. Vndenam illae offenſae, non invenio. Tantum hoc habet Nuvairius: كان سبب غضب المنصور علي معن بن زايدة انه خرج علي معن بن يزيد بن عمرو بن هبيرة وابلي في حربه بلاء حسنا "Cauſſa irarum Manſuri adverſus Maanum filium Zaiedae erat, quod eduxerat [rebellaverat] adverſus Maanum filium Iazidi, filii Amrui, filii Hobairae, et in bello cum ipſo praeclara ſpecimina fortitudinis dederat." Sed nexum rerum et perſonarum non video. Fuit quidem Omar [id enim rectius quam Amru] praefectus Irakae ſub Manſuro: ſed nondum novi quare et qua occaſione hi duo armis certaverint. Ceterum laudatur hic Maan, ut vir fortis et liberalis. vid. Elmacinus p. 103. Liberalitas eius in proverbium abiit; et inde natum illud quod exhibet Meidanius: حدث عن معن ولا حرج "narra de Maano [quantum velis] et non erit anguſtia" [non nimia narrabis]. Hic eſt ille Maan, quem mortuum pulchro illo epicedio laudavit Hoſain Aſadita, quod exſtat in cl. Schultenſii Excerptis Hamaſae pag. 555, unde intelligitur, carmen illud anno 153 poſt F. M. ſcripſum fuiſſe. Illo enim obiit Maan.

(12) *Pag.* 15. Abu-Schobrama Abdalla, filius Schobramae, filii Tofaili, filii Haſſani, tribu Dobbita, Cadi, Fakihus et Alem [ſeu theologus] Cufenſis, ut perhibet Raud, et ex eo d'Herbelot. Ibn-Cotaiba eum ait Cadium in Campania Cufae, praeterea poëtam fuiſſe.

(13) *Pag.* 16. Amru, fil. Obaidi Motazalita is eſt, cui Raud tribuit *Kitab-el-taſſir,* ſeu commentarium in Coranum; *Kitab-er-redd,* ſeu librum polemicum adverſus Cadarios; et librum *fi 'l Adal va 't tauhid,* de iuſtitia et vera fide.

(14) *Pag.* 15. Bagdad non novum, neque tunc demum repertum nomen fuit, ſed retentum ex antiquo regum Perſicorum palatio, quod ibi erat, recreationi comparato, qualia *Paradiſos* appellabant. Patet ex Theophane pag. 267. *παλατιων Χοσροου, επιλεγομενον* Βεγλαλι [leg. Βεγδαδ], et paulo poſt, *εκαθισεν ὁ βασιλευς* (Heraclius) *εν τῳ παλατιῳ* Βεκλαλ [leg. Βεκδαδ] *εὗρε γαρ εν αυτῳ εν ἑνι περιβολῳ ϛρουθεωνας σιτευτους, και εν αλλῳ περι πεντακοσιας δορκαδας σιτευτας, και εν αλλῳ συαγρους ἑκατον σιτευτους.*

(15) *Pag.* 17. Theophanes pag. 363. A. lin. 4. *και εξηλθον τινες επι τον* Βασρασον [procul dubio Baſram deſignat] *και ηχμαλωτευσαν πολλους και χρηματα ελαβον πολλα.* Quem vero ad an. Copronymi 22 deſignat, filium Fatimae, eſt is ipſe Alida, de quo hic ſermo. Item fratres illi, de quibus pag. 364 ad an. Copronymi 23, hi ipſi ſunt: ubi pro *και του* Βαραθων lege *κατα την* Βασραν.

(16) *Pag.* 17. Pater huius Abdallae Racaſchitae fuit libertus gentis Alidarum, ut perhibet Ibn-Cotaiba. Hinc facile intelligitur, quomodo implicitus huic ſeditioni fuerit.

(17) *Pag.* 19. Ahmaza احمزا ignotus mihi quidem locus. Rectius forte Ibn-Cotaiba: قتل ابراهيم بيا حمرا "occiſus eſt Ibrahim in Ba Hamra." Olim frequenter nominibus urbium praemittebatur ſyllaba *Ba,* quae eſt compendium ſcriptionis pro بيت *Bait:* cuius moris veſtigia ſuperſunt in *Bavazich* (بوازيخ vel rectius با وازيخ) in با درايا *Ba-Daraia,* in با بغاش *Ba-Bagaſch,* با نهدر *Ba-Nahadra,* با جرمي *Ba-Germe.* Obſoleverunt tamen haec nomina.

(18) *Pag.*

(18) *Pag.* 23. Hoc ipſum narrat Theophanes pag. 366 ad an. Copronymi 24, Manſuri 10. Ισει βιν Μουσει [ſic legendum] eſt noſter Iſa filius Muſae, linea vero penultima lege υἱῷ του αυτου Αβδελα, Μουαμεδ, τῷ επικληθεντι Μαδι. Notandus quoque error d'Herbeloti genealogicus, qui hunc Iſam nepotem Abu-l-Abbaſi Saffahi facit, pag. 498 edit. Pariſ.

(19) *Pag.* 23. *Chaizaran* celebre nomen. Notat vox *cannam Indicam.* Vt mira ſunt et orientalium ingenio digna nomina puellarum, ita hoc quoque ductum ex eo, quod greſſum vacillantem, velut ebriorum, in puella laudant. Ita aliquis apud Nuvairium laudans pulchram puellam جارية كانها بدر تثني كالخيزران "puella ut luna tam pulchra, vacillabat ingreſſu tanquam canna Indica."

(20) *Pag.* 23. *Gafar Sadek.* الصادق Sadek *veracem* notat, non autem *iuſtum*, ut interpretatur Renaudot pag. 397 id enim eſt الصديق *Sadik.* Memorabilis eſt locus Renaudoti, et dignus qui legatur.

(21) *Pag.* 23. Eſt igitur Gafar celeber ille Geber, rex Arabum. Memoria digna eſt animadverſio Ibn-Nabatae ad illud Ibn-Zaiduni واظهرت جابر بن حيان علي سر الكيميا "ac ſi tu Gabero filio Haiani revelaſſes myſterium Alchymiae" ubi Gaberum vel Geberum a Gafaro noſtro diverſum proponit. Addit igitur Ibn-Nabata: "Huius Gaberi Haianidae nuſpiam certa et fida exſtat notitia. Quod robur addit opinioni quorundam, nomen eſſe fictum, quod Alchymiſtae ſuppoſuerint et confinxerint in libris ſuis vulgatis, quo auctorem huius ſcientiae celarent." D'Herbelotus Gaberum fil. Haiani auctorem facit libri chymici كتاب الملك, quod poteſt duplici modo efferri, vel *Kitab-el-molk,* liber poſſeſſionis, et ſic poſuit d'Herbelot, vel *Kitab-el-malek,* liber regis, unde forte ex errore rex Arabum creatus fuit ille Geber. Ceterum ad d'Herbeloti de Gafaro Sadeko notitiam id adhuc notandum, male ipſum hunc virum eundem feciſſe cum celebre illo *Seidi Battal;* hic enim obiit an. 121. conf. Aſſemani bibl. or. T. II. pag. 106.

(22) *Pag.* 23. Videtur hic liber idem eſſe cum eo quem ſaepiſſime citat Oneirocriticus Vatierianus, ſub titulo *la methode de diſcourir par Gegafar le veritable.* e. c. in praefatione, ubi auctores ſuos laudat, "Voici un traité de l'interpretation des Songes, dit Gabdorrhachaman, fils de Naſar,

fils de Gabdolle, que j'ai recueilli en forme d'abregé du livre de Mahomet fils de Sirin [vid. ad an. 110] intitulé *la fleur de l'interpretation;* de celui de Gegafar le veritable intitulé *la methode de diſcourir;* et de celui d'Ibrahim le Carmanien, qui a pour titre *la créme de l'explication.* Ex hoc poſtremo loco conſtitui aliquo modo poteſt aetas obſcuri huius oneirocritae, Abd-er-Rahmani, filii Naſri, filii Abdallae, in qua deſignanda vehementer aberravit Vatierus. Ibrahimus enim Kermanicus, quem laudat, obiit anno 853, teſte d'Herbeloto ed. Pariſ. pag. 960. a. Ergo ni ad ſeriora tempora, ſaltem ad nonum Saeculum pertinebit auctor.

(23) *Pag.* 23. *lin.* 27. Vid. d'Herbelot ſub tit. *Leile*, *Abu-Leile*, et ſub tit. *Muhammed ben Abd-er-Rahman.* Sed neutro loco recte percepit ſenſum auctoris ſui, Raudi, qui ait: اذا اطلق الفقهاء ابن ابي ليلي يعنون محمد واذا اطلق المحدثون يعنون اباه عبد الرحمان "quando fa-"kihi nude, absque alia deſignatione, ponunt nomen Ibn-Abu-Leila, deno-"tant Muhammedem. Sed quando Mohaddet (vel Traditionarii) hoc nomen "nude absque ulla reſtrictione laudant, tunc deſignant eius patrem Abd-er-"Rahmanum." Obſervatio utilis illis qui ſcripta Muhammedanorum theologica verſant.

(24) *Pag.* 23. Abu-Amru Iſa, filius Omari, Tacafita, magiſter Chalili, ſcripſit *Kitab-el-Icmal,* librum perfectionis, et *Game,* h. e. collectorem, grammatici argumenti. Verba ſunt Raudi.

(25) *Pag.* 25. Hunc Cahmuſum inter doctores Cadariorum refert Ibn-Cotaiba.

(26) *Pag.* 25. *Paluda* فالوده, vel ut Arabes ſuo more Perſicum ف ut *F,* et ه finale ut ج *Gim* efferentes, pronunciant فالوج *Faludeg,* eſt, perhibente Golio, edulium ex amylo, aqua, et melle. Sed paullo aliter et diſtinctius refert della Valle IV. 4. p. 22. "Men eet dusdanige Koncommers in "die Landen, met nog een andere Spyſe, Paluda genoemt, waerdig van onſe "Italiaenen gekent te worden, en die niets anders is, dan een tart van amel-"donk, die zy nu wit als Sneeu, en dan geel als Safferaen maeken, daer zy "hem mee beſtryken, of zy mengen het Safferaen daer onder, om dat deze "tart

"tart aengenaemer zou zyn. Zy ſnyden de zelfde in klyne ſtukjes, die zy "in een porcelaine ſchuttel leggen, daer zy Roſewaater by doen, en zuiker "in overvloet, met een grot ſtuk ys, 't welk men daer maekt. Dit ys ſmelt "in 't Rozewaeter, en doet ook de zuiker ſmelten, en van deze Dingen, te- "zaemen gemenkt zynde, wort een vocht, die voor de mont koel en welrie- "kend is. Daernae doet men, om deze Sop nog ſmakelyker te maaken, ge- "ſchilde Amandelen, die aen klyne ſtukjes geſneden zyn, daerin, met por- "celain kruyt vermengt, dat zeer verkoelt, en een goede ſmaek geeft, in "voegen, dat deze gemengte vocht, en deze ſtuckjes van de tart, in ten ſelv- "ten ſchuttel gedoen gezamentlyk ſpys en dranck verſtrekken, wel voeden, "ſap en ſmack hebben en koud als ys zyn, en dieshalven van de beſte hulp- "middelen gehouden worden die men tegen de hitte van de ſoomer gebrui- "ken kan."

(27) *Pag.* 27. Narrat Raud-el-Achiar, Abu-Hanifam propter con- ſtantem muneris Cadii recuſationem ter flagellatum fuiſſe, et ſingulis vicibus triginta ictus accepiſſe, quo tempore Omar filius Hobairae praefectus Irakae eſſet; et tertia vice quum deberet poenam ſubire, in conſilium vocaſſe Abu- Ioſephum et quid ſibi agendum ſit interrogaſſe. Hunc ipſi ſuaſiſſe, ut mu- nus Cadii capeſſeret. Nam ſi feceris, aiebat, poteris aliis prodeſſe [etiamſi tibi nequeas]. Ad haec Abu-Hanifam oculis ira plenis ad alterum reſpexiſſe et dixiſſe: Putasne me poſſe mare natatu traiicere, ſi id iuſſus fuero? Vi- deris mihi Cadi eſſe [tam iniqua, et dura ſuades]. وقال ارايت لو امرت ان اعبر البحر سباحة اقدر عليه ، وكاني بك قاضيا ،

(28) *Pag.* 27. Sultanus Gelaleddin Malicſchah ſuper Abu-Hanifae مزار ſeu *tymbo religioſe frequentari ſolito* condidit (ut ait Raud-el-Achiar) عمارة عالية *Imaret* excelſum (non Mauſolaeum, ut d'Herbelotus pag. 21. reddidit, ſed *Xenodochium*) cui *Madraſam,* ſeu collegium Hanafiticis proprium adiunxit.

(29) *Pag.* 29. Quae olim appellabatur Ruſafat-al-Mahdi eſt hodie ſuperſtes urbs Bagdad, de qua Teixeira, della Valla, Rauchwolff aliique nar- rarunt; nam occidentalis quidam Bagdad a Manſuro primitus condita, pror- ſus

ſus deſiit et diruta eſt. Dicta vero fuit Ruſafa [ἡ λιθοστρωτος], quia lapidibus ſtratas habebat plateas, quod in oriente perrarum quidem eſt. Vehementer queruntur Itineratores de pulvere urbium orientalium, tempore aeſtivo, et de luto, tempore hiberno. Vid. Golius ad Alferganum p. 122.

(30) *Pag.* 29. *Man, praefectus Segeſtanae.* Elmacinus p. 103 eum appellat Choraſanae praefectum. Videtur utramque provinciam iunctim poſſediſſe. Conſtat ex eodem, illum virum iam antea Arabiae felici, item Aderbiganae praefuiſſe. Vid. ad ann. 141.

(31) *Pag.* 31. Iam ad annum Copronymi 20, Manſuri ſextum, dixerat Theophanes pag. 362 "*εγενοντο εν Αφρικη ακαταστασιαι και πολεμοι.*" et ad ann. 32 pag. 376 "*τουτῳ τῳ ετει απεστειλεν ὁ Αβδελας ες Αφρικην τον Μουαλαβιον* [ſic leg. Arabice المهلبي Mahallabitam] *μετα πολλου στρατου.*" Fuit autem is Iazid, filius Hatemi. Vid. Elmacinus pag. 103.

(32) *Pag.* 31. *Aſchab Tamaeus,* hoc eſt, *cupidus,* vel *avarus.* Concupiſcentia eius in proverbium abiit. Eſt apud Haririum locus conſ. XLIX, ubi ſenex pater Abu-Zaid filio ſuo artem circulatorum, et impoſtorum, quam ipſe cum lucro exercuerat, commendat, eiusque praecepta tradit, his inter alia multa verbis: ابرز يابني بحيلة قصير ونهاء عمرو ولطف الشعبي واحتمال الاحنف وفطنة اياس ومجانة ابي نواس وطماعة اشعب وعروضية ابي العينا وتلون ابي براقش "Prodi, mi fili, cum technis Coſairi [vid. Pocockii Spec. Hiſt. Arab. 346 ult.] cum aſtutia Amrui [filii Aſii, de quo vid. ad ann. 37 et alibi], cum ſubtilitate Schabici [obiit ann. 105], cum patientia Ahnafi [vid. ad ann. 67], cum ſagacitate Eiaſi [vid. ad ann. 122], cum ſcurrilitate Abu-Navaſi [v. ad ann. 195], cum cupiditate [aviditate, importunitate] Aſchabi [quem hic habemus], cum praeſente ad quoscunque caſus animo Abu-l-Ainaï [vid. ad ann. 282], et verſipellitate Abu-Barakeſchi." Meidanius ad proverbium اطمع من اشعب *concupiſcentior quam Aſchab,* haec habet: "Erat ille vir, ait, Medinenſis, Aſchab Tamma, ſeu concupiſcens dictus, filius Gobairi, libertus (aut cliens) Abdallae filii Zobairi, praenomine Abu-l-Ola dictus. Interrogabat ipſum aliquando Salem filius Abdallae ما بلغ عن طمعك quaenam haberet concupiſcentiae ſuae ſpeci-

ſpecimina? Reſpondebat: ما نظرت قط الي اثنين في جنازة يسارّان الا وقدرت ان الميت قد اوصي من ماله بشي Nunquam vidi duos clandeſtinos ſermones inter ſeſe caedere, quin crederem mortuum partem opum ſuarum mihi teſtamento legaſſe; وما يدخل احد يده في كمه الا أظنه يعطيني شيا neque conſpexi unquam aliquem, qui manum in manicam ſuam inſereret, quin crederem, eum inde aliquid depromere, quod mihi dare velit; ما زفّت بالمدينة امرأة الاّ كسحت بيتي رجاء ان يغلط بها اليّ nunquam vidi ſponſam deduci per plateam, quin ſcopis everrerem domum meam, ſperans fore ut illa per errorem ad me deduceretur. ومن طمعه انه مر برجل يمضغ علكا فتبعه اكثر من ميل حتي علم انه علك Videbat aliquando aliquem mandendo maxillas motitare. Hunc perſequebatur Aſchab ultra milliare, donec tandem agnoſceret [non delicatum cibum, ſed] reſinam eum manducare." Haec Meidanius.

(33) *Pag.* 31. Hunc locum ita intelligo, Manſurum muros et foſſas de privato ſuo peculio feciſſe, pecuniamque omnem eo impenſam aerario publico, بيت المال *Bait-al-Mal* dono dediſſe, unde alias depromi ſolebant impenſae in commune urbium commodum faciendae.

(34) *Pag.* 31. Hunc locum, ut verum fatear, non recte intelligo. Quorſum enim pecuniam diſtribuere, qui poterat civibus certam ſummam numorum imperare, quot autem eſſent cives, e tabulis publicis cognoſcere debebat. Sed ignoramus, qualis cônſtitutio fiſci ſub illis principibus fuerit. Neque magis intelligo Raudum, qui ait Manſurum appellatum fuiſſe *Davaniki,* Danicarium, exactorem του δανεικιου, του κερματος, oboli. لانه اخذ عن كل واحد دانق فضة وصرفت الي حفر خندق الكوفة "quia ab uno quoque exegerit Danec argenteum; quod aes impenſum fuerit in foſſam [vel vallum] Cufae." Non enim haec grandis et intolerabilis eſt exactio, ut propterea principi debuerit invidioſum nomen imponi: niſi forte illi nihil omnino dare conſueverint. Aliam rationem huius appellationis et paullo probabiliorem dat Nuvairius. "Manſur, ait, a ſordibus et indigna parſimonia innotuit, ut *Abu-d-Davanik* appellaretur. Quod nomen inde habet. Quum conderet Bagdadum, quaeſtorem et ſcribam [qualem appellant Mabaſcherum]

 ipſe

ipſe agebat, et computum inibat cum operis, appendebatque ipſis numos; uni detrahebat Danec [ſeu obulum] de diurna mercede, quod per meridiem ab opere deceſſerit et dormiverit; alteri, quod non ſatis matutine ad opus veniſſet; tertio, quod ante diei finem fuiſſet feriatus. Semper habebat cauſſam in promtu, quare huic vel illi obolum unum aut duos decurtaret, ut vix fuerit unus inter operas, cui mercedem dederit integram. Excuſabat hoc dicens: Putant homines me avarum eſſe. Non ſum. Verum vidi homines mancipia numorum eſſe. Volo igitur efficere, ut deſinant eſſe pecuniae ſervi, ſed diſcant mea eſſe mancipia." Haec ille. Egregia profecto techna politica, quae depauperandos principem et cives ſimul recta via tendit, ſed et hodie in oriente viget. "On mepriſe trop les ouvriers, ait Bernier Itin. II. pag. 32. on les maltraite, on veut avoir tout à trop bon marché. Si quelque Omerah ou Manſebdar veut faire faire quelque choſe à un ouvrier, il l'envoyera querir, le fera travailler à demi par force, et puis le payera, comme bon lui ſemblera. Bien heureux ſera-t-il au bout du conte, ſi on ne lui fait point donner du Korrah [ſcuticam]" cet. Facetum eſt quod addit inter alia huius generis idem Nuvairius. "Venerant, ait, in curiam Manſuri multi poëtae, carmina in eius laudes recitaturi; ſed diu exſpectabant, neque admittebantur, et conſumebant ſuum viaticum. Tandem ſignificabat ipſi hac de re, qui eius tum erat Hageb [ſeu Camerarius] Rabi, filius Iunaſi. Admonitus imperabat Manſur camerario, ut ſuo nomine ſalutem poëtis diceret, et ſignificaret, neminem panegyriſtam admittendum fore, quisquis carmini ſuo ſimile a leone, aut a ſerpente, aut a monte, aut a mari intexuerit. Nam leo, aiebat, eſt canis inter feras. [Canis apud Muhammedanos viliſſimum animal eſt.] Serpens eſt beſtiola reptilis, humilis, terram vorans. Mons eſt maſſa ſaxea, ſolida, ſurda [non reſonans]. Mare eſt mera humiditas. [Ego vero, aiebat Manſur, nolo me rebus tam parum mihi honorificis comparari.] Quisquis autem in carmine ſuo nihil horum habuerit, ille ad acroaſin admittetur. Poëtae id audientes [et intelligentes ſibi ſuos locos communes periiſſe] abibant protinus ex aula omnes praeter unum Ibrahimum filium Haramae. Ille ſibi conſcius memoratorum nihil ineſſe carmini ſuo, audebat illud principi recitare. Cum perveniſſet ad illud diſtichon:

له

له لحظات في حفافي سريره اذا كرها فيها عقاب ونايل ،
فام الذي امنت امنة الردي وام الذي خوفت الثكل ثاكل *

"Radiantes eius [Manſuri] oculorum iactus ab utraque ſolii parte emiſſi pro-
"dunt poenam aut beneficium.

"Ita fit, ut mater eius, quem protegis [o Manſur], ab exitio ſecura ſit, ma-
"ter autem eius, cui minaris orbitatem [dicendo ثاكلتك امك
"deſideret te mater tua] ſit protinus orba ſuo filio."

Manſur levabat velum [pone quod hactenus audiverat. vid. Wilhelm. Tyrius XIX. 18.] iam porro clementior, et attentior audiebat; et finita recitatione iubebat poëtae decies mille drachmas ſolvi: Sed ſimul, o Ibrahim, aiebat, ne perdas hos numos ſpe et cupiditate alios altera vice a nobis impetrandi, nam non omni tempore ad nos admitteris." Conf. Elmacinus p. 104. apud quem pro ابن هريمة *Ibn-Harima* legendum ابن هرمة *Ibn-Harama*, et laudatus eius verſiculus ſic legendus et accipiendus:

قد يدرك الشرف الفتي ورداوه خلق وجيب قميصه مرقوع ،

"Conſequitur vir fortis celſitudinem, etiamſi pallium eius tenue et tritum
"ſit, et ſinus camiſii eius reſartus."

(35) *Pag.* 31. Videntur Holvanae nobiles caſeos confeciſſe; adeoque fertilia paſcua et excellentes greges habuiſſe. Sed ea de re mihi nondum ſatis conſtat. Id novi, regionem illam nucibus abundare; quod ex Abd-er-Rahmani filii Naſri Oneirocritico conſtat, cuius locus huc pertinens apud Vattierum pag. 12. ſic legitur: "Si quelqu'un a ſongé d'un arbre, et que cet arbre ſoit "un palmier, l'homme, qu'il marque, eſt un Arabe, parce que les palmiers "croiſſent au pays des Arabes; ſi c'eſt un noyer, il marque un homme de "la Gogeme." Ita effert ille more ſuo quod nos Agam (Irak al-Agam) Αζαμ, Azamii. Rauchwolff quoque p. 583 inter ea, quae ex Meſopotamia per Tigridem Bagdadum deportantur et ſic porro in Indiam mittuntur, nuces nominat.

(36) *Pag.* 33. Vid. d'Herbelot pag. 153 ed. Pariſ. ubi poſtrema non ſatis recte reddita e Raudo, qui ait: الاوزاع بطن من حمير وقيل قرية بالشام "Eſt Auza tribus Homeiritica, aut ſecundum alios pagus in Syria." Male idem pag. 976 exhibet الاوراعي *Aurai*, pro الاوزاعي *Auzai.*

 (37) *Pag.*

(37) *Pag.* 35. Dedecus alias eſt apud orientales, nudo capite conſpici: verum in ſollemni illa humiliatione, quam deo teſtantur, qui ſacrum iter Meccanum obeunt, ut veſtibus paene omnibus ſpoliati incedunt, ita quoque caput nudum habere ſolent.

(38) *Pag.* 41. *Meſkin, Fakir, Derviſch,* idem fere notant, monachum mendicum. Priores duae voces ſunt Arabicae; poſtrema Perſicana ſit an Turcica, viderint qui eas linguas melius callent. Principum virorum minoribus natu filiis turpe non eſt, non magis quam apud nos Europaeos, ſacrum ordinem amplecti: differunt modo in eo, quod noſtrates votum licet paupertatis fecerint, laute ſub pallio vivant, Muhammedani autem ſint, quod profitentur, mendici.

(39) *Pag.* 41. Takafitis adſcribebantur Zeiaditae, quia in familia celebris illius Hareti, filii Caldae, nati fuerant. Sed hoc mirari ſubit hic loci, quod Tacafitae Arabibus opponuntur, tanquam ſi Arabes perinde non eſſent. Scio quidem interdum Arabes et Coraiſchitas diſtingui, ut in illo Nuvairii: المذكورون من قريش بالكبر بنو اميّة وبنو مخزوم ومن العرب بنو جعفر بن كلاب وبنو زرارة بن عدس "Famoſi a "faſtu ſunt inter Coraiſchitas quidem Ommiadae et Machzumidae; inter Ara-"bes vero gens Gafari, filii Kelabi, et Banu-Zorara, filii Adas." Facile tamen apparet من العرب *inter Arabes* hic loci idem eſſe atque من ساير العرب *inter ceteros autem Arabes non Coraiſchitas.* Id vero noſtro loco nequit applicari. Poſſet alia quoque ratio explicandae dictionis Nuveirianae iniri, Coraiſchitas nempe ideo Arabibus opponi, quia تقرّشوا congregati in una civitate Mecca habitabant: Arabes autem, vel Arbes, proprie eſſe illos, qui عربا mixtim, et, ut contigit in campis, ſub dio et tentoriis vivunt; unde ipſis nomen. Suſpicor itaque vitium irrepſiſſe in codicem noſtrum, vocesque *et Arabum* plane delendas eſſe. Niſi forte Tacafitae, quod Ioctanidae eſſent, ab Arabibus Iſmaëlitis ut haeretici contemti et paene non pro Arabibus habiti fuerint.

(40) *Pag.*

(40) *Pag.* 41. Vid. d'Herbelot pag. 284. b. edit. Pariſ. ubi quae latinis litteris exhibet Arabica ſuis ita ſcribuntur ان الرمي حسن لكنها ايامك فانظر بما تقطعها

(41) *Pag.* 41. De hoc Maſudio vid. d'Herbelot pag. 563. et adnot. noſtrae ad T. I. Abulfedae pag. 118. Diverſus autem hic eſt ab illo celebre et nobis quoque noto hiſtorico, quem miror qui Noſter omiſerit ad annum 346 ipſi fatalem.

(42) *Pag.* 41. De Chalilo Baſrenſi vid. d'Herbelot pag. 79 et 988. item pag. 974, voce *Ketab al aïn fil logat,* ubi male dicitur anno 75 obiiſſe. Poëta quoque fuit: cuius carminum ſpecimina affert Rihan.

(43) *Pag.* 43. *Soſian Taurita.* Vid. d'Herbelot pag. 1024. *Taurita* dicitur a quodam ſuorum maiorum. Hic fuit auctor ſectae unius de ſex illis orthodoxis, quae ſunt Hanafitarum, Schafeitarum, Malekitarum, Hanbelitarum, Tauritarum et Taheritarum. Vulgo quatuor tantum numeruntur: temere. Alia de ipſo narrat Ibn-Cotaiba; ut, quod deceſſerit apud Baſram, latens, et iram principis fugiens; ſed non addit, quam ob rem. Item, quod curaverit libros ſuos poſt obitum igne deleri.

(44) *Pag.* 43. De Adhamida multum ab his diſcrepantia, et de ordine religioſo, qui ab eo nomen habet Adhamidarum, vid. Ricautum in hiſtoria Imper. Ottom. libr. II. toto capite 18. Conf. Herbelot tit. *Adhem.* Verſus, quos exhibet d'Herbelot, perelegantes, Arabice ex Raudo iuvat apponere,

نرقع دنيانا بتمزيق ديننا فلا ديننا يبقي ولا ما نرقع ،
فطوبي لعبد اثر الله ربه وجاد بدنياه لما يتوقع ٭

(45) *Pag.* 45. Theophanes pag. 378 anno Leonis Chazari primo *αποςειλας* Μαδι *τον* Αβασβαλη *κατα* Ρωμανιας rel. Corruptum illud nomen Αβασβαλη quid ſit neſcio. Forte *Αβας βιν* Αλι. Sed nullum huius nominis celebrat illorum temporum hiſtoria, quae praeterea ſuadet Αρουν Ρασχιδ reponere.

(46) *Pag.* 45. Zendiki aut ſunt iidem cum ſupra memoratis aut ſunt tales, quales Teixeira Itiner. pag. 141. et della Valle II. 9. pag. 34.

 dicunt

dicunt Anae perquam frequentes eſſe. Quare autem idem IV. 23. pag. 131. طريقة الزنادقة *Tarik Zenadeka* interpretatur *de weg der Gierigarts, viam avidorum,* non aſſequor. Forte vox *Zendik* in Perſica lingua idem notat, quod Arabica مريد *cupidus, requirens, ſtudioſus.* In Arabica lingua nota eſt dictio طريقة المريدين *via* (hoc eſt *ſecta*) *quaerentium,* deum ſcil. et veritatem.

(47) *Pag.* 45. Hunc *Mocanna* alii faciunt Hakemum fil. Atae, alii Hakemum fil. Heſchami. Vid. Teixeira pag. 231. 232. d'Herbelot p. 217. 412. 530. 589. Immiſſum ipſi ducem appellat Teixeira Monçaeb [hoc eſt Moſaiieb مسيب], d'Herbelot Abu-Said. Vtrumque conſiſtere et unus homo idemque poteſt eſſe. Ceterum haec multo aliter Teixeira narrat, quam Noſter. — Ex Herbeloti notitia p. 589. a. male intellecta fluxerunt illa inepta in Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. pag. 339. orientali auctori imputata, ſed quae ab homine orientale profecta non fuiſſe certus ſum, nempe haec: "Illius, "[Hadii] temporibus Abdalla Macnae filius, impiorum primipilus, qui li- "brum Katile va Damna e Graeca lingua in Arabicam ſumma elegantia conver- "terat, compluribus ſibi aſſumtis ſociis, alium Alcoranum publicare in animo "habebat. Hunc, ut et aſſeclas omnes, interfici iuſſit Chalifa." Commiſcuit duo diverſos homines, Hakemum, vel Ataum, Mocannaum, et Abdallam, filium Mocannai, non iſtius, ſed alterius, probe ab Herbeloto diſtinctos. Conf. idem Catal. p. 351. b. ubi *Elmukaka* المقنع nominatur.

(48) *Pag.* 47. Praeſtigias, quibus hoc perfecit Mocanna, tradit Tebrizius ad Abulolam: كان المقنع قد انبط بيرا واسعة في بعض بلاد خراسان مما وراء النهر في موضع يقال له كنش يطرح فيها الزيبق الكثير علي راس الماء وكان شعاعه ينبين في الجو كانه بدر، واقام مدة يغوي كثيرا من الناس ويريهم انه يطلع القمر "Effodi curaverat Mocanna puteum in loco quodam Choraſanae ultra Oxum, cui loco nomen eſt Kenaſch, effuderatque in eum multum mercurium; qui ſupernatans aquae cum ſplendorem ſuum verſus coelum repercuteret, faciebat ſpeciem lunae. Et hoc artificio continuabat ille ſatis diu permultos hominum ſeducere, quibus perſuadebat, ſe poſſe lunam oriri facere." Notabile

bile in hoc loco, quod Tranſoxanam Choraſanae nomine comprehendit; quod interdum fit. Sed illud non capio, qui Mercurius aquae innatare queat. Forte non recte mentem auctoris percepi.

(49) *Pag.* 47. Haec non ſatis intelligo, niſi ad praeſtigias illas tantum reſtringas, non autem ad lunam. Nam luna certe vera eodem tempore poteſt in locis conſpici, quae plus quam itinere duorum menſium, ſi pedibus iter facis, remota ſunt. Sed forte dicit Noſter, illam obiectam fallacem lunae ſpeciem potuiſſe ad tantum ſpatium conſpici. Herbelotus pag. 412. haec exhibet hoc modo: "Il fit ſortir toutes les nuits du fond d'un puits un corps "lumineux ſemblable à la lune qui portoit ſa lumiere jusqu'à la diſtance de "pluſieurs milles."

(50) *Pag.* 47. Notum eſt, Arabes id, quod a formae praeſtantia laudare volunt, lunae comparari. Praeterea frigidum, quod adeo placet Abulfedae, acumen ineſt vocibus المقنع *Mocanna*, et المعمم *Moammam.*

(51) *Pag.* 47. Potuit quidem hic Mocanna ob foedam formam vultum operire. Sed alias ſolent primae dignitatis in oriente viri vultu velatò prodire et conſpici. Apponam inſignem locum Rihani, qui rem veſtiariam orientalem, perobſcuram adhuc, nonnihil illuſtrabit. كان سلامة ذو فايش يظهر لقومه مرة في كل سنة متلثما متقنعا، قال عمرو بن بحر الليثي والقناع من سيما الروساء، والدليل القاطع علي ذلك ان رسول الله كان لا يري الا مقنعا، وجاء في الحديث حتي كان الموضع الذي يصيب راسه من ثوبه ثوب دهان، وكان المقنع الكندي ووضاح اليمن يشهدان المواسم مقنعين، والقناع ما يكون علي الراس والوجه معا للرجل، واللثام علي الفم واللفام علي الانف والوصوصة تضييق اللثام حتي لا تبدو الا العيناب "Solebat Salama du-Faieſch [regulus in Arabia felice] ſingulis annis ſemel ſe ſuo populo monſtrare, ſed et tunc in *Letam* et in *Kenao.* [Explicabitur ſtatim quid utrumque ſit.] Ait Amru filius Bahri Laitita: Kena eſt inſigne praecipuorum virorum. Luculentum argumentum eſt, quod apoſtolus Dei conſpectus nunquam fuerit niſi cum Kenao. Leguntur in Traditionibus, [tantum fuiſſe fulgorem

gorem lucis propheticae, quae ex eius capite emanaret] ut ea pars veſtis eius, quae caput eius [verticem et frontem] attingeret, eſſet ut corium rubrum oleo nitens. Ita quoque illi duo celebres Iemanenſes, Mocanna Kendita, et Vadah el-Iemen [ſeu Lampas Arabiae felicis] numquam conſpiciebantur in conventibus populorum [nundinis, publicis iudiciis cet.] niſi Mocannai, vel Kenao velati. Eſt autem *Kena* tegmen capitis [verticis et frontis] et vultus [oculorum, oris et menti] ſimul, viris in uſu. *Letam* autem eſt velamen oris tantum. *Leſam* eſt velamen narium [ſimul et oris]. Quando autem Letam [forte Leſam] tam alte et tam arcte adducitur, ut oculis non relinquat niſi anguſtam ad transſpiciendum rimam, ex quo oculi poſſint cerni, id appellatur *Vaſvaſa.*" Hactenus Rihan. Conf. ad ann. 448.

(52) *Pag.* 47. Inde quoque dicitur *Borcai,* a برقع *rica,* ſeu operimento tale, quod totam faciem tegat, ſolis oculis per parvas rimas proſpectum relinquens, quali mulieres in oriente utuntur.

(53) *Pag.* 47. Diſtinctius de his Theophanes pag. 378 — 384 cum quo conferri meretur Elmacinus pag. 106.

(54) *Pag.* 51. Huc pertinet ille huius Baſchari verſus, quem inter multa alia eiusdem carminum ſpecimina laudat Ibn-Nabata ad Ibn-Zaiduni Riſalet, ubi multa de ipſius opinionibus et fatis narrat, e quibus patet, hunc virum philoſophum fuiſſe, ſed quod vulgi et Muhammedaniſmi errores et ſuperſtitiones non approbaret, exoſum et peremtum (flagellis) et poſt ſupplicium ab ipſis tyrannis ſuis deſideratum, quos, quum deprehenderent talem virum non fuiſſe, qualem ex inimicorum perſuaſione crediderant, ſuae feſtinationis in puniendo poenituit. Verſus quem dixi, eſt ille:

الارض مظلمة والنار مشرقة والنار معبودة مذ كانت النار

"Terra eſt opaca [neque ipſa lucens, neque res alias illuſtrans], ignis au-
"tem lucidus [ipſe, aliasque res luce implens] ideoque religioſe cul-
"tus fuit ex quo fuit."

Ex hoc verſu Magiſmi voluerunt eum arguere ipſius hoſtes. At ego quidem nil video in hoc verſu quod aut cum rei veritate aut cum hiſtoria pugnet, et a quovis, ſeu Muhammedano, ſeu Chriſtiano dici ſalva conſcientia nequeat.

Videtur

Videtur autem de eorum genere fuiſſe, qui de creatore ſuo queruntur, quod hominem perfectiorem non fecerit, quam fecit. "Narrat Ibn-Challad [ſic ait idem Ibn-Nabata], "ſe aliquando in familiare ſermone Baſcharo improbitatem "ſuae haereſeos et propenſionem ad الالحاد infidelitatem exprobraſſe. Sed "Baſcharum ſibi reſpondiſſe: Ego non credo, niſi quod aut ipſe ego ſenſibus "meis perceperim, aut alius perceperit. Tracto diu multumque argumento "diſputationis noſtrae, tandem, O Abu-Mochalled, aiebat me alloquens, "ut dicam quod ſentio de tota re, puto creatorem nobis iniuriam feciſſe, ut "aiunt quidam ما اظن الامر يابا مجلد الا كما يقال انه خذلان "et propterea hoc triſtichon addo:

طبعت علي ما في غير مخير هواي ولو خيرت كنت المهذبا ،
اريد فلم اعطي ، واعطي فلم ارد ، وغيب عني ان انال المغيبا ،
واصرف عن علمي وعلمي مصرف عني وما اعقبت الا التعجبا *

"Creatus ſum aliter quam optaſſem; et, ſi mihi data fuiſſet optio in creatione mea me fingendi ſecundum meam ideam, ſane perfectum me "feciſſem.

"Volo aliquid, et non impetro. Contingit mihi e contrario, quod nolo. "Negatum et abſconditum mihi eſt hoc, conſequi abſconditum [τὸ "intelligere ea, quae deus ſibi reſervavit].

"Arceor a cognitione mei ipſius, et cognitio mei arcetur a me, et reliquum "mihi factum nihil eſt quam admiratio [haec et ſimilia eorumque "cauſſam admirari, ſed non intelligere]."

(55) *Pag.* 51. *lin.* 22. *Maſendana.* Inconſtantes ſibi ſunt librarii et auctores orientales in hoc nomine. Plerumque ماسندان ſcribunt. Ita Noſter hic loci, et Geographus Nubienſis p. 248. lin. 13. Contra Ibn-Cotaiba habet ماسبذان *Maſabadan.* Eandemque veram orthographiam eſſe tradit Abulfeda in Geographia, litteras ſingulas adnumerans, licet in eodem articulo modo *Maſendan* modo *Maſabadan* habeat. Poſterius videtur in Elmacini Erpeniano codice fuiſſe, e quo pag. 107. ماسيدان *Maſeidan* exhibuerunt. Sunt autem amborum quos modo laudavimus auctorum verba quae ſequuntur: et quidem Ibn-Cotaibae: مات بقرية يقال لها الرذ من ماسبذان

في المحرم سنة تسع وستين ومائة "obiit Mahdi in Alrod, oppido quodam Maſabadanae, menſe primo anni 169." Abulfedae vero: السيروان كورة ماسبذان من الجبل "Siravan eſt Cura [hoc eſt, nomus, praefectura] Maſabadanae [cuius capitalis eſt Maſabadana] in regione montana" من المشترك — ماسبذان بفتح الميم وبعد الالف سين مهملة وباء موحدة وذال معجمة بفتح الجميع وبعد الالف نون ، من كتاب ابي احمد يعقوب الكاتب قال السيروان يقال لها ايضا ماسبذان وهي مدينة بين جبال وشعاب وهي في ذلك تشبه مكة ، — وقال في المشترك السيروان كورة ببلاد الجبل وهي كورة ماسندان (ſic) ، وقيل هي كورة الي جنب ماسندان ، وقيل هي قرية بالجبل ، قال ابن خلكان وماسندان (ſic) كان يسكنها المهدي العباسي وبها مات ودفن وفيه يقول مروان بن ابي حفصة ،

واكرم قبر بعد قبر محمد نبي الهدي قبر بماسبذان ،

"Ait Abu-Ahmed Iacob el-Cateb [ſeu Secretarius] Siravanam alio nomine quoque Maſabadanam appellari; eſſe urbem antiquam, inter montes et praeruptos hianteſque ſcopulos; qua in re ſimilis ſit Meccae. — Auctor Moſchtareki ait, Siravanam eſſe Curam [vel nomum] in regione montana, eandem cum Cura Maſendanae; alios tamen duos diverſos nomos et unum alteri appoſitum facere: alios opinari, Siravanam eſſe oppidum in regione montana. — Ibn-Chalican ait, Maſendanam incoluiſſe Mahdium Abbaſidam [id addit diſcriminis cauſſa; ſunt enim Mahdii quoque Alidae et Fatemidae] ibique obiiſſe et ſepultum fuiſſe, et hinc intelligendum eſſe illud Marvani, filii Abu-Haſſae:

Sepulcrum, poſt illud Muhammedis, veri prophetae, maxime venerabile
eſt ſepulcrum in Maſabadana."

Hactenus Abulfeda.

(56) *Pag.* 55. Adhuc alium nominat Ibn-Cotaiba, cuius haec ſunt verba: قتل بفخ بالمدينة علي اربس فرسخ من مكة "occiſus fuit in Vag [بوج ita legendum eſſe pro corrupto بفخ patet ex ſequentibus, et delendum

lendum بالمحصبة] ad unam paraſangam a Mecca, procurantibus eius caedem Muhammede filio Soleimani, et Muſa filio Iſae, et Abbaſo filio Muhammedis."

(57) *Pag.* 55. *Dies Tarvia* h. e. *dies viſionis,* ut plerique interpretes exponunt. Rationem appellationis reddit Baidavius ad iſta verba verſ. 101. Surae 37. يا بني اري في المنام اني اذبحك "mi fili, video in ſomno quod te mactem; [aut intelligo ex inſomnio, quod te mactare debeam]." قيل انه راي ليلة التروية ان قايلا يقول له ان الله يامرك بذبح ابنك ، فلما اصبح شك ام هو من الله او من الشيطان ، فلما امسي راي مثل ذلك ، فعرف انه من الله ، ثم راي مثله في الليلة الثالثة فهم بنحره وقال له ذلك ، ولهذا سميت الايام الثلثة بالتروية وعرفة والنحر "Fertur Abraham ea nocte quae diem Tarvia praecedit, راي *raa,* vidiſſe dicentem ſibi: deus tibi imperat filium tuum mactare. Altero mane dubitabat eſſetne illa viſio a deo an a diabolo. Sed proxima nocte rurſus videbat eandem viſionem. Ergo عرف *aref* cognovit ex eo, divinam viſionem fuiſſe. Tertia nocte rurſus videbat eandem viſionem. Inde decernebat filio ſuo نحره *nahrah* iugulationem. Hinc dicti ſunt tres illi dies dies Tarvia [viſionis], Arafa [cognitionis], et Nahri [iugulationis]." Doctius et rectius Etymologiam exponit Gorairi Scholiaſtes his verbis: انما سمي يوم التروية لان الناس كانوا يحملون الماء يتروونه الي عرفات حتي بني عبد الله الحياض "dictus eſt dies ille dies rigationis, quia ſolebant eo die aquam ex valle Mena in collem Arafa traducere, qua ſe ſuasque beſtias rigarent donec Abdalla [filius Zobairi] ciſternas conderet." Diebus autem reliquis nono et decimo non licebat in vallem iſtam aquatum ire, quia ſacris vacabant. Hinc proſpiciendum de aqua erat octavo die, quum ceremoniae nondum coeptae eſſent.

(57 b.) *Pag.* 55. Meidanius quidem Vag et Taief unum idemque facit, ſed procul dubio fallitur. En verba eius cap. 29. يوم وج هو الطايف كان بين ثقيف وخالد بن هوذة ، Forte legendum: هو بقرب الطايف

(58) *Pag.* 55. *Obſequium deo ſpondent;* proprie, *dicentes erga deum* لبيك لبيك *Labbeic, Labbeic,* uti dicunt, qui ſe adeſſe ad audiendum mandata et ad exſequendum paratos ſignificant. Formula eſt quacum incipiunt ſacros ritus Meccanos, ut conſtat ex Haririo Conſ. XXXVII. ما نعي قط الا أمّنت ولا ادعي الا امنت ولا لبّي الا واحرمت "Numquam vota fecit, quin Amen finitis adiunxerim; nunquam de ſe quidquam iactavit, quin ipſi fidem adhibuerim; nunquam dixit *Labbeic* [velut ſacros ritus ſuſcipiens] quin ego quoque [ad illius exemplum] Naziraeatum ſuſceperim."

(59) *Pag.* 57. De ſepulcro Edriſi et veneratione, qua ipſum Afri proſequuntur, vid. Leo Afric. III. 60. tit. *Gualitis.*

(60) *Pag.* 57. "Ancillam reliquit gravidam, quae ex Gothis ad illorum fidem illecta fuerat." Verba ſunt Leonis Africani III. 23. pag. 184, ubi totam hanc hiſtoriam ſic narrat, ut non contemnenda quaedam cum multis nugis more ſuo miſceat.

(61) *Pag.* 57. "Hic eſt ille, ait Ibn-Cotaiba, qui صار الي الاندلس وبربر وغلب عليها evaſit in Andaluſiam et Barbariam, et utramque ſubegit." Fallitur. Andaluſiam enim non intrarunt Edriſidae; niſi forte ab Ommiadis adverſus Chaliſas, ſuos affines, aut ab aliis Mauris Hiſpaniae regulis in auxilium vocarentur. Neque mirum orientales Muhammedanos remotorum occidentalium res ignoraſſe.

(62) *Pag.* 59. Hunc Rabium deſignari puto a Theophane pag. 384, ubi Βουνουσον appellat. Nempe aut fefellit ipſum (vel, quod idem eſt, auctorem eius, qui primus ab Arabibus accepit) oculus, ut videretur ſibi in codice ſuo بونس *Bunus* habere, quum revera يونس *Iunus* haberet, aut omnino pravum habebat coram ſe codicem, in quo *Bunus* exaratum erat. Solent autem Graeci in Arabum nominibus ſaepe patris nomen pro filii nomine ponere. Ita ſupra habuimus, *Saidum,* pro filio Saidi cet. Ita quoque hic *Iunaſum* vel *Iunuſum* videtur Theophanes pro filio Iunaſi poſuiſſe. Locus autem hic eſt: *εξερχεται Ααρων υιος Μαδι — εως χρυσοπολεως, καταλιπων τον* Βουνουσον *πολιορκειν την* Νακωλειαν *και φυλαττειν τα νωτα αυτου. απεστειλε δε και τον* Βουρνιχε *εις* Ασιαν *μετα τριακοντα χιλιαδων* cet. At quis

quis ille Βουϱνιχε? Procul dubio paululum deformatus a librario locus eſt, ſcribendumque Βαϱμιχ εις Ασιαν. Deſignat nempe Iahiam filium Chaledi, filii Barmaki.

(63) *Pag.* 61. Condere inſtituebat hoc anno Abd-er-Rahman fanum Cortobae; filius enim Heſcham demum opus perfecit. Vid. hiſt. revel. Hiſpan. T. III. pag. 68 et 72. Vaſaeus ad ann. 787 "Hoc anno, ait, nempe Arabum 169, Abderamenis iuſſu et expenſis coepta eſt aedificari Meſquita Cordubenſis opere adeo ſuperbo, ut omnes Saracenorum Meſquitas facile ſuperaret. Quod opus hodie quoque viſitur Cordubae, conſecratum in eccleſiam cathedralem, et amplitudine et columnarum multitudine admirandum. Eodem anno mortuus eſt Abderramen —" Conf. d'Herbelot p. 273. b. et 553. a. ubi mirum in modum homines et tempora miſcet, dicens, Manſurum, regem et Chalifam Andaluſiae Ommiadem (quem ego quidem non novi) condiſſe "la grande Moſquée de Cordube, qui fut appellée Cobbat ol Melic, c. a. le dome royal, avec un College magnifique, dans le quel Ebn Haligian, auteur du livre intitulé, Bahar al Mohith, enſeignoit l'an 710." Procul dubio per illum Manſurum intelligit Manſur al-Hageb, de quo vid. ad ann. 393, et loco vocis *Haligian* reponenda eſt *Haiian.* Vid. pag. 171. b. 421. a. 923. a. et alibi.

(64) *Pag.* 61. Alias non citius induere ſolent ſacram veſtem, quam ubi una alterave diaeta a territorio Meccano abſunt.

(65) *Pag.* 63. Vehementer ab his diſcrepant, quae in Catalogo Bibl. Reg. Pariſinae pag. 340 leguntur, procul dubio male intellecta et male reddita. "Anno 176, ait quisquis id ſcripſit, adverſus Dilemitas profectus [Harun Raſchid] quos imperio adiungere volebat inſidiisque exceptus poſt aliquot menſium captivitatem liberatus eſt.

(66) *Pag.* 65. Rara mentio molarum aquariarum apud Arabes: plerumque non memorant niſi manuarias. vid. de la Rocque p. 177. della Valle VI. 27. p. 121. et alii. At habent tamen etiam aquarias, ut patet ex modo laudato de la Rocque pag. 192. "C'eſt d'abord, ait, de moudre le bled avec un petit moulin, qu'ils ont dans leurs huttes, et dont ils ſe ſervent lorsqu'ils

ſont dans des endroits, ou il n'y a pas de moulin à eau. Car pour des moulins à veut, il n'y en a pas en ce païs là."

(67) *Pag.* 67. *Du-Esbah* ذو أصبح ait Ibn-Doraid in Etymologico, "erat aliquis Cail [ſeu rex Arabiae felicis] de Cailis Homairitarum; et ad ipſum referuntur [ut ad auctorem] السياط الاصبحية ſcuticae [vel lora] Esbahica [celebre nomen; ſed qualia fuerint et cui uſui, non novi.] وهو ابو بطن من حمير واليهم يعتزي ملك بن انس "fuitque pater familiae cuiusdam Homeiriticae, ad quam refertur Malec filius Anaſi."

(68) *Pag.* 69. Aliam huius ſupplicii cauſſam allegat Ibn-Nabata. Scilicet, quod Malec, quum aliquando Hegagum el-Garb [ſeu occidentalem] interrogaſſet de ilo Abd-er-Rahmano filio Moaviae, Ommiadae, qui ſuae gentis primus in Andaluſiam venit eamque ſubegit, et de ipſius moribus; et Hagag ipſi reſpondiſſet, fuiſſe principem admodum ſobrium, modeſtum et religioſum, qui panem hordeaceum comederet, et lana ſe veſtiret, et omnibus nervis adverſus Chriſtianos pugnaret; quod inquam ad haec Malec reſponderit: O utinam ornaſſet deus noſtrum Haram [lares patrios, ſeptum noſtrum] ſimile viro! Hunc ſermonem ad Abbaſidas quidem perlatum maximas eorum inimicitias ipſi concitaſſe et foedum iſtud ſupplicium, — verum Abd-er-Rahmanum vehementer eo laetatum fuiſſe, ſuosque Andaluſenos ad ſectam Maleki adegiſſe, eamque in ſuum regnum introduxiſſe, et ſic factum eſſe, ut Magrebini ſeu occidentales in univerſum ſint Malekitae. Haec ille. Per multum valet in hiſtoria Muhammedana, pariter atque in noſtra, noſſe, cuius ſectae ſit haec vel illa natio, et qua occaſione illam amplexa fuerit. Nam ſaepe politicae rationes ſubſunt.

(69) *Pag.* 71. Memorabile eſt, quod de Maleco narrat Ibn-Cotaiba; ipſum diu quidem officiis omnibus boni et religioſi Muſlemi functum fuiſſe; veniſſe ad preces ordinarias ſingulis diebus, ad extraordinarias die Veneris, ad exſequias mortuorum, inviſitaſſe ad aegros, pro debitoribus ſolvendo imparibus ſolviſſe, praeſediſſe in templo ad docendas traditiones, et auditorum frequentiae vacaſſe; dein ſenſim remiſiſſe de illo ſtudio; et primum quidem omiſiſſe praelectiones in templo; dein concelebrationem funerum, attamen privatim eos conveniſſe ſolatum, ad quos defuncti ſpectabant. Dein et hoc

et

et reliqua omiſiſſe, domi ſuae ſe continuiſſe, et nunquam interfuiſſe precibus publicis [quod tantum apud illos flagitium reputatur, ut cum flagris caedant, qui tribus continuis vicibus ter a precibus abfuerit, ut teſtatur Addiſon in *Barbaria*]. At nihilo tamen minus id ipſi, [ut homini raro et non vulgari] fuiſſe indultum; et quum ea de re ab amicis admoneretur, cauſſam ſciſcitantibus, reſpondiſſe ليس كل الناس يقدر يتكلم بعذره "non omnis homo poteſt cauſſas ſuas exponere. Decimus, ut aiunt in proverbio, non novit, ubi calceus undecimum premat." Simile quid refert Plutarchus de Aemilio Paulo, niſi fallor, uxorem repudiante.

(70) *Pag.* 71. De huius viri avo, Iazido fil. Rabiae fil. Moſregi, et de perſecutionibus, quas ipſi concitavit eius petulantia et mordacitas poëtica, ſatis narravi ex Rihano ad ann. 44. Poſſem nunc ex eodem de noſtro Iſmaële facetam hiſtoriolam narrare, nonnulla quoque momenta hiſtorica ſcitu non indigna comprehendentem. Sed ne ſim nimius, contentus ero tantum inde diſtichon hoc adduxiſſe:

ايها المادح العباد ليعطي بيد الله ما بايدي العباد ،
لا تقل في الجواد ما ليس فيه ولا تسمي البخيل باسم الجواد ،

"Heus tu qui laudas homines, quo donum impetres! in manu dei eſt
"quod ab hominibus putas accipere.

"Ne praedica de liberale nimia; neque appella liberalem eum qui ava-
"rus eſt."

vid. ad ann. 242. in notitia Cadii Iahiae ben Actami. Ceterum hoc unum adhuc obſervo de nomine huius gentis *Ibn-Moſreg*, vel *Beni Moſreg*, unde venerit. Narrat nempe aliquem inter eorum maiores fuiſſe, qui utrem integrum lactis uno hauſtu et ἀπνευςὶ aliquando افرغ *Afrag, evacuarit.* Hinc eius poſteros *filios evacuatoris* appellatos fuiſſe. Conf. ad ann. 385 in notitia *Darcatanenſis*, et Elmacinus pag. 65.

(71) *Pag.* 73. Vaſaeus ad ann. 799. "Zuleiman (ait) et Abdalia, [Abdalla] patrui Halihatam [Alhacam], quos diximus ab Ixeco [Haſſchamo] pulſos Hiſpania, audita morte fratris cum exercitu hoſtili ex Africa in Hiſpaniam tranſierunt ad invadendum imperium novi regis. Quo non ſegniter obviam

obviam eunte, alter illorum occiſus eſt cum bona parte exercitus; alter in fugam verſus, paullo poſt ultro ſe in fidem nepotis dedit, et magnis illius beneficiis uſus eſt."

(72) *Pag.* 73. Non patruum, ſed fratrem tum Hiſpaniae imperantis principis facit Abdallam hunc Rhegino in Chronico, ubi ait eum Aquas granum veniſſe et auxilium Caroli Magni imploraſſe. Verba ſunt: "Anno Dominicae incarnationis DCCXCVII — Carolus in Aquis palatium reverſus eſt; ubi Abdellam Sarracenum, qui a fratre regno pulſus in Mauritania exulabat, ipſo ſemetipſum commendante ſuſcepit." et paullo poſt: "De eodem loco Abdellam Sarracenum cum filio ſuo Ludovico in Hiſpaniam ire iuſſit."

(73) *Pag.* 73. Ad haec melius intelligenda, conf. hiſt. revolut. Hiſpan. Tom. III. pag. 69—74, ubi Rhegino "Anno, inquit, Dominicae incarnationis DCCXCVII Barcinona, civitas Hiſpaniae, quae iam pridem a Francis diſceſſerat, per Thathim, praefectum eius [nempe Barcinonae] Francis eſt reddita. Nam ipſe ad palatium veniens eam civitatem cum ſemetipſo regi [Carolo M.] tradidit. Quale ſit illud nomen arabicum Thathis, non novi. Forte Arthatis legi debet ارطاة, quod nomen Arabicis eſt valde frequens. Conf. idem Rhegino p. 34 ad a. Chr. 801.

(74) *Pag.* 73. *Sibuia.* Legi quoque poteſt Sibaujeh, vel Saibujeh. Vid. d'Herbelot pag. 809. a. qui tamen non recte percepit auctorem ſuum, Raud-el-Achiar, in iſtis "L'ouvrage de Grammaire — eſt diviſé en trois par-"ties, à ſavoir en Aſſas, Oſul et Forou" — Arabica ſic ſonant قسم الابواب واسس الاصول وخرج الاصول "diſtribuit capita [partes orationis inſtituit], fundavit radices [conſtituit regulas generales et capitales], et educit ramos [et inde deduxit regulas ſpeciales]."

(75) *Pag.* 73. Grammatica Sibuiae per excellentiam nude et ſimpliciter الكتاب *liber* dicitur. Ita apud Raudum loco modo allegato صنف الكتاب et claris verbis alio loco نسبت الي سيبويه وهو المشهور بالكتاب Hunc adſcribam integrum, quo tota libri habeatur hiſtoria. "Dicunt, ait, fundum et ſtamen quaſi libri Sibuiaeani fuiſſe Gameum [την καθολικην] Abu-Amrui

Amrui Iſae, filii Omari Tacafitae; quem librum Sibujeh tantummodo paullo fuſius deduxerit, et obſervationibus a praeceptore ſuo Chalilo atque aliunde acceptis referſerit. Inde hoc opus attributum Sibuiae fuiſſe, qui illud in ordinem redegiſſet, et *Libri* nomine vulgo nunc citari." Eius *Abjat* quidam eundem librum cum Grammatica faciunt; Herbelotus autem p. 809. b. diverſum. Ex Noſtri loco ad ann. 385 clare patet, *Abjat* eſſe partem *Kitabi,* ſcilicet poëtarum verſus, quos operi ſuo grammaticus teſtimoniorum gratia intexuit.

(76) *Pag.* 77. Memorabilis eſt obſervatio Hagi Chalifae ad an. 181 سفر رشيد بروم وفتح حصن صفصاف يعني سكود "it Raſchid in Romaniam, et expugnat arcem Saffaf, hoc eſt Socud" (سكود ut eſt in codice regio Dresdenſe, vel سكوت ut in codice bibliothecae urbanae Lipſienſis). Italus in ſuo interpretatione ſic circumloquitur: "nell' Aſia la città Sujut ſolo quatre giornate diſtante da Coſtantinopoli." Verum d'Herbelot p. 199. b. 433. b. et 732. a. "le fort chateau Saffaf dans la Natolie, appellé aujourdhui Belegiek par les Turcs."

(77) *Pag.* 77. De hoc Abdalla, Mobareki filio, perhibet Raud, quod ſimul Alem (theologiae peritus) Fakihus (ICtus) Adib (litterator) Zahed (eremita, aut abſtemius) Schaër (poëta) et Faſih (orator) fuerit et multa ſcripſerit. Vid. d'Herbelot p. 7. a. 452. a. et 588. a. ubi ex Abdalla filio Mobareki et Mobareko Meruzi, uno eodemque homine duos diverſos facit.

(78) *Pag.* 77. Ibn-Chaitama memoratur a Gagniero in notis ad Vitam Muhammedis Abulfed. pag. 44. inter illos duodecim *Nakibos* vel capitaneos. Hic eſt procul dubio ille *Saad ben Hathim,* quem Herbelotus laudat ex Mirchondo pag. 728, ſed ita, ut parum verſatus in rebus citerioris orientis auctor ille facile deprehendatur, quod et ex aliis indiciis mihi conſtitit. Legit nempe doctiſſimus Gallus حاتم *Hatim* pro vera lectione خيثمة *Chaitama.*

(79) *Pag.* 77. Carnificem huic Muſae immiſiſſe dicitur Raſchid. Vid. Elmacinus p. 115. Sed Herbelotus p. 651. a. cum veneno ſublatum ſcribit.

(80) *Pag.* 79. Martyreum *Muſae Catemi* deſcribit della Valle II. 9. p. 37. cuius verba iuvat adſcribere. "Wy quamen aen een Dorp, ait, Imam

Muſa genoemt, naer zeker man, Muſa geheten, die voor een heilig onder de Mooren word gehouden, de welcken groote getuygeniſſen van eerbiedigheid aan zyn gehugenis bewyſen. En dewyl zyn graf in dit dorp is, zo gaet men deerwaerts uyt godvruchtigheyd in beedevaart, niet alleenlyk van Bagdad, 't welk niet meer dan omtrent een uur weegs van daar gelegen is, van daar de vrouwen inzonderheit by na alle vrydagen deerwaerts trekken, om zig daer te vervoegen en hun gebeden in deze plaets te doen, maer ook veel wyder afgelege volken, voornamelyk naer de zyde van Perſien, dewyl deze Muſa een der doorlugtiſten van hun Aanhang heeft geweſt." Ne quis miretur diſcrepantiam Vallei et Abulfedae, quorum hic in ipſa urbe Bagdad fuiſſe martyreum, de quo agimus, ille extra urbem, ad unius horae iter abeſſe ait, tenendum, utrumque verum dixiſſe; at olim urbem Bagdadi et eius praecipue partem occidentalem multo ampliorem et multo magis verſus ſeptentrionem atque occidentem protenſam fuiſſe, quam nunc eſt, ita ut ſcribat Teixeira p. 121 de hodiernae urbis Bagdadi aedificiis, "ſon todas de ladrillo viejo, ſacado de las ruynas de los edificios antiquos, y hay mucha gente, que no biue de otra coſa, que de cauar la tierra, y ſacarlo, para venir lo a vender. Dedonde procede, que por quatro y cinco millas en torno del pueblo, que yaze en la Meſopotamia, eſta todo hecho cuevas muchas muy profundas, por el ladrillo, que dellas ſe ſaca de continuo de las ruynas de los edificios antiguos. Que argue bien la grandeza deſte pueblo en otro tiempo." Conf. Idem pag. 113. lin. 4. ſqq.

(81) *Pag.* 79. De hoc Iunaſo ita tradit Raud: "Abu-Abd-er-Rahman Iunas, ben Habib — oriundus e Gobbol, parvo ad Tigridem oppido inter Bagdad et Vaſet, habuit peculiares ſuas opiniones in Grammatica. Sectatores eius fere tantum ſunt apud Baſram. Scripſit de ſenſibus et deſignationibus Corani; item, de gloſſis, item, de fide, denique facetias et obſervationes coriosas. — Vixit annos 88. Semper caelebs obiit anno 182. Dicitur ſimilis fuiſſe lagenae anguſti colli, in quam difficulter intrat quidquid intrat; ſed ubi ſemel intus fuerit, non rurſus exit."

(82) *Pag.* 81. *Rihan* ait, Iazidum protinus ab epulis puellam, quae ipſi recens inter prandendum dono oblata fuiſſet, compreſſiſſe, ولم ينزل عنها

عنها الا ميتا ſed ab ea non niſi mortuum deſcendiſſe. Addit, talium exempla multa exſtare apud medicos, e quibus pateat, eandem poenam eadem peccantes manere. Forte patitur regula exceptionem. Ceterum poëtae hunc virum laudant a liberalitate.

(83) *Pag.* 81. Huius celeberrimae gentis Barmacidarum ruinam ſatis luculenter deſcripſit Abu-Oſaiba in vita Gabrielis Bachtiſchuae, quam edidit Io. Freind ſub finem hiſtoriae medicinae, et quidem ex verſione Salomonis Negri Damaſceni; ſed ita comparata eſt ea verſio, ut pateat hominem Arabice quidem nonnihil calluiſſe, at non hiſtorice et erudite. Sane eorum, quae p. 29. T. III. editionis Gallicae leguntur, multa prorſus carent humano ſenſu. De cauſſis huius memorabilis eventus vid. Elmacinus p. 116. Plurimi, teſte Abulfeda, Gafarum Barmacidam, a quo cladis factum initium, ideo peremtum fuiſſe tradunt, quod principis ſororem, cuius aſpectu tantum frui debebat, pueruli matrem feciſſet. Simile paene coniugium eſt quod Sanſon regibus Perſicis ſui temporis in uſu fuiſſe ſcribit; illos nempe filias ſororesve ſuas Sadris ſuis (ſunt illi ſummi ipſorum pontifices) ita maritare, ut liceat quidem illis liberos quaerere, at tamen ſi maſculus inde naſcatur, eum protinus tollant. Scilicet in oriente ſummus ille honor habendus eſt, ſi cuiquam permittitur, ſummae dignitatis mulieres nudo vultu conſpicere; et tanta eſt mulierum orientalium arrogantia, ut vultum non monſtrent, niſi quibus venerationem aut debent, aut monſtrare volunt. — Inter cauſſas cladis et ruinae Barmacidarum refertur quoque Zendikiſmus, ſeu quod impii, hoſtes fidei Muhammedanae, eſſent, qui Coranum et Muhammedem conviтiis et probris onerarent. Potuit omnino verum eſſe; et probabile eſt, verum fuiſſe. Originem enim a Magis ducebant Barmacidae, ſeu a ſacerdotibus Perſarum; forte ſpecie tenus tantum externe profeſſi fidem Muſlemicam, intus et domi colebant maiorum inſtituta. "Occidit Harun (verba ſunt Ibn-Cotaibae) filium "Abu-Schaichi, et per hunc celebris illius doctoris, Chaledi Haddaï ex fra"tre nepotem, familiarem amicum Gafari filii Iahiae, propterea quod Zen"dikiſmi accuſabatur; cuius etiam rei agebantur Barmacidae, praeter paucos "quosdam, paene omnes. Quo tendit illud Aſmaaei:

اذا ذكر الشرك في مجلس اضاءت وجوه بني برمك ،
وان تليت عندهم اية اتوا بالاحاديث عن مزدك ،

"Quando idololatriae mentio fit in conſeſſu, cui Barmacidae interſunt, ſe-
"renant et renident ipſorum vultus prae gaudio.

"At ſi recitetur ipſis audientibus Corani locus, recitant ipſi longas fabulas de
"ſuo Mazdaco."

De Mazdaco vid. d'Herbel. pag. 568. et ſcriptores hiſtoriae Perſicae, atque Manichaeorum. — . Potuit denique Harunem, praeter ſtudium ſuae religionis, etiam ratio politica movere, ut eos puniret, ſi revera ſuae fidei et dynaſtiae conditori proterve inſultabant, eoque ſemina ſeditionum ſpargebant apud gentes bello domitas. Ex Herbeloto p. 9. tit. *Abd al Malec fils de Saleh* patet, ipſos ſummam poteſtatem, niſi ad ſe, ad alium ſaltim Abbaſidam traducere voluiſſe. Sebekaeus narrat, Fadlum filium Rabii, qui apud Harunem omnia valebat, cum non poſſet opibus et apud plebem gratia Barmacidas aequare, tamdiu delationibus apud principem eos infamaſſe, donec tandem proſterneret.

(84) *Pag.* 81. Virtutes ſingulas ſingulis Barmacidarum gentis tribuit Raud, ſed addit omnes illas Chaledum, filium Barmaci, conditorem gentis, in gradu tam eminente poſſediſſe, quam eius liberorum nullus alius. Nam neque Iahiam aequaſſe ipſius prudentiam et conſulendi felicitatem, neque Fadlum eius liberalitatem; neque Gafarum eius in exarandis ſublime et decoro ſtilo principum epiſtolis, dexteritatem, neque Muhammedem eius manſuetudinem, neque denique Muſam fortitudinem.

(85) *Pag.* 83. "Caeſus fuit Gafar, ita perhibet Ibn-Cotaiba, بالغمر in *Gamr,* vel *Gamar,* loco apud Anbaram, die ultimo primi menſis anni 187.

(86) *Pag.* 87. Theophanes pag. 406 anno Nicephori ſecundo, Chr. 804: "*τῳ Αυγουςῳ μηνι ελθων κατα Αραβον συνηντησιν αυτοις εις Κρασον της Φρυγιας. και πολεμησας ἡτταται, και πολλους αποβαλλων μικρου δειν και αυτος κρατεισθαι ημελλεν, ει μη των αρχοντων τινες ανδρειοταται τουτον μολις της αναγκης περισωσασθαι ισχυσαν.*" Sigebertus Gemblac. ad a. Chr. 803: "Aaron Ammiras cum 3000 contra Nicephorum Imp. aſcendit;

quem

quem non ferens Nicephorus turpe foedus iniit, pactus ſe ei daturum annuatim tricena millia numiſmatum, et tria numiſmata in tributum capitis Imperatoris, et tria pro capite filii ſui."

(87) *Pag.* 87. Vid. d'Herbelot pag. 652. a. lin. 4. Nomen eius ita perhibet Raud, Abu-l-Fadl Abbas, filius Ahnafi, filii Aſvadi, filii Talhae, Hanafita; ex Arabia felice oriundum ſed inter Arabes in Choraſana degentes natum ait, et Bagdadi adoleviſſe; fuiſſe celebrem, elegantem et politum poëtam; avunculum Ibrahimi Sulitae, alterius celebris poëtae, (de quo vid. ad an. 233 et 234) et obiiſſe anno 192. En ſpecimina poëſeos huius viri quaedam e Nuvairio:

صرت كاني ذبالة نصبت تضي للناس وهي تحترق ،

"Sum ut lucernae ellychnium in alto expoſitum, quod dum lucet aliis ſe "ipſum conſumit.

اري الطريق قريبا حين اقصده الي الحبيب بعيدا حين انصرف ،

"Si ad amicum tendo, brevem reputo viam; longam ſi ab eo diſcedo.

اقمنا مكرهين بها فلما الغناها خرجنا مكرهينا ،

"Intramus in mundum inviti; et quum tandem ipſi longo tempore aſſuevérimus et ceperimus eum guſtare et amare, eximus inviti."

(88) *Pag.* 89. *Indutus Caſao ſacrum iter fecit.* Non recte percepit in auctore, quem exſcripſit, Raudo, hanc formulam Herbelotus p. 961. a. ubi ait: "il fit ſurnommé *Keſſai* à cauſſe de pluſieurs deciſions qu'il fit contre le luxe et la mode des habits." Sacrae veſtis, quae احرام *Ihram* appellatur, formam deſcribit Olearius p. 323 Itinerarii, unde patet, ſacros peregrinatores paene nudos ire. Sed *Keſa* vel *Caſa* (unde forte latinorum aevi medii *caſula*) corpus involvit et tegit. Laneum et groſſae texturae pannum eſſe coniicio e loco quodam Gazalii in Menhag el-Abedin, ubi religioſorum mendicorum habitus, qui laneus eſt, *Caſa* appellatur. Invehitur Gazalius ibi in hypocritas illos, qui vûlgo Sofii, vel Sufii, a صوف *lana, laneo veſtitu,* quaſi *lanei* vel *lanati* dicuntur, et inter alia traditionem hanc affert. ذكر ان فرقد السبخي دخل علي الحسن وعليه كساء وعلي الحسن حلة ،

فتجعل

فجعل يلمسها فقال الحسن ما لك تنظر الي ثيابي فان ثيابي ثياب اهل الجنة وثيابك ثياب اهل النار، بلغني ان اكثر اصحاب النار اصحاب اكسية "Memoratur Corcud Sachius [illius ſectae homo] aliquando ad Haſanum [Baſrenſem] veniſſe, geſtans ipſe Caſaam; Haſan vero geſtabat Hüllam [pallium ſericeum]. Quam viſam Corcut contrectaſſe diligenter. [Velut mirans et tacite carpens in homine theologo et a peritia legum vitaeque ſanctimonia celebrato, veſtitum, non ſuo generi, ſed voluptuoſis et aulicis, atque tyrannis decorum.] Haſanum autem eum excepiſſe his verbis: Quid tibi vis, mi homo? Adſpectasne veſtes meas? ego tibi dico, veſtes meas eſſe veſtes incolarum paradiſi [ſane in Corano ſericeae veſtes promittuntur paradiſi futuris incolis]: veſtes autem tuas eſſe veſtes incolarum gehennae. Audivi enim traditionem, quae aſſeverat, plurimam partem civium gehennae illos futuros eſſe, qui Caſaas [veſtes laneas, groſſas, viles pannucias] geſtant [pauperes externa ſpecie, intus latrones et nebulones peſſimi]." De veſtitu laneo religioſorum vid. ad ann. 297, ubi de origine vocis *Sofi* agam. Ceterum conf. d'Herbelot pag. 197. b. 656. a. 809. a.

(89) *Pag.* 89. *Harun Raſchid excurrebat Raiam.* De cauſſa huius itineris certo non conſtat, ſcriptoribus obſcura et parum ſufficientia tradentibus. Hagi Chalifa ideo ait: "Harun Raiam movebat anno 189, quia verebatur, ne Choraſana praefectus Ali res novas moliretur." صغر رشيد بجانب ري براي خوف طغيان علي والي خراسان Intelligitur. *Ali filius Iſae, filii Mahani,* quem Elmacinus pag. 119 ait ab Harune de Choraſanae gubernatione demotum, ob querelas civium de ipſius iniquitate et ſaevitia, ipſique ſuffectum fuiſſe هرثمة (ſic ibi legendum, non هريمة) Hartamam, filium Aiani. Magis adhuc implicat Ibn-Cotaiba, qui in vita Harunis, "Anno 190, ait, tendebat Harun adverſus Romanos et expugnabat Heracliam, ibique reſidentis Patricii filia potiebatur, eamque ſoli ſibi [de praeda] deligebat. Sed quum illinc diſcederet, apparebat [caput efferebat] Rafeus, filius Laiti, filii Naſri, filii Saiiari, in Tochareſtana, morem gerere Alio, filio Iſae [filii Mahani] detrectans. Mittebat igitur [Harun] Hartamam

tamam eo, quo Alin filium Iſae armis oppreſſum ad ſe mitteret; eumque nactus coram iuſſit cuſtodiri, et opibus omnibus, quas et ipſe, et filii eius, collegerant, ſpoliavit." غزي هرون سنة تسعين وماية الروم فافتتح هرقلة وظفر ببنت بطريقها فاستخصها لنفسه، فلما انصرف ظهر رافع بن ليث بن نصر بن سيار بخراسان مباينا لعلي بن عيسي، فوجه هرشة [leg. هرثمة] لمحاربته واشخاص علي بن عيسي، فلما قدم عليه امر بحبسه واستصفي امواله واموال ولده، Hinc ſuppleri poterit Elmac. locus pag. 125. lin. 11. ubi ſcrib. رافع بن الليث بن نصر بن سيار "Rafeus, filius Laiti, filii Naſri, filii Saiiari." Avus eius, modo dictus Naſr, eſt ille celeber in hiſtoria excidii Ommiadarum Naſr, Choraſanae per multos annos ex Ommiadarum auctoritate praefectus, de quo vid. ad ann. 130 et 131.

(90) *Pag.* 91. Herbelotus pag. 771. b. temere ait, hunc Muhammedem Schaibanitam mortuum eſſe anno 987, pro 189. Addit ibidem, gentile nomen huic viro fuiſſe Ibn-el-Atir: aliosque praeter illos, quos laudat Abulfeda, ei tribuit libros, ut تيسير الوصول et كتاب الاحتجاج علي منك Adde زيادة في الفروع الحنفية quem pag. 933 laudat.

(91) *Pag.* 91. *Malcunia.* Sic nomen arcis legebatur in codice noſtro Abulfedae. Si verior ſit ſcriptio Theophanis, reſtituendum erit ملقوبية Is enim habet Μαλακοπαιαν p. 407. Caſtra tunc occupata nominat Τυανα, Ἡρακλεους κας̓ρον — και την Θηβασαν και την Ανδρασον και την Μαλακοπαιαν, και την Σιδηροπαλον.

(92) *Pag.* 93. Memorabilia ſunt Teixeirae verba p. 234. "Acabada "eſta guerra, ſe le offrecio otra en Maurenahar, adò ſe hauia hecho llamar "zey un Rafh Eben Nacer de Samercand, contra el qual fue Erraxid en per"ſona: Pero en el camino le ſobrevino la muerte." Quem hic *Rafh Eben Nacer* appellat, eum nominat Herbelotus *Rafieh ben Leits.* Fallitur Renaudot, qui p. 251 perhibet Harun *Tarſi* obiiſſe. Videtur in codice ſuo طرس habuiſſe, aut potius fugitivis oculis ita legiſſe, pro طوس *Thus.* Theophanes pag. 409 haec refert: "τουτῳ τῳ ετει Ααρον ὁ Αραβων αρχηγος τεθνηκεν

εις

εις την ενδοτεϱαν Πεϱσιδα, *την καλουμενην* Χωϱασαν *μηνι* Μαϱτιω *ινδικτιωνι* β̄ (anni 7 Nicephori) *και διεδεξατο την αϱχην* Μουαμεδ, *ὁ υἱος αυτου, αφυης κατα παντα.*

(93) *Pag.* 93. Haec illuſtranda e ſtructura ſepulcrorum apud orientales, quae, ampla in fundo, in medio latere occidentali habent foveam لحد dictam, in qua cadaver deponitur; reliquum ſpatium vacuum manet, habetque gradus, ut deſcendere queant proximi affines, quorum id officium eſt. Ceterum poſſit hic celeberrimi Muhammedani Imperatores exitus cum exitu Caroli V comparari, qui vivus ſibi iuſſit exequias parari, quibus ipſe interfuit, et paullo poſt immortuus eſt.

(94) *Pag.* 97. Quomodo vivus adhuc provincias inter filios diſtribuerit Raſchid, habetur apud Elmacinum pag. 115. et Teixeirum pag. 233. "Tuuo Arraxid quatro hijos; Mamet Hamin, en quien puzo todo lo que poſeya dende Aleppo hazia poniente. Mahamun, a quien dio la Perſia Koraſon y todo lo que en aquellas partes tenia. Al terçero llamado Caçem dio el gouierno de las provincias de Aderbaion y Diarbek. Pero al quarto, llamado Mataſom, por eſtar en ſu desgracia dexò ſin ſuerte, aun que la ſuya deſpues no fue la peor." Hinc emendandus locus in Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. pag. 340. "Provincias ſibi ſubditas inter filios tres partitus eſt. Syria, Irak, Arabia felix, Aegyptus et Barbaria Emin natu maiori obtigerunt. Datae Memoun Khoraſſan, Perſia, et Turkiſtan. Alger et aliae quaedam urbes Caſſim ceſſerunt." Vrbem, quam vulgo *Alger* aut *Algier* appellamus, proprio nomine *Algazaier* الجزاير, confundit auctor cum الجزيرة *Gazira*, ſeu Meſopotamia, vel, ut Teixeira appellat, Diarbekr, huic illam ſubſtituens.

(95) *Pag.* 97. *cum Turgomanis.* Sic eſt in Arabicis ترجمان, qui populi quales ſint, non recte novi. Oportet omnino Thraces aut Bulgaros eſſe. Ab iis enim periit Nicephorus. Credo vocem hanc eandem eſſe cum voce تركمان Arabes enim litteras ج et ك in vocibus peregrinis permutant. Turcomanos autem eosdem atque Hunnos eſſe, et dudum in Hungaria habitaſſe, notum eſt vel ex thematibus Conſtantini Porphyrogenetae. Apud Hagi Chalifam eſt برج *Borg*, Burgundiones. Terminatio مان *Man* adhaeſit voci,

ut

ut *Turcoman*, et *Turc*. Credo itaque apud noſtrum non الترجمان *Turgoman*, ſed البرجمان *Borgoman*, legendum eſſe, hoc eſt *cum Burgundionibus*. Vid. d'Herbelot pag. 556 b. voce *Margan*.

(96) *Pag.* 97. "Coulan, ait Petit de la Croix in notis ad T. II. vitae Timurbeki pag. 429. eſt une montagne à l'extremité du Mogoleſtan du coté de la Chine." Ab eo monte dictum oppidum قرية كولان غيا *Culan Gaia*, apud Geograph. Nub. pag. 257. 2. qui ambo loci omnino inter ſe conferendi et a ſe illuſtrandi ſunt. Videndum porro, annon غيا *Gaia* corrupta ſcriptio ſit pro غيتل *Geitel, Keitel*. vid. Idem P. de la Croix, eodem T. II. p. 53.

(97) *Pag.* 97. "Inſtigatus a Fadlo, filio Rabii, quem, nactus imperium, Vezirum nuncupaverat, ut eius filium, Abbaſum, Hagebum [hoc eſt "camerarium] et Iſmaëlem, filium Sabihi, Catebum [ſeu cancellarium, vel "ſecretarium]." Verba ſunt Ibn-Cotaibae.

(98) *Pag.* 99. *Ali fil. Iſae*. Vid. Elmac. p. 125 ſqq. et ſupra ad ann. 189. Male Herbelotus eum nominat *Iſa ben Ali*, pag. 109. b. Videtur hic ideo maxime dux bello huic gerendo delectus fuiſſe, quod male animatus erga Choraſanicos erat, qui de ipſius extorſionibus (nam antea eos gubernaverat) queſti apud Raſchidum fuerant, effecerantque, ut carcere damnaretur et opibus ſpoliaretur; item quod adverſus Hartamam et Mamunum odio ardebat, qui eum provincia, e qua pinguis evaſerat, depulerant.

(99) *Pag.* 101. *Abu-Navas Haſſan*. Vid. d'Herbelot pag. 27. b. et 30. b. 31. a. Fuit homo faceti ingenii. Exſtat in codice quodam Arabico manu ſcripto ad Bibliothecam Senatus Lipſienſis pertinente, miſcellaneo, faſciculus facetiarum huius viri. Apponam aliquot eius verſus, qui frequenter citari ſolent, e Nuvairio:

لا انود الطير عن شجر قد بلوت المر من ثمره ،

"Non abigo avem ab arbore, cuius fructum amarum deprehendi."
Dicat id homo, qui tranquillam vitam et tenuem ſortem ſplendidae ſed turbulentae vitae vel ſervituti potius praefert: "Non invideo illis opes, quas novi quot aerumnis partae, quot curis tuendae ſint." En alterum:

كفي حزنا ان الجواد مقتر عليه ولا معروف عند بخيل ،

"Satis miſeriae eſt id, quod generoſo viro anguſta domi res ſit, ut dare nequeat etiamſi vellet, ab avaro autem liberalitas nulla exſpectanda ſit."

Ne porro verſus quos Herbelotus pag. 31. a. laudat, obſcuri maneant, et appareat luſus in verbis *ont été perdus* et *ont brillé*, moneo, pro priore verbo Arabice تضاع pro poſteriore تضاء ſcriptum fuiſſe.

(100) *Pag.* 101. *Chanekin*, urbs quam attingit quisquis Holvanum Bagdado contendit. Situm eius indicat Geograph. Nubienſ. pag. 247. 3. Abulfeda ex Iacuto perhibet eam eſſe urbem Sovadae [vel Campaniae] Bagdadicae, in via, qua Bagdado Hamadanam itur, inter Caſr Sirin et Holvan ſitam. Ex Azizo autem, eam abeſſe a Caſr Sirin ſeptem paraſangis, et ab Holvan ſex paraſangis, et eſſe ultimum terminum orientalem Irakae. Saepe erratur in hoc nomine ſcribendo. Plerumque pro خانقين *Chanekin* ſcribitur خافقين *Chafekin.* Adhuc peius apud Elmac. pag. 126 lin. 9 خايفين, unde prava illa interpretatio: "qui cum exercitibus ſuis coeperunt timere." Corrigatur صاروا الي خانقين Iſti ambo duces Amini, Ahmed ben Mazjad Schaibanita, et Abdalla filius Homaidi, filii Cahtabae, "evadebant usque ad Chanekin; ibi autem concuſſi diſcordiis, quas Taher ipſis iniecerat per emiſſos in eorum caſtra ſuos ſpeculatores et exploratores, ipſi digladiabantur inter ſe, et rebus infectis retro ibant, ut facile eſſet Tahero Holvanam rapere."

(101) *Pag.* 101. Probabilius videtur, quod Ibn-Cotaiba ait, Taherum copiarum partem praecurſoriam, Mocaddama, duxiſſe. Fuit ergo dux belli minor, auctoritati maioris, Hartamae, qui corpus copiarum ducebat, ſuppoſitum.

(102) *Pag.* 101. Rem ſic narrat Ibn-Cotaiba. "Poſt occiſum Mahanidam, ait, expediebat Amin Abd-er-Rahmanum filium Gabalae Anſaritam; quem Taher acie congreſſus apud Hamadanam occidit. Quo facto convenerunt ibi Taher et Hartama; ſed protinus rurſus in diverſa diſcedentes Taher quidem deflectebat ad Ahvazam, Hartama vero recta et regia via [quae ex Chorafana Bagdadum ducit] procedebat Holvanam. Rabius, filius Sahli, vero mittebat Zohairum filium Moſaiiebi verſus Kermanam. Taher ingreſ-

ſus

ſus Ahvazam, occidebat repertum ibi nomine Amini gubernatorem, de gente Mohallebi virum aliquem; itaque potitus ea provincia, porro ſubigebat Vaſetam."

(103) *Pag.* 101. Refert Hamza Iſpahanenſis, Mamunum, quamdiu principatus haeredem ageret, Imami titulum geſſiſſe, poſtquam vero ſimultates cum fratre exercere eiusque copias caedere incoeperit, illo titulo depoſito, Emir-el-mumenin ſibi arrogaſſe titulum.

(104) *Pag.* 101. Varie accipitur uſu vocabulum *Raiis,* vel *Rais,* رييس Derivatur a راس *caput,* adeoque virum capitaneum, capitalem notat: deinde ſolet plerumque pro *Secretario* adhiberi. *Reis Effendi* eſt Secretarius Status apud Turcas. Et inde quoque dictus fuit Avicenna Rais; quam vocem quum latina vetus interpretatio reddiderit per *princeps,* factum eſt, ut quidam crediderint eum provinciae neſcio cuius dominum fuiſſe.

(105) *Pag.* 101. Haec explicatio, quam etiam Herbelotus habet p. 334. b. procul dubio melior eſt illa, quam tradit Raud, nempe ideo appellatum fuiſſe caput utriusque Raiiſatus, quod ſimul Vezirus et gubernator utriusque Irakae fuerit. Ego ipſe olim in opinione fui, notari eo titulo illum, qui ſimul امير الحرب ϛρατηγος, *imperator belli,* et امير الخراج λογοθετης, *imperator redituum, rationalis,* eſſet. Et niſi obſtarent ſequentia, praeferrem hanc explicationem ceteris.

(106) *Pag.* 101. *Charag* ſunt reditus a fundis vel bonis immobilibus. De hodierna Aegypti conſtitutione ita narrat Vanſlebius pag. 281. "Le Carrage ou tribut des terres et des villages que les fermiers ont pris à ferme du Divan, parce que toute la terre d'Egypte apartient en propre au grand Seigneur ayant conquis le pays l'epée a la main." Eadem olim conſtitutio fuit orientis ſub Chaliſis et eſt adhucdum ſub Mogolico imperio, unde non mirabimur deinceps enormes pecuniarum ſummas expenſas a Chaliſis et acceptas fuiſſe.

(107) *Pag.* 103. Satis bene atque luculenter de illis ſeditionibus Bagdadi ortis narrat Elmac. pag. 128. Iuvat tamen Ibn-Cotaibae de iisdem narrationem apponere, quum nonnulla tradat et hanc hiſtoriarum partem, et ſitum atque ſtructuram Bagdadi illuſtrantia, quae alibi non facile reperias.

 "Inſur-

"Inſurgebat, ait, Bagdadi Hoſain, filius Alii, filii Iſae, filii Mahani, [cuius patrem, ut paullo ante vidimus, Taher occiderat pro Amino pugnantem;] ſuaque cum turba ingreſſus ad Aminum, وهو في الخلد tunc in Choldo haerentem, corripiebat eum, et ſub cuſtodia curabat aſſervari quadam in arce urbis Abu-Gafari [hoc eſt urbis occidentalis. In eadem urbis regione eſt Chold palatium Bagdadi, ſic dictum ab *aeterna beata vita,* cui Arabicum nomen eſt *Chold,* et cui delicioſus ille locus ea appellatione comparatus fuit]. Ex eo tempore diſſipabantur Amini copiae: occultabat ſe Fadlus, filius Rabii, neque prodibat prius in conſpectum, quam Mamun Bagdadum fuit ingreſſus. Porro excitabat Hoſain, turbator ille, per legatos Hartamam et Taherum, ut velint Bagdadum venire. Sed inſurgebat adverſus eum Aſad Haretita cum ſua factione; qui Aminum et eius liberos cuſtodia liberabant, deprecantes veniam iniuriae in ipſius maieſtatem factae, non ſua ſponte; Hoſainum, turbarum auctorem, coram adducebant: quem ut puniret Amin tantum abeſt, ut potius ipſi ignoſceret, poſtquam ſe reum agnoviſſet, et confeſſus eſſet, ſe per prava conſilia in errorem incidiſſe. Vt autem rurſus libertate gaudebat Hoſain, et transiiſſet pontem [Tigridi inſtratum] clamabat *Ia Mamun, Ia Manſur* [o Mamun, o auguſte, et manu mea iuris tuo vindicande! vid. ad ann. 317] et ibat verſus Hartamam. Sed emiſſi ad eum perſequendum aſſequebantur ipſum prope Nahriiein, بقرب نهريين et capite multabant, quod ad Aminum referebant." Vbi locorum ſit Nahriiein, nondum novi. Certe non eſt Nahrein, vel Alnaharein ſeu aqua confluentes, Euphratis nempe et Chaborrae, quod tabulae ex Geogr. Nubienſe p. 244. 18. exhibent. Reliqua huius loci dabo ad proximum annum.

(108) *Pag.* 103. Hic Ibrahim fil. Aglabi eſt ille Abraham, quem Regino Prumienſis dicit legatos a Carolo M. accepiſſe et ſuos invicem ad eum remiſiſſe. Locus ille in editione Piſtorii pag. 34 mutilus et corruptus eſt, quem tantiſper tentabimus, donec e melioribus codicibus integritati reſtituatur. Narrat de gemina legatione ad Carolum M. miſſa, dum is, poſt acceptum Romae Romanorum imperium, in Italia haereret: una ex oriente, ab Emir el-mumenin Perſarum rege, qui tum erat Harun Raſchid; altera ab iſto Ibrahimo, de quo verba haec facit: "Alter legatus erat Sarracenus de Africa,

Africa, legatus Ammirati Abraham, qui in confinio Africae in foſſato praeſidebat." Formula *in foſſato praeſidere,* idem ſignificat atque *curiam habere.* Nam *foſſatum* et *caſtra* idem eſſe; porro *caſtra, aulam, comitatum,* idem eſſe, nemo ignorat. Vult itaque ex more noſtro dicere, *qui apud urbem Africam reſidebat;* cuius regia erat urbs Africa. De foſſato, campo, caſtris, aula, dicam infra ubi de voce الاردوق *Ordu* diſſeram.

(109) *Pag.* 103. Hactenus enim haeſerat in urbe Mahdii ſeu orientale, vel Ruſafa, ἡ λιθοϛρωτος dicta, ubi ordinaria Chalifarum ſedes erat. Ibn-Cotaiba, deſcribens hanc obſidionem anguſtae verbis ſic ait: "Zohair, filius Moſaiiebi, exibat Nahrovana, et adoriebatur Nahriiain. [Patet locum eſſe debere Bagdado admodum vicinum.] Taher obſidebat Bab-el-Anbar [portam Anbarenſem]. Tum evadebat Zohair filius Moſaiiebi Colvadam; neque deſinebant Aminum oppugnare. Caſem el-Mutamen [Amini frater] reſidebat tunc in palatio Abu-Haſſi, filii Iahiae [procul dubio Barmakidae], in Daur [ſeu circulo; videtur idem eſſe, quod alias Harim, ſeu aſylum, vel ſemicirculare palatium Chalifarum; aut ſane pars eius eſt]. Hunc Mutamenum rogabat Taher, velit ad ſe egredi: quod is faciebat et Tahero palatium tradebat. Hinc anguſtatus magis et magis fuit Amin, donec tandem ad urbem Abu-Gafari confugeret" cet.

(110) *Pag.* 107. Gens celebris *Banu-Tabateba,* de qua dignus memoria locus eſt in de la Rocque Voyage de l'Arabie heureuſe p. 217. "On a d'abord penſé, ait, que ce Prince [qui c. A. Chr. 1712 in Arabia felice regnabat] pouvoit être de l'illuſtre maiſon de Tabateba, dont quelques uns font remonter la ſouveraineté en Arabie jusqu'au tems de Charles magne. [Recte quidem id, ſed bene tenendum, illos tempore Caroli M. non in Arabia felice, ſed in Arabia Chaldaea, ut ita dicam, regnaſſe, hoc eſt Baſrae, et verſus ſinum Perſicum.] Cette maiſon a formé une dynaſtie des princes deſcendans d'Aly et il eſt ſur que ces Princes ont regné dans l'Yemen et en Egypte dés le dixieme Siécle." Nunquam haec quidem gens, in Aegypto regnavit, neque in Arabia felice; nam ibi quidem Alidae, ſed Fatemidae, vel Iſmaëlitae qui nominantur; hic autem Scherifi Zeididae regnarunt poſtremo Saeculo, et adhuc hodie regnant, quorum unus fuit ille princeps, de

quo ibi loci ſermo eſt. Iuvat etiam ſequentia adſcribere, et ſimul caſtigare, quod recte non habent. "Cependant, ait de la Rocque, je croirois plutot, que le Roi, dont nous parlons, tire ſon origine des Ajubites, ainſi appellés du nom d'Ajub, ou Job, chef d'une autre grande maiſon, qui a donné naiſſance au fameux Saladin et à ſa poſterité. Une branche de ces Ajubites regnoit veritablement en ce même pais d'Yemen, dans le treizieme Siécle, et celui qui en étoit alors le chef prenoit la qualité de Calife." Verum eſt, regnaſſe in Arabica felice quosdam de gente Eiubitarum, oppido paucos, neque diu; ut e ſequente Noſtri hiſtoria patet. At ex eo non ſequitur, hodiernos Arabiae dominos, qui ſe Alidas gerunt, inde ortum ducere. Verum quoque eſt, unum aliquem Eiubitam Arabiae dominum ſe pro Chalifa geſſiſſe; quem eo nomine Noſter infra ut ſtolidum exagitat; at, quod unus faciebat, non perinde faciebant omnes. Certe non conſtat qui idem tentarit alius.

(111) *Pag.* 107. Dicitur hic Zohairus Sirafita ab Ibn-Cotaiba Kermanae provinciae, patriae itaque ſuae, praefuiſſe.

(112) *Pag.* 109. De cauſſa, quae Abu-Saraium ad defectionem permoverit, vid. Elmacinus pag. 132.

(113) *Pag.* 110. Dolendum, Noſtrum dynaſtiae huius Tabataidarum apud Cufam non frequentius meminiſſe. Hagi Chalifa eam perhibet ab hoc anno 199 ad annum 344 duraſſe. Sed veſtigium eius apud hiſtoricos, quos vidi, vix reperias. Vide de his et Bagdadicis turbis, ceterisque rebus Mamuni inſignem locum Ibn-Cotaibae, quem ad ann. 218 dabo.

(114) *Pag.* 113. Multi mirantur, Mamunum principem Chalifatus haeredem nuncupaſſe Ali-Riddam. Mihi quidem videtur Mamun hoc ex rationibus politicis feciſſe, non bona fide et ſponte ſua, ſed quod res praeſentes mimum poſcebant, qui Schiitas ludificaretur et temporis compendium componendis turbis faceret. Maximum rebus Mamuni praeſidium erat in Choraſanicis, qui ſi defeciſſent, actum de ipſo fuiſſet. Horum autem plurimi Schiitae erant, quos certum erat promtiſſimos opitulatores fore, ſi perſuaſum ipſis eſſet, Mamunum non ſibi ſummam rerum, ſed Alidae cuidam quaerere. Vbi conſecutus intentionem ſuam erat Mamun, ſublatis hoſtibus, et rebus ſuis in tuto collocatis, abiiciebat perſonam. Etiam ratio habenda erat

cetero-

ceterorum Schiitarum per Arabiam felicem et Petraeam, item per Iracam, Baſrae et Cufae, frequentium et identidem tumultuantium, quos credibile erat pacatiores fore et animi dubios, ſi unum aliquod de gente Alii caput auctoritate publica quaſi ſibi impoſitum haberent, et, dum ad hoc reſpicerent, aliis non vacaturos eſſe tantisper, donec et armis poſſent per otium coërceri, qui nunc, coortis undique turbis, fraude ſuſpendendi et circumveniendi erant. Non parvus quoque numerus Schiitarum Bagdadi erat, qui partem Mamuno inimicam, hoc eſt factionem Amini, impedire et frangere, adeoque Mamuni ſtudia impenſe promovere poterant.

(115) *Pag.* 113. Ob nigrum colorem, Abbaſidis peramatum, *μαυροφοροι* a Graecis appellantur, eorumque dynaſtia *ἡ των μαυροφορων.* Haec quidem innoteſcunt. Sed minus notum eſt, nomen hoc ab ipſis Arabibus primo repertum et Graecis porro traditum fuiſſe, quamvis perraro in ſcriptis Arabum occurrat. Legi tamen ſemel. Nempe quos Graeci *Maurophoros,* illos appellat Abulfeda in Geographia voce idem ſignificante المسودة *al-Moſavvada.* "In urbe Merva Schagehan, ait, occiſus fuit Iezdegerd, ultimus rex Perſarum, et prodiit primum Abbaſidarum dynaſtia, in domo cuiusdam ibi civis, cui nomen erat Abu-Nagm Moaitico. Hic amictus fuit primus panno nigro pro veſtimento Moſavvada. وفي دار شخص منها يعرف بابي النجم المعيطي صبغ اول سواد لشبة المسودة Non autem Abbaſidae ſoli ſic appellantur, ſed comprehenduntur illo nomine ſimul quoque ipſorum duces, et milites, et tota factio. Conf. eruditiſſima Renaudoti obſervatio in Hiſt. Patr. Alexandr. p. 219. ubi ſcita quaedam et alibi non facile obvia de *colore ſacro* tradit; ſed in eo fallitur, quod Alidarum colorem perhibet *album* fuiſſe. Conſtat inter omnes, viridem fuiſſe; Herbelotus album tribuit Ommiadis; quod neque negare neque affirmare auſim, quum aliunde mihi non conſtet. Conf. Idem pag. 228. Forte argutari et nugari eſt, in cauſſam inquirere, quare Abbaſidae nigrum colorem optaverint. Fieri poteſt, ut fortuitum hoc fuerit, et nullo de conſilio inſtitutum. Forte tamen etiam boni ominis cauſſa fecerint. Nam nigredo ſymbolum eſt orientalibus divitiarum et *αξιωματος.* Vid. Oneirocrit. Vatier. p. 114. 132 et alibi. "Le noir eſt bon, ait, et ſignifie domination avec richeſſe et auctorité." Herbelotus

pag.

pag. 28. a. videtur inde originem repetere, quod Abu-Muſlem copiarum ſummus imperator, ad cuius exemplum ſe milites componebant, nigrum colorem portaverit ad imitationem Godarzi, filii Gerſchabi, antiqui regis Perſarum, a quo ſe originem ducere iactabat.

(116) *Pag.* 119. Ergo non recte perhibet della Valle III. 29. p. 141. hunc Imamum Rizam apud Caſchanum ſepultum eſſe.

(117) *Pag.* 125. *Mechlaf* eſt vox Arabica quidem, at eo, quo hic obtinet ſenſu, non omnibus perinde Arabibus uſurpata, ſed tantum Arabiae felicis incolis, et notat certum quendam oppidorum et pagorum corpus, unius alicuius inſpectioni ſubditum. Vt in ipſa Germania noſtra variant haec nomina, [ut *Aemter, Probſteyen, Kreyſe, Droſteyen, Vogteyen*] ita quoque Arabes alibi aliter appellabant provinciam. In Arabia felice مخلاف, in Syria جند, in Perſia كورة, quae vox vel a Graeco χωρα venit, ut videtur, vel a latino *cura,* id eſt *curatoria*; alibi ولاية, alibi عمل: omnia idem notant, ſtrategiam, eparchiam, curatoriam, nomum, praefecturam. Nominis مخلاف ratio haec eſt. (Neque enim intempeſtivum eſt breviter id argumentum attingere, quamvis ab his notis paene alienum ſit.) Notat proprie *vicariatum,* hoc eſt provinciam, quam quis vicario, vel mandatario nomine adminiſtrat pro ipſo hero. خليفة inde proprie *vicarius,* hodie Turcis adhibetur pro *commiſſario, quaeſtore.* Vnde habuerit Herbelotus, quae hac de voce habet, non novi: neque recte omnia habet, iuvat tamen expendere et illuſtrare. "C'eſt un mot Arabe, ait, qui eſt particulier aux peuples de l'Arabie heureuſe, et ſignifie un chateau ou fortereſſe ſituée ſur la côte de la mer." Neque caſtella notat vox, neque caſtella maritima; nam integri tractus, et tam maritimi, quam mediterranei, ſic appellantur. Habet tamen ſimile quid Geographus Nubienſis p. 29. 4. العرب تسمي الحصن مخلافا "Arabes appellant caſtrum Mechlaf." Continuat Herbelotus (iuvat haec adiicere): "C'eſt apparement de ces ſortes de tours, que l'on voit ſur les cotés de la mer mediterranée — qui ſervent à garantir ceux qui navigent ſur ces cotés la des embuches des Corſaires. Les Eſpagnols les appellent *Atalayas* du mot Arabe *Taláa,* que ceux, qui gardent ces tours ont accoutumé de crier pour avertir les paſſans; le mot ſignifiant, *prend garde.*" Deſignat vocem طلاعا

طلاعا infinitivum verbi طلع *σκοπειν, proſpicere, circumſpicere,* qui infinitivus apud Arabes ſaepe, ut apud Graecos, pro imperativo ponitur: *σκοπει, proſpice, circumſpice.* Hinc طليعة, in plurali طلايع *Talaia,* ſunt et *ſpeculae,* et *ſpeculatores.* At iſtae quidem Talaiae, ſpeculae, turres, nihil cum noſtro Mechlaf commune habent. Meminit noſtrae vocis idem Herbelotus pag. 719. a. voce *Roſtac,* quem locum quoniam non inutile eſt ad noſtrum auctorem memori mente tenere, adſcribam. Recurrit enim vox *Roſtac* apud noſtrum aliquoties. "*Roſtac,* ait, eſt le nom que les Arabes donnent aux bourgs et aux villages de la province de Khoraſſan, de même que celui de Souad à ceux de l'Iraque Babylonienne, et celui de Mekhlaf à ceux de l'Jemen ou Arabie heureuſe." Ad hunc locum tenendum, Roſtac eſſe vocem Perſicam, ab Arabibus uſurpatam, et ſignificare id quod nos *pagum* hodie appellamus. Habet pluralem *Raſatic.* Apparet inde, eam vocem neque cum مخلاف *Mechlaf,* neque سواد *Savad* recte comparari. Mechlaf enim de uno pago non dicitur, ſed de tota praefectura; uti neque *Savad,* de uno pago Arabico Scenitico ambulatorio, alias *Dovar,* ſed in univerſum de toto corpore talium pagorum mobilium, quotquot ſunt in Chaldaea, adhibetur.

(118) *Pag.* 127. Ad verbum eſt, *aedificavit ſuper illis opus caementarium,* بني عليها جدارا quod neſcio annon potius ad illum orientalium tyrannorum ipſisque dignum reſpiciat morem, quo, quos de medio tollere volunt, "inter parietes duos ad menſuram corporis aedificatos conſtringunt," (ut loquitur Renaudot pag. 475.) et ſic fame necant. vid. ad ann. 656, ubi plura de hoc more dicam. Interea Philoſtratum emendabo, apud quem huius moris veſtigia ſibi viſus eſt animadvertere Olearius, ut declaravit in notis ad lib. II. de vita Apollonii Tyanei, cap. 32. p. 85. not. 7. Verum locus ille, mea quidem ſententia ſic legendus in fine capitis 32: *τον δε εισω κηφηνα, περιςαντες το τειχος, ειρξαν* cet. "circumſtantes caſtrum, in quo ſe tuebatur ille fucus, tyrannus nempe, prohibebant eum exitu."

(119) *Pag.* 129. Proceſſio equeſtris ſub ſericeo umbraculo adhuc hodie mos eſt regum Arabiae felicis. Ita de la Rocque in ſuo *Viaggio nell'Arabia felice* p. 182 deſcribens proceſſionem regis publicam, "Si vede comparire il Re, ait, ſopra un belliſſimo cavallo bianco — Un officiale montato aſſai

 alto

alto porta al Re una grand'Ombrella, o piuttoſto una ſpezie di Baldacchino, ſotto il quale egli marcia difeſo dal ſole. Queſto baldacchino è di Damaſco verde, con una ſpezie di falbalà d'un drappo roſſo di circa otto ditta d'altezza, che lo circonda tutto ed è arrichito d'una frangia d'oro. Sopra il baldacchino v'ha un globo d'argento, e ſopro il globo una piccola piramide parimente dorata."

(120) *Pag.* 129. Multi multa de hoc Schafiaeo conf. d'Herbelot p. 766. b. Elogium eius dedit, et indicem auctorum aliorum, qui idem dederunt, nec non hiſtoriam ſecundum ordinem Saeculorum et alphabeti ſimul digeſtam, ad Saeculum octavum productam, doctorum qui ſectae Schafiaei addicti fuerunt, Sabekeus in libro quem catalogus bibliothecae Leidenſ. p. 484 n. 1860. non admodum accurate deſignat. Nam ſolos huius ſectae doctores, non item alios aliarum, recenſet.

(121) *Pag.* 131. Malecum fil. Anaſi apud Medinam audivit Schafiaeus, non in Aegypto, quod perperam tradit Herbelotus pag. 766. b. Malek enim numquam in Aegyptum venit, ſaltem ibi non vixit, neque docuit. Sunt alia in illis, quae de Schafiaeo narrat Herbelotus, non prorſus exacta, ut illud librum *Sonan* et *Maſnad* diverſos eſſe.

(122) *Pag.* 131. Codex Raudi, quo uſus fui, ait, Sofianum anno 198 obiiſſe. Herbelotus pag. 446. a. voce *Helal* allegat annum 207, et pag. 816. b. voce *Soſian* ann. 208.

(123) *Pag.* 131. Haec res memoria digna. Nam quum pueri vix ante quartum aetatis annum ludo litterario committi ſoleant, et primum doceantur Coranum legere, in quo negotio, ut refert Addiſon, ſolent quatuor annos conſumere, et deinceps eum memoriter comprehendere, cui rei octo alios annos impendunt, efficitur, ordinario pueros decimo ſexto aetatis anno demum Coranum totum abſolvere, a quo inde tempore ad doctrinam ſcriptionis admittuntur. Haec ipſa obſervatio ad vitam Avicennae ann. 428 applicanda eſt, ubi philoſophus ille iam decimo aetatis anno tenuiſſe Coranum ceu memorabile quid notatur.

(124) *Pag.* 131. *Mauta,* alius *Movatta,* eſt unus de ſex illis capitalibus libris, quos traditionarii paene memoriter ediſcere tenentur, الكتب الستة

السنة المعتبرة التي من حفظها باسانيدها وضبط احوال رواة
احاديثها عند اهل الحديث من الجرح والتعديل يعد من
حفاظ ، وهي الموطا وصحيح البخاري وصحيح مسلم وسنن ابي
داود وجامع الترمذي وكتاب السنن لابن عبد الرحمان النساي

"quos qui ſic tenet, ut non tantum traditiones ipſas norit, ſed etiam catenas "ſingularum traditionum, ſive nomina doctorum qui ſibi eas per manus tradi-"derunt, et quae fata doctorum unusquisque habuerit, quam fidem atque "auctoritatem adhucdum habeat penes traditionarios; ea, inquam, qui te-"net, is habetur pro Hafeto. Sunt autem illi ſex, Mauta, Sahih Bocharici, "Sahih Muſlemi, Sonan Abu-Davidis, Game Tarmadici, et Sonan Ibn-Abd-"er-Rahmani, Naſa oriundi." Ita Raud, cui addam memorabilem locum Leonis Africani II. 12. "Multos, ait, hic videre licet iuris peritiſſimos, qui legum et decretorum ſummam ad unguem tenent. Memini enim me quendam apud illos provectiſſimae aetatis hominem vidiſſe, qui magnum eorum idiomate conſcriptum volumen promtiſſime recitabat, *Elmudeum* [ita leg. الموطا al-Mauta] vocabant, hoc eſt totius iuris corpus. Dividitur id volumen in tres tomos, in quibus quae difficiliores ſunt quaeſtiones explicantur; tum etiam cuiusdam auctoris, Melic appellant, [Melic, filii Anſi] in easdem conſilia. Forum dicas iudiciale, in quo quidquid inter cives ac vicinas civitates diſſidii exoriri poteſt, continuo deciditur ac ſedatur."

(125) *Pag.* 131. "Si quelqu'un voit, que le prophete Maomet le revêt de quelque partie de ſes habits, ou qu'il lui preſente ſon ſceau, ou ſon epée, ou choſe ſemblable, s'il eſt de condition à regner, il regnera; s'il eſt pour être prêtre ou clerc, il aura quelque belle charge de cette nature." Sic legitur in Oneirocritico Vaticrano p. 18.

(126) *Pag.* 133. Geminum eſt Naſech et Manſuch; unum Corani; alterum Traditionum. Scilicet ipſe Muhammed in Corano multa refinxit et delevit. vid. Catal. Bibl. Leid. pag. 413. n. 104. Sale *Prelim. Diſc.* pag. 66. d'Herbelot pag. 602. a. Quantum autem ad poſterius genus, ita appellantur "les traditions, qui paſſent pour erronées ou ſuppoſées parmi les plus ſenſés d'entre eux," ut ait Herbelotus pag. 663. a. et quidam ea peculiaribus libris

expoſuerunt. Peculiare eſt huius rei ſtudium. Iuvat, occaſione invitante, apponere locum ex aliquo codice mſſto Perſico, in Coranum commentario, Bibliothecae quondam Ducis Weiſſenfelſenſis, nunc Academiae Lipſienſis, quo conſtet, quas artes afferre debeat ad Corani interpretationem et quibus curis occupetur litterarum ſtudioſus apud Muhammedanos. Inſcriptio prolegomenorum iſtius codicis non contemnendi haec eſt: بيان علومي كه متعلق است بقران "Index et declaratio ſcientiarum quae dependent et praeſupponuntur a Corano. Noſſe debet interpres 1. رسم الخط characterem et lectionem, 2. معرفة مخارج derivationem verborum grammaticam, 3. علم صفات الحروف quas unaquaeque littera qualitates et vires habeat, 4. علم تجويد quae corrupta a librariis et emandanda ſint, 5. تعداد اي وسور numerum verſuum et ſurarum vel capitum, 6. علم وقوف ubi in lectione ſubſiſtendum ſit, 7. علم تمييز متشابهات vocum ſcriptiones et ſignificationes inter ſe ſimiles diſcernendas, 8. علم لغت gloſſas, veteres formulas, rariores ſignificatus, 9. علم ابنية conſtructiones grammaticas, 10. علم اعراب quomodo vox, quae diverſimode prolata diverſum ſenſum fundit, manentibus iisdem ſcriptis litteris, in praeſente loco, determinatum ſenſum flagitante, proferenda ſit et phthongiſanda, 11. علم قرات noſſe diverſas lectiones, hiſtoriam quaſi litterariam Critices Alcoranicae, 12. علم معاني ſenſus verborum, figuras rhetoricas, alluſiones, ſimilitudines, 13. علم بيان potentiam et artificium elocutionis, 14. علم بديع rarum, elegans, ſublime, in dictione et ſenſu, 15. علم وجوه ونظاير noſſe, ad quod velut caput et genus quaeque dictio, quisque ſenſus pertineat, et eorum ſimilia in promtu habere, 16. غريب القران noſſe peregrinum (non vulgare) Corani (tam in dictione quam in ſenſu), 17. دلايل الاعجاز argumenta divinae revelationis Corani ex ipſo Corano eruenda, 18. علم رد المعارضين noſſe reſpondere ad obiectiones adverſariorum, 19. علم نظم الايات والسور noſſe quomodo verſus et capita Corani inter ſe cohaereant, 20. علم اسباب نزول quare hic vel ille verſus et qua occaſione inſpiratus fuerit, 21. علم ترتيب نزول quo temporum ordine quisque verſus inſpiratus

ratus fuerit, 22. علم ناسخ ومنسوخ quid obſoleverit, nullo neceſſitate cogente, et quid auctoritate divina fuerit abrogatum, 23. علم تاويل quomodo apparenter ambigua recte interpretentur, 24. علم قصص واخبار ad quas narratiunculas et ad quas hiſtorias [certas] reſpiciat quisque verſus, 25. علم نصيحة وارشاد ubi admoneat et in veram viam dirigat Coranus imprudentes, 26. علم اخلاق noſſe doctrinam morum, 27. علم حديث traditiones, 28. علم كلام dialecticam, vel metaphyſicam, 29. علم فقه ius ſacrum, denique 30. علم حقايق ſenſus verborum ſimplicium myſticos, allegoricos, ſpirituales intelligere."

(127) *Pag.* 133. Procul dubio evocatus a Mamuno fuerat Schafiaeus, ut intereſſet Synodo, quam conſcribebat Beſchri cauſſa, ut in ea examinaretur nova opinio quam Beſchr vulgabat, ſcilicet Coranum creatum eſſe. "In diebus Mamuni, ait Rihan, prodebat Beſchr Mariſicus turpe ſuum ſyſtema de creatione Corani, quo gravior calamitas illo tempore et paullo poſt non afflixit Iſlamiſmum. Ventilabatur ea quaeſtio et diſputabat cum Beſchro, coram Mamuno, Abd-el-Aziz, filius Iahiae Kenanita [tribu], Malekita [ſecta]. Sed deus victoriam dabat Abd-el-Azizo, ut Mamun et Muſlemi omnes confiterentur et crederent Coranum, verbum dei, non creatum eſſe. Sed Beſchr haereticae ſuae opinioni immoriebatur, et luit nunc eius poenas in igne aeterno." Haec Rihan. Conf. d'Herbelot pag. 557. a. ubi pro عيات *Aïat* leg. غيات *Gaïat.* vid. ad ann. 218.

(128) *Pag.* 133. Miſrae vivebat Beſchr, ibidemque mortuus et ſepultus fuit. Vid. Oneirocrit. Vatier. pag. 33.

(129) *Pag.* 143. Vid. d'Herbelot pag. 342. a. 906. b. et p. 437. b. ubi male *Vaked* pro *Vakedi* appellatur. Ille qui p. 399. b. laudatur, diverſus ab hoc videtur eſſe. Innotuit noſtratibus hoc nomen ex Hiſtoria Saracenica *Salom. Ockleyi,* qui totum paene primum Tomum eius operis ex hoc auctore deſumſit, eiusque notitiam dedit in operis fine non optimam. *Petit la Croix,* filius, Interpres Regius, eius hiſtoriam de expugnatione Syriae gallice convertit, ut apparet ex eius vita Hiſtoriae Timurbeki praemiſſa pag. XXXVI. Miror egregiis viris hunc ſcriptorem placere potuiſſe, tot nugis et

 fabulis

fabulis et ſuperſtitionibus ſcatentem; cuius magnam partem olim legi in bibliotheca Leidenſi, non tamen deſiderium eius excerpendi me cepit. vid. Catal. Bibl. Leidenſ. p. 481. n. 1779 et 1780. et p. 482. n. 1799 et n. 1801.

(130) *Pag.* 143. *Abu-Zakaria Iahia — origine Dailomita.* Haec ita intelligenda, maiores eius ſediſſe in Dailomitide, ipſumque ibi natum fuiſſe. Ceterum Arabs erat, de tribu Abs, ut perhibet Herbelotus pag. 17, ubi tamen vehementer fallitur in eo, quod ait: "la famille ſurnommée al-Abſi, qui a commendé et regné de notre tems à Tunis, tire de la ſon origine."

(131) *Pag.* 145. Supra ad ann. 187 promittebam verba Sebekaei de hoc Fadlo dare. En illa: "Abu-l-Abbas, Fadl, ſodalis Raſchidi primum, et dein eius quoque Vezirus, erat filius Rabii, filii Iunaſi, filii Muhammedis, f. Abdallae, f. Abu-Faraki Caiſani, liberti Otmani, filii Affani. Erat Fadl من رجال الدهر اباء ودهاء وحزما ورياسة وعظمة ومكارم inter viros ſaeculi ſui praecipuos quoad ſplendorem, aſtutiam, prudentiam, politicarum artium ſcientiam, magnificentiam, et morum nobilitatem. Maximam habuerat eius pater auctoritatem apud Manſurum. Et quum Raſchid Veziros nuncuparet Barmakidas, nuncupabat hunc Fadlum ſuum Hagebum [ſeu magiſtrum admiſſionum, vel cubicularium]. وكان الفضل يروم التشبه بالبرامكة ولم يكن له ان ذاك مقدرة ما يدرك اللحاق بهم ، ومن ثم كانت بينهم احن وشحناء حتي قدر الله زوال نعمة البرامكة علي يدي الفضل ، فانه تمكن من مجالسة الرشيد واوغر قلبه فيما يذكر عليهم حتي اتفق لهم ما تناقلته الرواة Aemulabatur autem Fadl Barmakidas: ſed protinus quidem non habebat in poteſtate ſua artes, quibus eos aſſequeretur. Hinc natae ſunt inter illos ſimultates et clandeſtina odia, quae eo proceſſerunt, ut tandem divina providentia per miniſterium Fadli ſplendidam Barmakidarum fortunam deleret. Nam Fadl, ut ſe compotem fecerat intimae cum Raſchido familiaritatis, non deſinebat odioſa de illis ad principem referre, et eius cor odio et ira ſuccendere, donec tandem id illis contigit, quod hiſtorici per ſcripta ſua propagarunt. Dein continuabat Fadl in amicitia domini, donec is fato ſuo concederet. Sub

Sub Chalifatu Amini erat rerum omnium ſummus arbiter صاحب الحل والعقد لاشتغال الامين باللهو quandoquidem Amin voluptatibus merſus imperium non curabat: ولما تداعت دولة الامين بالبوار ولاح عليها الادبار اختفي الفضل مدة طويلة ، ولما بويع ابراهيم بن المهدي ظهر الفضل وساس نفسه ولم يدخل معهم في شي ، ولذلك عفي عنه المامون Quum autem Amini dynaſtia ruinam minaretur, et retro ferretur ſublapſa, occultabat ſe Fadl per longum tempus. At quum deinde ſacramentum dictum eſſet Ibrahimo, filio Mahdii, prodibat rurſus in conſpectum, ſic tamen, ut ſe ipſum regeret [hoc eſt privatam viam ageret, rerum publicarum nihil attingeret] et cum novantibus communionem conſiliorum nullam haberet. Quapropter etiam Mamun ipſi deinceps ignovit [mala illa conſilia, quae Amino fratri eius contra ipſum ſuggeſſerat, et quae tantam rerum revolutionem traxerant]." Haec Sabekaeus, qui eum inter doctores Schafeiticos refert. Conf. d'Herbelot p. 333. b.

(132) *Pag.* 145. Error eſt aut ſcribae, aut potius Abulfedae. Nam, qui eum exſcribit, Ibn-Schehna etiam ſic habet. Verum autem viro nomen erat Abu-Obaida Moammar, fil. Motanni معمر بن مثني Ita citant reliqui omnes. Conf. d'Herbelot pag. 31. a. 43. a. 169. a. 339. b. 545. a. 598. a. Sed ibi male *Mocanni* pro *Motanni* legitur. Aliquantum tamen patrocinatur Herbelotus noſtro pag. 975. a. ubi hunc virum appellat *Abu-Obeida Hamza ben Mathni.* Videtur Herbelotus pag. 31. a. non potuiſſe in ſuo codice Raudi verſus Arabicos legere; certe tantum ex parte reddidit. Apponam itaque diſtichon integrum:

صلي الله علي لوط وشيعته ابا عبيدة قل امينا ،
فانت بلا شك عندي قغيتهم منذ احتلمت وقد جاورت سبعينا ،

"Deus ſit miſericors in Lothum et eius gentem [vel ſectarios]. Ita prae-
"eunti mihi pia vota, ſuccine tu, o Abu-Obaida, clarum Amen.
"Tu enim legiſti (eaque de re prorſus non dubito) eorum veſtigia ex quo
puber evaſiſti; qui iam ſeptuagenario parum abes."

Etiam id non recte perceptum atque redditum: "perſonne n'accompagna ſon cer-

cercueil; parce qu'il n'avoit en toute ſa vie converti perſonne au Muſulmaniſme, par ſa parole." In Arabico eſt ان لم يسلم من لسانه احد id eſt, "quandoquidem nemo maledicam eius linguam evitare poterat."

(133) *Pag.* 145. *Reliquit Abu-Obaida liberorum duos propemodum centurias.* Et inter eos unum *Akbar Beni Maſen* (aut, ſi malis *Mazin*) مازن Ita recte Herbeloto pag. 43. a. ſunt *Mazenitae* tribus Arabica. Sed pag. 192. b. voce *Baſri* abnormis irrepſit ſoloeciſmus hiſtoricus. Dicit: "il a compoſé le livre intitulé *Akbar Bani Mazin* ou *Merin*, l'hiſtoire de Mazinites, qui ont établi une dynaſtie particulière de princes en Afrique." Homo noſter obiit anno 209 et illa barbara dynaſtia coepit demum anno 630. Vid. infra. Porro memorat Idem p. 975 b. huius viri librum alium de genealogiis, *Ketab al-Cabaiel;* et p. 339. b. *Eſma el-chail,* de nominibus equorum; item p. 589. a. *Motacaddamatein,* gemina prodidagmata, ut etiam p. 31. a. legendum, non *Motacaddamat.*

(134) *Pag.* 147. *Buranae.* Sic ſemper in Noſtri codice بوران ſed Elmacinus habet توران *Turan* et memorat eam anno 281 demum vivis exceſſiſſe, anno aetatis 84. vid. p. 173.

(135) *Pag.* 147. *Mille margaritas ſponſi ſuper caput effundebat.* Poſſet metaphorice accipi, pro imponebat eius capiti mundum mille margaritis onuſtum. Et ita quoque accepit Herbelotus p. 436. b. — "la tête chargée de mille perles." Verum ego quidem ad litteram intelligo. Ritus eſt orientalium ſuper alicuius honorandi caput aurum in pulverem ſolutum et numos aureos effundendi, quos ſervi recolligunt. Vid. ad ann. 330 et 604. Et omnino ad litteram haec accipienda eſſe, docet inſignis locus Ibn-Arabſchae in Hiſt. Tamerlanis p. 300. init. ubi magnificentiam Timuri in nuptiis nepotum ſuorum deſcribit. "Contingebat ipſi tanta maieſtas, ait, tantus ſplendor et magnificentia, quanta nulli unquam, ut ego quidem exiſtimo, aut Chalifae aut hodierno cuidam regi contigit. Quamvis enim Mamuni nocte nuptiali ſubſterneretur tapes aureus, et ſuper caput eius ſpargerentur uniones electi, quos pro nihilo reputabant, neque coram ipſo neque poſt ipſum recolligebantur, et omnino hic Chalifa in tali ſtatu eſſet, ut videri poſſet miri

ingenii

ingenii poëta ille Abu-Navas eum coram vidiſſe et deſcripſiſſe hoc verſu [quamvis iam dudum mortuus ante ea geſta]:

Ac ſi parvae magnaeque bullulae eius [vini inter infundendum e fundo ſurſum aſcendentis] eſſent glareolae unionum ſuper ſolo aureo: attamen Timuro ſerviebant in iſtis nuptiis filiae filiique regum," rel.

(136) *Pag.* 149. Quia neglexit noſter Abu-Atahiae poëſeos ſpecimen apponere, dabo aliquot eius verſus ex Nuvairio, qui plures habet. Dixerat magnificum carmen in aliquem Abbaſidam, ſed praemium non invenerat: quapropter aliud in eius vituperium ſcribebat, illi Theocriteo *ου γαρ ετ᾽ ανδρες επ᾽ εργοις* cet. ſimile:

انا جيت افضلهم للسوال ردّ واحشاوه ترعد ،
كانك من خشيه للسوال في عينه الحية الاسود ،
فغرّ من لومهم الي الله فاني اري الناس قد اصلدوا ،

"Accedas beneficium rogaturus ad eorum liberaliſſimum; avertet ſe a te, pavidus conſpectu tuo, trementibus viſceribus,

tanquam ſi eſſes ater anguis; tam ille perhorreſcit largitionem ſollicitantes.

Quandoquidem ergo illiberales ſunt homines, fuge ad deum; nam ego quidem experientia didici, hominum ignitabulum, ubi teritur, ſpem ignis fallere.

Aliud exſtat apud Elmacinum p. 120. ubi male editur ابو العباهيه *Abulabahia.* Totum quoque fragmentum non inelegans, et vanitatem mundanae gloriae magnis viris ob oculos ponens, vitioſe paſſim eſt proditum. Emendatum itaque dabo:

هل انت معتبرا بمن حرنت عليه غدا عساكره ،
وبمن اذن الدهر مصرعه فتبرّأت منه عشايره ،
وبمن خلت منه اسرّته وبمن خلت منه منابره ،
درست محاسن وجهه وبلي . . . . . .
اين الملوك واين غيرهم صاروا المصير انت صايره ، يا

يا موثر الدنيا الدنية والمستعد لمن يفاخره ،
ذل ما بدا لك ان تنال من الدنيا فان الموت اخره ،

"An unquam ſerio conſideraſti eum [potentem regem] contra quem cras [citius tardius, aliquando tamen] rebellabunt propriae ſuae copiae militares?

eum, cui proſternendo quum ſe accinxit fortuna rerum, deſeritur vel a ſuis gentilibus;

eum, quo, qui nuper florebant, throni regii et in templis ſuggeſtus, paullo poſt vacui erunt;

eum, cuius pulcra facies paullo poſt . . . . [deeſt: obſoleſcet, vel alia ſimilis ſententia.]

Vbi ſunt reges, et alii? qui quo ipſi evaſerunt, eodem evades tu quoque.

O eligens vilem et humilem mundum, et odia exercens adverſus eum, qui gloriae tuae ſtudet aemulus officere,

compara fortunarum quidquid tandem velis et poſſis. Quantumcunque id fuerit, finis tamen eius mors eſt."

(137) *Pag.* 149. "Narrat Raiaſchi, ait Ibn-Cotaiba, audiviſſe dicentem Achfaſchum: كان سيبويه اذا وضع شيا في كتابه عرضه علي وهو يري اني اعلم منه وكان اعلم مني وانا اليوم اعلم منه "Solebat Sibuia mihi oſtendere ſi quid in libro ſuo deponeret, putans me ſe ipſo doctiorem; ego vero tum eram ipſo inferior ſcientia, nunc autem ipſum ſupero." Praeterea addit: كان اجلع ، والاجلع الذي شفته العليا ناقصة لا يقدر ان يضمها "Erat اجلع, hoc eſt talis cui curtum eſſet labium ſuperius, ut inferiori apprimere non poſſet."

(138) *Pag.* 149. Ibn-Cotaiba anno 221 mortuum eſſe Abd-er-Rezakum teſtatur. Noſtro conſentit Hagi Chalifa. Ambo laudati auctores filium Hamani appellant. Ille quoque in Arabia felice eum obiiſſe ait.

(139) *Pag.* 151. Vid. Renaudot hiſtor. Patr. Alex. pag. 276. Vna eademque utriusque edicti cauſſa. Mamum ſcilicet Alidis favebat; hi autem in univerſum omnes Coranum creatum ſtatuunt, contra quos Sunnitae.

(140)

(140) *Pag.* 151. Vid. d'Herbelot pag. 651. b. Raud-el-Achiar de Ibrahimo muſico haec habet: "Abu-Iſhac Ibrahim ben Mahan el-Muſali, vulgo Nadim el-Muſali dictus [ſeu compotor Muſalenſis], oriundus e Perſis, illuſtri et nobili familia. Mauſelam profectus, ibi manſit per tempus, adeoque nomen Mauſelenſis accepit, quamvis aliunde ortum habuiſſet. Parem ſuo tempore in cantu et inventione novarum melodiarnm non habebat. Primus, qui eum audivit, Chalifarum fuit Mahdi. Celebres ſunt eius Magales [conſeſſus, conventus, quos inſtituit ad monſtrandam artis ſuae dexteritatem]. Natus fuerat Cufae anno 125: obiit Bagdadi anno 188 ex colica." Haec ille. Vid. ad ann. 235 de Iſhako filio Ibrahimi Sulitae.

(141) *Pag.* 151. *Ali filius Gabalae.* Filii Abd-er-Rahmani; ille, cui vulgare agnomen adhaeſit العكول *Acavval,* ut perhibet Nuvairius, qui etiam hoc eius poëticum ſpecimen habet:

اري الليالي ماطوت من شرتي سعدتي ردته في عظتي وافهامي ،
وعلمت ان المرء من سنن الردي حيث الرمية من سهام الرامي ✱

"Video quidem fortunam mihi multas bonas horas adverſis caſibus perdere, at easdem tamen eo mihi reſtituere, quod me deinceps cautum eſſe et damno meo ſapere docet.

Didicique hominem telis exitii non minus expoſitum eſſe, quam eſt ſcopus ſagittis ſagittarii."

(142) *Pag.* 151. De hoc Ibn-Iſhac habet Raud quae ſequuntur: "Abu-Amru Saleh ben Iſhac el-Garmi (a tribu Garm ſic dictus) en-Nahvi (ſeu Grammaticus) erat grammaticus, philologus, fakihus, Baſra oriundus. Bagdadum ut venit ſtudiorum cauſa, audivit in Grammaticis Achfaſchum, interdum quoque Iunaſum filium Habibi; in philologicis magiſtros habebat Abu-Obaidam et Abu-Zaidum Anſaricum, et Aſmaaeum; diſputavit Bagdadi cum Farrao; traditiones ab ipſo retulit Mobarred. Scripſit biographias excellentes et alia. Obiit anno 225." Hactenus ille. Addit autem, *Garm* tribus nomen eſſe, ne cum urbe Germ, de qua conſulendus Abulfeda, confundatur; neque cum Garmaeis, Chaldaeae et Meſopotamiae incolis. Sed male audit hic Ibn-Iſhac ab impoſtura. ut qui multas narrationum ſuarum confinxerit.

Apud Ibn-Cotaibam monet pater filium ſuum: لا تاخذن من ابن اسحق شيا فانه كذاب "ne quidquam audeas ex Ibn-Iſhaco allegare. Mendax enim eſt." Addit idem auctor, eum Hiram veniſſe [ex urbe Medina nempe] ad Abu-Gafarum [Manſurum, ſecundum Chalifam Abbaſidam] فكتب له المغازي et eius iuſſu et in eius uſum ſcripſiſſe de acquiſitionibus et expeditionibus Muſlemorum.

(143) *Pag.* 151. Vid. d'Herbelot p. 817. a. ſed apud quem prave ultima vox editur *Ezzlelahaſſeïr*. Leg. *Eztelah aſſeïr* اصطلاح السير vel potius *Ezlah* اصلاح. Dictus fuit Sohailicus a patria *Sohail*, quae praefectura quaedam eſt in agro Malaccano, in regno Granadenſe. Ita perhibet Abulfeda in Geographia ſub voce *Malagga:* Ad praeturas Malaggae, ait, pertinet *Heſn* [arx] مورور *Murur*, ab iſtius occidente, et quidem ad nomum *Sohail* pertinet, unde prodiit Abd-er-Rahman, filius Abdallae, Sohailicus, coecus, auctor libri, qui inſcribitur الروض الانف *hortus illibatus*, continetque commentarium in vitam prophetae, ab Ibn-Heſchamo ſcriptam.

(144) *Pag.* 151. Pluribus haec narrat Hamza Iſpahan. capite nono libri X, quo praefectus Choraſanae recenſet, ubi dixerat, Tahero protinus in ea provincia filium Talham ſucceſſiſſe. "Quum percepiſſet Mamun, ait, de morte Taheri, mittebat eius filio Abdallae, tum apud Raccam agenti, diploma ſucceſſionis in omnes praefecturas patris, ſic ut ſimul retineret eas, quas ipſe patre adhuc vivo adminiſtraverat, e. c. Meſopotamiam, Syriam, Aegyptum, Africam; fratrem autem, Talham in oriente [hoc eſt intra Tigridem et Iaxarten] haberet tanquam Chalifam [ſeu vicarium et commiſſarium ſuum], ſed illum cum hac reſtrictione et privilegio, ut Talha, ſi ad Mamunum litteras daret, directe ſuo nomine, non fratris, ageret. In hoc munere permanſit Talha quinque annos, usque dum obiret, die ſolis, antepenultimo menſis tertii anni 213."

(145) *Pag.* 153. داريا *Daria.* Haec loci vera ſcriptio eſt. Videtur tamen vulgo *Dara* دارا pro *Daria* داريا uſurpatum fuiſſe. Vid. d'Herbelot p. 285. b. et 287. b. Patet id ex gentile inde formato *Daraï*, vel *Darani*, quod proprie debuerat *Dariiaï* vel *Dariiani* eſſe. De *Daria* haec habet

habet Abulfeda Geographus: "Oppidum eſt Daria vulgo dictum, urbi ſimile, in Guta Damaſcena, tribus a Damaſco miliaribus." De *Dara* vero haec tradit: "Dara eſt urbs Gezirae [ſeu Meſopotamiae] et quidem, ut ait Moſchtareki auctor, tres notae ſunt Darae; una praeſens, urbs in latere montis Merdinenſis ſita; altera eſt arx munita in montibus Tabareſtanae; tertia eſt vallis in tractu Beni Amer." Notiſſima harum eſt Dara Meſopotamiae, cuius ſitum indicat Geograph. Nubienſ. p. 243. lin. 10. et eius meminit Elmacinus p. 60. lin. 5. et p. 213. lin. 28. Quod autem ab hoc ipſo oppido Damaſceni agri Dara (ſic enim etiam *Raud* appellat) appellationem illius celebris Tamimi Daritae derivat p. 285. voc. *Dari,* in eo fallitur. Non permittit grammatica. Cognomen ille accepit a tribu ſua, Beni-Dar ben Hani, quae ex Lachm et perinde ex Arabia felice deveniebat.

(146) *Pag.* 153. Abu-Soliman Daranita Herbeloto pag. 287. a. eſt Abd-er-Rahman ben Atia: utrumque recte: Abu-Soliman enim eſt praemomen, Abd-er-Rahman ipſum nomen. Abu-Zaid Saïd eſt Ibn-Cotaibae Saïd fil. Auſi, filii Tabeti, Anſarita, ſecta Cadarita. Antecedentem Abu-Aſem, fil. Mogalledi, Mochalledi مخلد filium facit idem Ibn-Cotaiba, ipſique titulum *en-nabil,* excellentem, tribuit, conſentiente Hagi Chalifa.

(147) *Pag.* 155. *Mamun pergebat in Aegyptum.* Ad componendas turbas, quae provinciam iſtam iam ab aliquot annis vehementer exagitaverant, et quas miror quomodo Noſter ſilentio prorſus praeterierit. Elmacinus attigit p. 137. Inter editos non novi qui plura protulerit his de turbis quam Renaudot in hiſtoria Patr. Alex. pag. 251. 255. 268. 270. 279. unde intelligas, et Graecos ex Archipelago et Ommiadas ex Andaluſia Aegyptum appetiiſſe, et incipias hinc intelligere perobſcurum illud Hagi Chalifae ad ann. 211: "Abdalla filius Taheri, Alexandria eos, qui arcem occupaverant, in Cretam expellit."

(148) *Pag.* 155. De hac negotiatione vid. Cedren. p. 531. Ceterum Luluvam deſcribit idem h. m. pag. 552. "*τας των Σαρακηνων κατα τας των Ρωμαιων Χωρας επιδρομας οἱ παλαι βασιλεις διαδηλους ποιειν εθελοντες ἱνα μη αιφνιδιοι εισπιπτωσι — φρουριοντι τῃ Ταρσῳ αγχιθυρον επι τινος ὑψηλοτατου λοφου και ερυμνου εδομησαντο.* Αυλον (forte Λουλου)

 τῳ

τῳ Φρουριῳ το ονομα. Conf. Marini Sanuti *Leluon* pag. 174 (44) et *Lilion* pag. 222 (1).

(149) *Pag.* 155. Originem et totam hiſtoriam huius de Corano creato controverſiae fuſe perſequitur Sebekaeus in vitis Theologorum Schafeiticorum, unde tantum quae originem eius ſpectant huc adſcribam. Capitis inſcriptio haec eſt: ذكر الداهية العظمى والمصيبة الصماء وهي محنة علماء الزمان ودعاؤهم الى القول بخلق القران وقيام احمد بن حنبل وابن نصر الخزاعي مقام الصديقين "De calamitate maxima, et infortunio conferto [proprie *ſurdo*, ſimilitudine a magno ſaxo deſumta], ſcilicet tentatione doctorum eius aevi, et eorum adactione ad profitendum, Coranum creatum eſſe; et quomodo tunc vicem duorum cordatorum veritatis teſtium obierint Ahmed filius Hanbali, [in cuius vita haec narrantur] et Ibn-Naſr Chozaita." كان القاضي احمد بن ابي داود ممن نشي في العلم وتضلع بعلم الكلام وصحب فيه هياج بن العلا السلمي صاحب واصل بن عطاء احد روس المعتزلة ، وكان ابن ابي داود رجلا فصيحا ، قال ابو العينا ما رايت رييسا اقصح ولا انطق منه ، وكان كريما ممدحا ، وفيه يقول بعضهم ،

لقد انست مساوي كل دهر محاسن احمد بن ابي داود ،
وما طوفت في البلاد الا من جدواك راحلتي وزادي ،
يقيم الظن عندك والاماني وان ارقلت ركابي في البلاد ،

وكان معظما عند المامون امير المومنين يقبل شفاعاته ويصغي الى كلامه ، فدس ابن ابي داود القول بخلق القران وحسنه له وصيره يعتقده حقا مبينا الى ان اجمع رايه في سنة ثمان عشرة ومايتين على الدعاء اليه ، فكتب الى نايبه على بغداد اسحق بن ابراهيم الخزاعي ابن عم طاهر بن الحسين في امتحان العلماء كتابا يقول فيه "Adoleverat Cadi Ahmed Ibn-Abu-Davud [de quo vid. ann. 227 in fine Motaſemi, et anno 232 initio Motavakkeli] in ſtudio ſacrarum litterarum, et praecipue vires acquiſiverat in ſcientia quae Elm al-Calam [ſeu theolo-

theologia diſputatoria, vel dialectica aut philoſophica] appellatur. Magiſtrum in ea diſciplina habuerat Haiagum, filium Olaï, Salamitam, diſcipulum illius celebris Vaſeti Ataïdae, qui unus praecipuorum capitum et doctorum inter Motazalitas fuit. Praeterea erat Ibn-Abu-Davud vir eloquens, ut teſtatur Abu-l-Aina [de quo vid. ad ann. 241] dicens: Nunquam vidi Mariſitam magis perſpicui ſermonis, magis promtae linguae, quam Ibn-Abu-Davud. Erat quoque idem generoſus, beneficiis laudes ab aliis merens. Certe dicit aliquis poëta de ipſo:

Oblivionem prioris durae fortunae mihi inducunt beneficia Ahmedis filii Abu-Davudi.

Non peregrinor, quin et iumentum et viaticum ipſius debeam liberalitati.

Perſtant et remanent apud te, o Ibn-Abu-Davud, memoria, animus et ſpes atque vota mea, quamvis iumentum meum per provincias diſcurſitet.

Hic itaque vir talis, qualem deſcripſimus, erat magno in pretio apud Mamunum, ita ut precibus eius annueret, ſi pro quo amico deprecaretur, et alia ſuadenti aurem patulam praeberet. Et, ut multum valebat in principem, ita quoque doctrinam, quam a magiſtris Motazalicis hauſerat ipſe, illi ſubdebat et laudabat, tandemque ita principi perſuadebat, ut velut veritatem evidentem crederet. Quo factum, ut princeps tandem anno 218 decerneret ſuos cives ad eandem opinionem adigere, ideoque praefectum ſuum apud Bagdadum, Ishacum, filium Ibrahimi Chozaitam, (cui Ishaco ex patruo nepos erat Taher, filius Hoſaini,) ſequentes daret litteras" — Poſt allatam principis epiſtolam recenſet nomina doctorum illa quaeſtione tentatorum. Eosdem, atque noſter, ſed et multo plures nominat.

(150) *Pag.* 155. *Teſtes*, *Schohud*, appellant Muhammedani, quos nos *Syndicos, Scribas.* Scilicet in magnis urbibus eſt unus Cadi [ſeu iudex] ſupremus, Cadi 'l Kebir, *iudex magnus,* aut Cadi 'l Codât, *iudex iudicum* dictus. Ad hunc appellare licet a minoribus Cadiis, qui tot ſunt, quot Cabilae aut Cabildae, hoc eſt tribus, aut quot ſectae religioſae. Horum minorum iudicum unusquisque habet ad latera duos *Schohud, teſtes,* quorum

opus

opus eſt non tam Cadio conſilium communicare, quam eius ſententias in ſcripta referre, et contractus matrimoniales aut mercatorios aliosve expedire, et ut ſpectatae fidei viri teſtari de re transacta atque nomina ſubſcribere, quandoquidem Muhammedani tales libellos iudiciales praeter Cadii teſtimonium aliorum quoque teſtimoniis munire ſolent, quo valeant. Vid. Addiſon Deſcript. Barbar. T. II. cap. 10. p. 105. et Renaudot Hiſt. Patr. Alex. p. 374. ubi de Vaza filio Reia واضح بن رجا ſcribit: "Erat ille iuvenis inter nobiliores urbis Miſrae, patre natus, qui apud Iudicem [Cadium] Teſtis ſeu Conſiliarii munere fungebatur."

(151) *Pag.* 157. *Macatelum* rectius appellat Sebekaeus *Ali. f. Abu-Mocateli.* Cotaiba autem eſt filius Saidi, teſte eodem Sebekaeo, qui addit وكان حينئذ ببغداد "et erat tunc Bagdadi" unde patet, eum extraneum fuiſſe. Ad a. 279 in fine magiſter Bocharii appellatur.

(152) *Pag.* 159. *Vaheb.* De hoc viro vid. d'Herbel. pag. 905 b. voce Ketab al eſra iliat. Male *Monabbeh* appellatur p. 732 a. Temere quoque eum unum ait eſſe "de ceux, qui ſont nommés Sahabah." Fuit potius de *Tabeïn.* Ibn-Cotaiba refert, eum ab uno illorum Perſarum, quos Coſroës in Arabiam felicem ad expellendos Aethiopes miſerat, ortum habuiſſe, et obiiſſe apud Sanaam, non Saganam.

(153) *Pag.* 161. Videtur nomen Bodondun fluvio et loco commune fuiſſe. Cedrenus p. 575. επηει κατα ταρσου. και δη και κατα το Ποδανδον γενομενος "cumque ad locum cui Podandan nomen eſt, veniſſet" unde ut et e ſequentibus apparet vicinum Tarſo fuiſſe. Et alibi ſaepe memoratur hic fluvius a ſcriptoribus Hiſtoriae Byzantinae. Mala lectio بديدون pro recto بذندون impoſuit Herbeloto ut p. 196. b. articulum *Bedidun* exhiberet, et *Bezizoun* pag. 546. a. conf. pag. 705. a. Narratio medica de hoc morbo et morte Mamuni exſtat apud Abu-Oſaibam in vita *Meſues,* ubi dicitur hic Meſues eum artibus medicis ſuſtuliſſe, iuſſu expreſſo Motaſemi.

(154) *Pag.* 165. Iuvat hic inſignem locum Ibn-Cotaibae apponere, quo res Mamuni geſtas breviter pro more ſuo enarrat. Docebit quam multa memorabilia profecto praeterierit Epitomator noſter. Docebit porro, quod nonnulli inviti audiunt, quam miſerabilis et contemptibilis rhapſodus ſit Arabs hiſto-

hiſtoricus; modo nomen id mereatur. Niſi notitiarum cauſſa, quas ſoli ſuggerunt Arabes, legendi eſſent, nemo illos, credo, legeret, qui bonis hiſtoricis conſuevit. En tibi locum illum: "Meruerat, ita infit, Abu-Saraia ſub Hartama [adverſus Aminum]. Sed [confecto feliciter bello] negabant ipſi ſtipendia debita: quapropter iratus deſerebat caſtra, et Anbaram pergebat, cuius praefectum occidebat. Poſtea ibat neſcius quo vellet, aut quid quaereret [vagabatur per orbem terrarum, bonam fortunam captans]. Adveniebat deinde Ali, filius Abu-Saidi, miſſus a Fadlo, filio Sahli, cum litteris, quae iubebant Hartamam [imperio militare] decedere, et vexillum Tahero ſuper Geziram mandabant ad oppugnandum Naſrum filium Schiti: [hoc eſt, Tahero imperium militare per Meſopotamiam, et curam belli cum rebelle Naſro gerendi mandabant.] Accedebat tum Haſan, filius Sahli, e Choraſana in Iracam, una cum Homaido, filio Abd-el-Hamidi, et magno aliorum ducum numero. Quo ad Bagdadum appropinquante, excedebat Taher [ut novo gubernatori et ſucceſſori ſuo locum facturus] ad urbem Raccam [quae tunc temporis praefecturae Meſopotamiae ſedes erat et metropolis]. Hartama vero in Choraſanam inibat iter. Sic adveniebat Haſan et praetorium collocabat apud Schamaſiam [pagus is eſt prope Bagdadum]. Apparebat quoque Ibn-Tabataba Alida apud Cufam, eique ſe adiungebat Abu-Saraia, et potiebatur Cufa. Inſurgebant etiam Alidae apud Meccam et Medinam, et in Arabia felice, dominosque ubique agebant. Adverſus Cufam mittebat Taher Zohairum, filium Moſaiiebi, quem rebelles in acie peremerunt, et eius copias et caſtra lacerarunt et diripuerunt. Redibat Taher Raccam, et confligebat cum Naſro filio Schiti, qui graviſſimas ipſi clades ingerebat, neque deſinebat bellare, donec Mamun Bagdadum veniret. Haſan [filius Sahli] mittebat Abduſum, filium Muhammedis, filii Abu-Chaledi, adverſus Abu-Saraiam. Hic autem illum occidebat in acie commiſſa, eiusque copias vehementer affligebat, et cum Cufenſibus ſuis ad Nahr Sarſar usque procedebat, capiebat Vaſet et Baſram. Mittebat igitur Haſan, filius Sahli, Saddium filium Saheki, ad Hartamam, tunc Holvanae agentem, ut eum [ab itinere Choraſanico revocatum] ſecum Bagdadum retraheret; eumque nactus expediebat adverſus Abu-Saraiam. Ibat igitur Hartama ad locum Nahr Sarſar, hoſtemque inde diſcuſ-

ſum et retro pulſum perſecutus, et aſſecutus haud procul Caſtello filii Hobairae, contundebat aperto praelio, et in ipſam Cuſam retundebat. Inter haec moriebatur filius Tabatabae; cuius in locum Abu-Saraia iuvenem aliquem Alidam ſufficiebat, Muhammed, filium Muhammedis, dictum. Neque deſinebat Hartama hoſtem ſuum laceſſere, quamvis ipſe ab eo graviſſima pateretur, donec tandem Cufenſes fatigati cum Hartama tranſigerent. Quae res cogebat Abu-Saraiam Cufa effugere. Sic ibat cum Alida ſuo in Choraſanam. [Videtur auctor totum illud vaſtum terrarum ſpatium, quod Tigridem inter et Oxum eſt, ſic appellare, hic autem ſpecialiter Choreſtanam deſignare.] Indeque Bagdadum bello vexabat. Intrabat Hartama Bagdadum, quam rurſus poſt aliquot dies deſerebat, relinquens ibi rerum ſuo nomine curatorem, ibatque in Choraſanam, et potiebatur Abu-Saraia iſtoque iuvene Alida. Iſtum quidem occidebat, hunc autem deportabat in Choraſanam [h. e. mittebat eum ad Mamunum]. Interim adverſabantur Bagdadici Haſano filio Sahli, eique arma opponebant, duce Muhammede, filio Abu-Chaledi Marvenſis; eratque ea facies rerum, ac ſi nullum haberent ſuperiorem. Prodibat tunc Sahl, filius Sallamae cum ſpontaneis [ad reprimendos inſolentes et nebulones]. Mamun autem mittebat ad Alin filium Muſae, qui Radi [ſeu Riſa] vocatur; eumque haeredem Chalifatus poſt ſe nuncupabat; et iubebat homines [id eſt milites et duces et aulicos ſuos] virides veſtes portare. Sed adiungebat ſe populus Bagdadicus ad Ibrahimum, filium Mahdii, eique ſacramentum ut Chalifae dicebant. Tunc exibat ad Haſanum, filium Sahli, eumque aſſequebatur apud Vaſetam; et ſubſiſtebat Ibrahim apud Madainam — Tum mittebat Haſan, filius Sahli, Harunum, filium Moſaiiebi, in Hegazam, ut Alidas ibi compeſceret. Concurſu facto vicit eos Harun, et pactus Muhammedem, filium Gafari, adduxit ad Mamunum, una cum multis aliis eius gentilibus; quorum nullus rediit [ex Choraſana in Arabiam]. Mortuus quoque eſt Radi in Choraſana. Quum autem evaſiſſet Hartama in Choraſanam, et rixatus fuiſſet cum Fadlo, filio Sahli, coram Mamuno, iuſſit Mamun eum in carcerem coniici. Sic incluſus fuit Hartama in quadam Cubba [vel fornice] in domo Mamuni; ubi quum haeſiſſet per aliquot dies, extractus fuit mortuus, et involutus in groſſum cilicium ſepeliebatur in foſſa, [ſepeliendis]

carce-

carcerariis deſtinata. Eius filius, Hatem, praefectus tum Armeniae, ut audivit, quid patri contigiſſet, كاتب الاحرار هناك والملوك pelliciebat ad defectionem Ahrar [hoc eſt ingenuos] iſtorum tractuum, et regulos. [Sed dubito de vera lectione; forte nomen gentis latet. Num *Chozaros?*] Verum haec molientem, fatum oppreſſit. Dicunt tamen Babecum hinc cepiſſe rebellandi occaſionem, quae rebellio viginti et ultra tenuit annos. Erat Abu-Ishac Motaſem cum Haſano filio Sahli; ſed fugiebat ad Ibrahimum filium Mahdii, et bellabat cum Haſano et eius ſociis. Dein concurrebat ipſe et Mahdi Schari [hoc eſt Schahrzurenſis] anno 203, et repellebatur Abu-Ishac Bagdadum. Neque deſiit bellum inter Bagdadicos et Haſanum filium Sahli, donec hic illis evaderet ſuperior, et eorum aliquos in vinculis in Choraſanam mitteret, in comitatu Ahmedis filii Abu-Chaledi. Hic venit in Choraſanam, quo tempore iam occiſus erat Fadl filius Sahli, apud Sarachſam, et Mamun in eius locum Vezirum alium nuncupaverat, atque Choraſanae praefectum reliquerat Gaſſanum, filium Abadi, iter quoque verſus Bagdadum iam inſtituerat. A qua quum prope abeſſet, capiebat Ibrahim filius Mahdii Sahlum, filium Sallamae, [illum, qui Bagdadi concionatus fuerat] qui [ſui ad excuſationem] dicebat: Vocavi homines ad bellum et arma adverſus Mamunum capienda. Dein occultabat ſe Ibrahim, et Mamun intrabat Bagdadum, — et praeclarum ſe gerebat principem, diligenterque in ſtatum ſubditorum inquirebat. Paullo poſt affligebat annonae caritas Bagdadum. Mittebat porro Mamun adverſus Babecum, Iahiam, filium Maadi; et Abdallam, filium Taheri, adverſus Naſrum, filium Schiti, et Chaledum, filium Iazidi, in Aegyptum adverſus Muhammedem, filium Sarii; quem nactus captivum venia donatum unaque reliquos cum eo captos dimiſit. Dein mittebat Mamun Abdallam filium Taheri adverſus Naſrum, filium Schiti, والنزرا [hoc non intelligo] ante annum 207, quo ipſo pater eius, Taher, obiit. Naſr veniam et ſecuritatem petens ab Abdalla impetrabat. Dein ibat Abdalla in Aegyptum. Ibrahimo filio Mahdii potiebatur Mamun anno 210 eumque ſecurum eſſe iubebat, et inter compotores et confabulatores ſuos adſciſcebat. Arceſſebat quoque Muhammedem, filium Alii Radii [ex urbe Medina], eumque cum filia ſua maritabat, permittebatque ut eam ſecum Medinam duceret: quod is faciebat.

 Mittebat

Mittebat Mamun porro Muhammedem, filium Homaidi, adverſus Babekum. Sed Muhammed in conflictu cadebat anno 214. Praeficiebat Mamun Abdallam regioni montanae; fratrem vero ſuum Abu-Ishacum [Motaſemum] iubebat impreſſionem in Turcas facere. Dein imperabat Abdallae filio Taheri, qui hactenus apud Dainavaram haeſerat [bello adverſus Babecum intentus], ut in Choraſanam iret: Alin autem, Heſchami filium mittebat adverſus .... [deerat in codice nomen, Babeki, ut coniicio]. Dein petebat Mamun Tarſum anno 215, menſe primo, et inſtituta contra Romanos expeditione expugnabat Heſn Carra et Charſchanam [Χαϱσιανον]. Tum reflexit ad Damaſcum; dein in Aegyptum ivit; tum rediit Damaſcum; exin movit adverſus Romanos anno 217. Eo anno advenit ad ipſum Agif. Eodem expugnata fuit Luluva; et iuſſa reſtaurari Tyana. Poſtea redibat Mamun Raccam; et illinc rurſus in Romaniam, ubi mortuus fuit." Hactenus Ibn-Cotaiba.

(155) *Pag.* 167. Hinc emendandus Elmacinus pag. 138 وفيها رد المأمون فدكا على ولد فاطمة "eodem reſtituit Mamun Fadacum filiis Fatimae." non, ut proſtat, "inclinavit Mamun vehementer ad filios Fatimae."

(156) *Pag.* 169. *Beſchr Mariſita.* cf. d'Herbel. p. 577. a. Diverſus ab illo Mariſio, qui ab eodem laudatur p. 323. b. Nomen uterque habet a patria *Maris,* quae eſt pagus in Aegypto, teſte Raudo.

(157) *Pag.* 169. De hoc viro haec habet Raud: "Abu-l-Abbas Fadl ben Marvan ben Maſergis [id eſt Mar Sergis, dominus Sergius], Vezirus Motaſemi, a Chriſtianis oriundus, qui pulchre norat Chalifis inſervire. Reliquit Divan Raſaiel [collectionem epiſtolarum et opuſculorum]. — Mutato animo comprehendebat eum Motaſem — multabatque millies mille numis aureis. — Sed poſt quinque menſes eum carcere dimittebat. Obiit menſe tertio anni 250, aetatis 80." Cauſam remotionis eius a Veziratu his verbis narrat idem Raud el-Achiar. "Exhibebatur aliquando, ait, Motaſemo epiſtolium alicuius alicubi praefecti (aut quaeſtoris) quod quum recitaret et inter alia poſitam ibi vocem, الكلا *Cala* legeret, interrogabat eum Chalifa, quid ea vox ſibi vellet. Neſciebat Vezirus. Quapropter iratus Chalifa: Idiota, qui ſimul Vezirus eſt, eſt homo coecus, aiebat, et adſtantibus famulis: videte quis in foribus ſit, et introducite ipſum. Agebat ibi tum temporis Abu-Gafar

Gafar Muhammed, filius Abd-el-Maleki, filii Abani, vulgo Ibn-ez-Zaiiat dictus. Hic introductus et interrogatus reſpondebat, Cala ſignificare in genere *foenum*. Sed ſi quis velit in ſpecie deſignare foenum viride et recens, eum uti voce الخلا *Chela:* ſi vero ſiccum, voce الحشيش *Haſchiſch.* Laudatum ob eruditam reſponſionem Vezirum protinus nuncupabat Chalifa." Sapit facetias poëticas.

(158) *Pag.* 171. Conf. Cedrenus p. 529 — 532. Geneſius p. 30. 31. Pro *Amuria* temere legitur *Ancuria* vel *Ancyra* in catal. biblioth. Reg. Pariſ. pag. 340. b. *Zabethra* eſt Σοζοπετρα Cedreni pag. 528, Ωζοπετρα Geneſii pag. 28, qui ait Amerumni h. e. Emir-el-mumenin ſcil. Motaſemi patriam fuiſſe.

(159) *Pag.* 173. Vid. d'Herbel. p. 31. b. ubi non recte ait, librum Abu-Obaidi الامثال السايرة *Amtal es-ſairat* eſſe *apologos aut fabulas de vita humana.* Legit nempe امثال السيرة Sunt enim expoſitiones proverbiorum apud Arabes vulgarium. Saepe citat Meidanius. Vidi eius libri codicem manuſcriptum in Auguſta Guelpherbytana. Male quoque p. 965. b. ipſum *Abu-Obeidah* appellat. Ibn-Cotaiba ipſum inter Moallemin ſeu ludimagiſtros refert, et ait eum Cadium Tarſi, et magiſtrum filiorum Tabeti, filii Naſri, filii Maleki, eius urbis praefecti, fuiſſe. Conf. Catalog. Bibl. Lugd. Batav. p. 834. n. 615. ubi eius liber غريب الحديث commemoratur.

(160) *Pag.* 175. *Abu-Dolaf* Emirus Arabum Eglitarum, vir erutus; de quo Raud el-Achiar hoc habet elogium: ابو دلف قاسم بن عيسي بن ادريس العجلي من امراء المامون ثم المعتصم ، كان كريما شجاعا نا وقايع مشهورة وله كتاب البزاة والصيد وكتاب السلاح وكتاب سياسة الملوك وكان ماهرا في الغناء وضرب العود — مات في سنة خمس وعشرين وماتين ببغداد "Abu-Dolaf Caſem, filius Iſae, filii Edriſi Eglita, ducum Mamuni primum, et dein Motaſemi unus, vir generoſus et ſtrenuus, cuius res geſtae et fata ſatis nota ſunt. Scripſit librum de falconibus et venatura, [hoc eſt hieracoſophium] alium de armis; item alium de conductione regum. Perite canebat voce atque fidibus. Obiit Bagdadi anno 225." Articulum hunc exhibet quoque ex parte Hottinger *Biblioth.*

 Quadrip.

Quadrip. p. 291. ex Ibn-Chalicano excerptum. Sed pro voce البزاة quae *falcones* notat, videtur البراة legiſſe, e quo fecit *de ſolitudine.* — Hic quoque eſt ille qui urbem *Carag Abu-Dolaf* de ſe dictam in regione montana condidit, inter Hamadanam et Isfahanam; de qua ſic perhibet Abulfeda, inter alia: اول من مصرها ابو دلف القسم بن عيسى العجلي واستوطنها وقصده القراء بها "primus, qui eam in urbem formavit et cum gente ſua incoluit, fuit Abu-Dolaf Caſem filius Iſae, Eglita; et illuc ad eum conceſſerunt Carraci" [ſeu Anagnoſtae, vel Lectores Corani, forte propter perſecutionem Mamuni et Motaſemi in cauſſa creati aut increati Corani].

(161) *Pag.* 175. Cauſſam caedis Afſchini allegat la Martinière pag. 816, quod nimirum Abbaſum, Mamuni filium, ad imperium evehere voluerit, ideoque factionem ſibi comparaverit. Non id improbabile. (conf. d'Herbel. p. 639. b.) Elmacinus p. 143. tradit eum ob ſuſpicionem Zendikiſmi, vel, ut nos loqueremur, atheiſmi, peremtum. Crimen, omnibus eximiis viris omni tempore obiectum et capitale. Magum idem ait fuiſſe, et in patria religione ſemper conſtantem.

(162) *Pag.* 175. Secta Babeci appellabatur *Mohammara,* hoc eſt *Erythraei,* quod rubrum colorem in veſtitu praeferrent, aut ſecundum alios, quod Muſlemos حمير *Hamir,* hoc eſt *aſinos,* appellarent. Ita perhibet Raud, qui etiam ait eos fuiſſe Iſmaëlitas, ſeu aſſeclas et fautores Iſmaëlis, filii Gafari Sadeki, quae ſecta ſub eo nomine Saeculis poſterioribus magis inclaruit. Locum dabo integrum ad ann. 494. Interim alium eiusdem auctoris de his ipſis adſcribam: خارجت طايفة بجرجان يقال لهم المحمرة للبسهم الاحمر في زمن المهدي سنة اثنين وستين ومايه ، فغزاهم عمر بن علا من طبرستان وقتلهم واسم رييسهم عبد القهار، وظهرت مرة اخري المحمرة بجرجان مع رجل يقال له عمرو بن محمد الغدكي سنة ثمانين ومايه وقتل بمرو فاطفي الله نارهم، (والغدك قرية بخيبر)، وخرجت مرة ثالثة في الجبال في زمن المعتصم وقاتلهم اسحاق بن ابراهيم بن مصعب امير بغداد بجيش عظيم في ذي القعدة سنة ثماني عشرة ومائتين قري فتحه يوم التروية فقتل

فقتل منهم خلق كثير وهربت بقيتهم الى بلاد الروم "Rebellabat aliqua ſecta in Gorgan, nomine Mohammara, quia rubro veſtiebantur, an. 162, ſub Mahdii Chalifatu. Dux ipſorum, qui tum erat, appellabatur Abd-el-Cahâr. Hos compreſſit e Tabareſtana Omar filius Olae. Deinde prodibant rurſus in Gorgana, ſub duce quodam Amruo filio Muhammedis Fadakitae, ſic dicto a patria Fadak, quae eſt pagus vel burgus in agro Chaibarae. Contingebat id anno 181. Sed illo in urbe Meru peremto, exſtincta fuit haec flamma. Tertio prodierunt in montana regione ſub Motaſemi Chalifatu; ſed ingente caede laniati ſunt ab Ishaco, filio Ibrahimi, filii Maſabi, Emiro Bagdadico, menſe penultimo anni 218 [hoc eſt ſub exitum anni 833] et ipſo die Tarvia, [ſeu nono duodecimi menſis, in ipſis vigiliis magni feſti Meccani] lecta fuit [Bagdadi coram Chalifa] epiſtola Ishaki de illa victoria. Reliquiae ſtragis auffugiebant in terras Romanorum." Hactenus Raud. Inſunt huic narrationi quaedam obſcura. Conferri tamen cum Noſtro merentur et cum iis, quae ad ann. 275 de origine Carmatitarum, qui procul dubio cum his ipſis iidem ſunt, dicentur. Hi ipſi quoque alio nomine a vitae genere quod exercebant *Haramia*, vel *Horremia*, *Chorremia* خرميه hoc eſt *latrones* appellabantur, et *Babek* خرمي *Horremi*, vel *Horremdin*, h. e. *latro*. Vid. Elmacinus p. 141. Teixeira p. 235. 237. d'Herbelot p. 158. b. Memorant hoc de Babeco ſcriptores hiſtoriae Byzantinae, ut Geneſius pag. 25. at ille tam incondite et inſcienter, ut multum fallatur, qui putet ex eo temporum hominumque iſtorum veras rationes diſcere.

(163) *Pag.* 175. Vbi ſita fuerit haec urbs *Bad*, neſcio, neque invenio. Modo de ſcripturae integritate conſtet, et certum ſit eſſe nomen urbis, dubitari non poterit ad regionem montanam pertinuiſſe: Elmacinus p. 141. ter habet البدو *al-Bodu* vel *al-Badu*. Abulfeda noſter in tabulis geographicis نذا et نذا بابك *Nada* et *Nada Babeck* appellat, et refert ad Arrianam, vel Ivan, eiusque de ſitu diverſe tradita refert. Herbelotus p. 159. a. captum in arce ſua *Casbabed* refert, et modum, quo captus fuerit, enarrat e Chondemiro. De *Casbabed* addo, ſignificare ſedem Caſporum, a quibus mare Caſpium nomen accepit.

(164)

(164) *Pag.* 175. De Abu-l-Hodailo vide Pocockii ſpec. hiſtor. Ar. p. 116. Raud ait eum anno 131 natum, ſub finem vitae coecum et fatuum evaſiſſe; nomen eius fuiſſe Muhammed, fil. Hodaili, filii Abdallae, filii Mackhul; fuiſſe Schaichum Motazalitarum apud Baſram, ſcitum diſputatorem, et urſiſſe الادلّة والالزامات demonſtrationes et ſyllogiſmos in ſuis ſermonibus.

(165) *Pag.* 179. Hic primus eſt locus, quo Noſter Muhammedanorum res in Sicilia geſtas attingit. Ea loca ſibi excerpi ex codice manuſcripto Bibliothecae Regiae Eſcurialenſis, et in Latinum ſermonem à Marco Dobelio Citerone, Arabicae linguae Profeſſore, converti curaverat Antonius de Amico Meſſanenſis, qui Panormi anno 1640 edidit; unde repetita fuerunt deinceps in Bibliotheca Caruſii, pag. 17. ſqq. Nos, ubi videbitur, illa loca ex Dobelii interpretatione repraeſentabimus. Hunc praeſentem ita reddidit ille: "Anno Egirae 228 — Muſlemi multa loca in Siciliae inſula ſubiugarunt; et tum erat Amiras Inſulae Mahomettus, filius Abdallae, Benilaglab, et ſuum domicilium erat civitas Panormi, nec ab illa egrediebatur, ſed ſolum mittebat et exercitus, et navales copias, et ſpeculatores; et ita expugnavit ſubegitque multa loca, magna divitiarum et captivorum praeda." Extrema videtur interpres in ſuo codice non habuiſſe, aut ſaltim ſequenti articulo intexuit; ubi ait: "Anno 237 Mahomettus — mortuus eſt poſt annum regni ſui nonum —" Habuit itaque *novem*, ubi noſter codex habet *novendecim.*

(166) *Pag.* 179. Quoniam hic Abu-Tamam audit princeps poëtarum Arabum, et in Hamaſa quidem nihil exſtet ipſi proprium, ſed omnia ſint aliena: proferamus quaedam eius digna lectu, e Nuvairio. Primum eſto dictum hoc:

ما الحب الا للحبيب الاول ،

"Quem quis primum amare coeperit, eum vere et magis amat, quam quos deinceps."

ما آب من آب لم يظفر بحاجته ولم يغب طالب للنجح
لم يغب ،

"Non exiſtimandus eſt ille rediiſſe, qui redit negotio ex voto non confecto. Neque

Neque exiſtimandus eſt ille abeſſe qui abeſt, dummodo negotiatio eius fruſtra non ſit."

لا تنكري عطل الكريم من الغني فالسيل حرب للمكان العالي ،

"Ne mireris, o mea, neve indigneris, hominem liberalem opibus carere.
Torrens inimicus eſt loco excelſo."

Hoc eſt, ut torrens devitat collem, et in humilia ruit, ita opum affluxus excelſos animos praeterit, in ſordidos et viles incumbit.

ينال الغني من عيشه وهو جاهل ويكدي الغني في دهره وهو عالم ،

ولو كانت الارزاق تجري علي الحجا هلكن اذا من جهلهن البهايم ،

"Vnus homo, ſtultus quamvis, acquirit opium abunde. Alter, eruditus, tota ſua vita ſudat et alget in aerumnis.
Nam ſi fortunae reſponderent ſapientiae, deberent ſtupidae beſtiae prorſus perire."

Sufficiant haec pauca de multis.

(167) *Pag.* 179. وشاح *Veſchah* eſt baltheus, qui per transverſum dorſum et pectus, ſupra ſcapulas et infra adverſum latus hominem ambit. Qui duo tales gerebat, procul dubio ſic gerebat diſpoſitos, ut in pectore et humeris ſeſe decuſſarent. Eſt autem baltheus indicium honoris. "Siempre en la Perſia fueron las cinturas ſennal de honra y dignidad, y aun oy le ſon. y ſegun la materia y obra dellos ſe conoſce qual es de mas o menos preeminencia — porque mas noble es la de oro, menos de plata, mas la guarnecida con ciertas piedras, y menos la de menos hechura, de ſuerte que ſegun cada qual tiene el lugar en el palacio, anſi trahe la cintura." Ita Teixeira Hiſt. Perſic. pag. 25 — 28. Quid ſit *Tag*, conſtat ex della Valle, Sanſono et aliis.

(168) *Pag.* 179. *Magi* dicuntur omnes idololatrae, et a vera fide alieni; unde quoque a fide deſciſcere *magum fieri* dictum eſt: praecipue tamen ignocolae Perſae ſic dicuntur; quae ſola notio forte obverſata fuit

Teixeirae, p. 239 narranti, Magos in Perſia terribili caede deletos fuiſſe; unde factum ut auctoris ſui Chodemiri locum non recte acceperit, ut mihi quidem videtur, quum tamen is non de Magis Perſiae, ſed de Normannis id idem narrat quod Noſter. Verba ſunt: "En eſta conjuncion los Parcios o Perſianos Moros ſe unieron contra los gentiles de ſu miſma nacion, llamados por nombre mas comun Mayuſy que ſon los que reverencian el fuego — y hizieron en ellos una terrible matança." Verum de Normannis intelligendum eſſe Noſtrum, res ipſa clamat et teſtatur d'Herbel. p. 135. a. lin. 14.

(169) *Pag.* 183. Furnum intelligit noſter, qualem orientales تنور appellant, cuius ſtructuram qui ſcire cupit, adeat Olearii et Vallei Itinera, huius pag. 77. illius L. II. cp. 17.

(170) *Pag.* 185. Cauſſam huius calamitatis et alia huc pertinentia habet Elmacinus pag. 148. Verſus Arabici, qui ibi adducuntur, non valde corrupte ſunt editi, neque difficiles intellectu: quare mirum Latine converſos ab Erpenio non fuiſſe. In primo tantum verſu هي السيل يجري leg. et in tertio paullo rectius ثوان quam ثان Sonant autem Latine ſic:

"Illae [viciſſitudines rerum, de quibus antea dixerat] ſunt torrens de die in diem decurrens; ſunt ut phaſma inſomniorum.

O mei duo amici, ne miremini [tam abnormen et ſubitam rerum mearum mutationem]. Conſtat mundus viciſſitudinibus, quae ab uno ad alium rotantur.

Fata, etiamſi aliquando laeta tibi alluceant, attamen circa te [velut aves carnivorae circa cadaver] circumvolitant, ohe quanta cum aviditate."

Verſus Arabicus eiusdem viri ab Herbeloto p. 921. b. citatus ſuis litteris ita ſcribitur:

يقول لي الخلان لو زرت قبرها ، فقلت فهل غير الفواد لها قبر ،

(171) *Pag.* 185. Huius tormenti inventionem tribuit Herbelotus pag. 642. a. et 921. b. Motavakkelo, cuius et alia crudelitatis documenta proſtant. Vtrumque poteſt verum eſſe. Miniſter iuſſus ab hero novum excogitavit ſupplicium, quod approbavit herus. Monendum adhuc, numerum 203 apud Herbelotum pag. 921 male habere, e noſtro emendandum. Conf. pag. 911. b.

(172)

(172) *Pag.* 187. صاحب الجرح والتعديل Recurrit aliquoties haec phraſis (ut ad ann. 327 et alibi) et poſſet videri nomen libri eſſe. Ego vero puto convertendam ſic eſſe ut feci, et ſtudium *vetationis et permiſſionis* (id enim formula ad verbum notat) eſſe ſtudium e traditionibus eruendi, quaenam actiones a propheta pro vetitis et illicitis, quaenam contra pro licitis et iuſtis declaratae fuerint. Quod in eam opinionem me induxit, locus eſt Raudi, ubi ait: "Libri ſex maximae conſiderationis, quas qui tenet, ita, ut non tantum norit depoſitas in iis traditiones propheticas, ſed etiam earum Aſanid, catenas traditorum, et horum ipſorum fata rationesque ceteras (quantae quisque illorum ſit fidei et auctoritatis) apud traditionarios عند اهل الحديث اصحاب الجرح والتعديل eos, qui al-Harg va 't Tadil tractant; ea, inquam, qui tenet, ille Hafet eſt et reputatur."

(173) *Pag.* 187. Huius Ibn-el-Medini fidem et auctoritatem apud doctos valde celebrat Sebekaeus in vitis theologorum ſectae Schafeiticae: احد ايمة الحديث ومن انعقد الاجماع على جلالته وامامته ait: deinceps addit, et hunc unum eorum fuiſſe, qui خشية السيف *metu gladii* pronunciaverint Coranum creatum eſſe. Hinc factum in eum fuiſſe carmen, cuius ſequentia ſunt particula:

يابن المديني الذي شرعت له الدنيا فجاد بدينه لينالها ،
ما ذا دعاك الى اعتقاد مقالة قد كان عندك كافرا من قالها ،
ان الحريب لمن يصاب بدينه لا من يرزي ناقة او فصالها ،

"O fili Medinenſis, qui, quum protenderetur ipſi mundus [bona huius vitae] prodidit religionem ſuam, illius acquirendi gratia.

Quid impulit te, ut fidem addiceres tuam opinioni, quam qui foveret, tu ipſe olim pro infidele reputabas?

Bonis exutus et pauper revera eſt ille, qui damnum patitur in ſua religione, non ille, cui camelus eiusve pullus adimitur."

(174) *Pag.* 189. *Ibrahim Saulita* الصولي vel *Sauli,* ut habet d'Herbelot p. 758. b. et infra ad a. 243 et 335. Sed Raud el-Achiar, hunc hominem, quem coram habemus, الموصلي *Muſuli,* Mauſelenſem appellat (rectius procul dubio) facitque filium eius Ibrahimi muſici, de quo diximus

 ad

ad ann. 213. Verba eius haec ſunt. "Abu-Muhammed Iſhac, filius Ibrahimi, filii Mahani [in alio codice erat Hamani], filii Bahamani, Tamimita [Arabs] بالولاء per adoptionem, [nam ipſe Perſici generis erat,] vulgo notus ſub nomine *Ibn-Nadim el-Muſuli,* filii commenſalis [aut ſympotae, congerronis] Muſulenſis. Origine tenus erat Perſa. Sed quia pater eius Mauſelae habitaverat, propterea gentile inde accepit. Peritus erat philologiae et poëſeos Arabicae (hoc eſt norat ſignificationes gloſſarum, ſeu vocum rariorum; norat quoque et memoria tenebat carmina carminumque fragmenta elegantiora) tenebat quoque hiſtoriam poëtarum, et celebrium praeliorum, facetus et ſpirituoſus in confabulatione; verſatus in Traditionibus, in Fikha, et in Kalam [theologia metaphyſica] — Litteras elegantiores acceperat ab Aſmaaeo, et Abu-Obaida. Sed excellebat in muſica, indeque titulum et famam habebat. Aiebat Mamun aliquando: Niſi tam celebratus etiam apud vulgum ab arte ſua muſica eſſet, ſe ſane ipſi dignitatem Cadii commiſſurum eſſe. [Sed muſicus tali muneri aptus apud Muhammedanos non habetur, qui muſicam pro vetita et infame reputant.] Multis ante obitum annis coecus evaſit. Natus anno 150, obiit menſe nono anni 235 ex fluxu hepatico." Hactenus Raud. Tam eleganter doctum eum fuiſſe ait *Rihan,* et principum otio fallendo aptum, ut poſt eius deceſſum non fuerit inventus dignus ſucceſſor. Apud eundem narrat aliquis, quanto in honore Chalifis, et Mamuno praecipue fuerit. Quoties, ait, terminus ſolvendorum ſtipendiorum aderat, et congregati in atrio aulici ad accipienda penſa ſua intro vocarentur, primus intrabat Iſhac. Et in ipſa diſtributione primus idem accipiebat inter Covad [ſeu duces], et primus idem inter muſicos, et primus idem بالرماة في الهدف inter ſagittarios praefixum ſcopum ferientes. Hoc enim ordine intro vocabantur et accipiebant numos aulici. Saepe vidi, ait alius, Iſhacum cum Ahmede, filio Abu-Davudi [ſupremo Cadio] ad Vatecum intrare, ambos pari paſſu, eodem cultu et habitu, ambos pariter longam veſtem trahentes. رايت اسحق داخلا علي الواثق مع احمد بن ابي داود يماشيه في زيه وسواده وطويلته مثل طويلته ،

(175) *Pag.* 189. Memorabilia ſunt Teixeirae verba p. 239. "a quienes [nempe Hoſeini poſteros] impedia el romerage a ſu ſepultura que eſta en Mexatocem, en los deſiertos de Kalbetah, en la qual yo eſtuue en el anno de la ſalud humana 1604 y para poder ſe lo eſtorbar con mas facilidad, mandò romper el Eufrates por algunas partes para que anegados los campos con el agua quedaſſe el paſſage impedido. y pudo lo hazer ſin mucho trabajo por la grande llamura de aquel deſierto" cet. Miraculum quod ea occaſione dicitur contigiſſe, narrat d'Herbel. p. 640. b.

(176) *Pag.* 191. *Sit caput viri in vulva matris ſuae.* Turpis haec formula alicui male imprecandi et convitiandi ſollemnis eſt Arabibus. Conf. Elmacinus p. 151. ubi hoc ipſum dicterium habet, et p 107, ubi pariter eſt ودس موسي في حر الخيزران "et abſcondat deus Muſam in vulva [matris ſuae] Chaizaranae." Procul dubio huc etiam reſpicit aenigmaticum illud Arabſchiadae, ubi ait Schah Manſur p. 53. lin. 14. poſita ſuper caeſto manu هذا الالف في الكاف السادسة من ام من يفر من تيمور "Hoc Elif [intelligens caeſtum ſuum rectum ut Elif] ſit in Kef ſexto [vulva] matris eius qui fugerit a Timuro." hoc eſt: ſi fugero a Timuro, volo ut hic caeſtus naturam meae matris perterebret. Quare autem ea pars Kef ſextum appelletur, indagent alii, ſi operae pretium putent. Praeter foeditatem convitii, quae per ſe patet, diritatem quoque ſentiet, qui norit, ab orientalibus paene pro iniuria reputari, ſi quis ipſi dicat *mater tua, uxor tua, filia tua,* ſed alia nomina et quaſi metaphoras eam in rem uſurpari. Feminae quoque orientalium principum ut vultum ſuum nemini commodant, et capitale eſt eas vidiſſe: ita neque patiuntur ſui memoriam in virorum coetu fieri; nedum inter inhoneſtos, et tam inhoneſtis verbis. Debebat ergo filius et ſui et matris cauſſa hanc iniuriam omnium acerbiſſimam ulciſci.

(177) *Pag.* 191. Locum hunc ita, ut mox recitabo, vertit Dobelius Citero apud Caruſium Bibl. Sicul. pag. 18. partem eorum quae iam ſupra ſub anno 227 fuerunt exhibita, huc trahens et intexens. Verba eius ſunt: "Anno Egirae 237 Mahomettus filius Abdalla, Amiras Siciliae mortuus eſt poſt annum ſui regni nonum, menſe Reginab (menſ. Ianuar.) eique ſucceſſit Alabba Benalabbet, Benalfalda, ben Iacob, ben Fazard, qui ſubiecit multa loca

 Sici-

Siciliae, obtinuitque inſignem victoriam, item civitatem Ennae munitam vicit, quae erat ſedes praefecti Romanorum in Sicilia, qui primum reſidebat Syracuſis, ſed poſtquam Moſlemi maiorem Inſulae partem occuparunt, tranſtulit ſedem in Ennam, ob ſuam fortitudinem, et ita praedictus Amiras hanc occupavit violenter die Iovis decima quinta menſis Sciauval anni praeſentis; in qua ſtatim aedificavit Maſgiad, id eſt oratorium, ibique direxit Pergamum, et coram populo orationem habuit, poſtea orationem fecit die Veneris ſimul cum omnibus civibus."

(178) *Pag.* 191. Diſcrepat haec chronologia a traditione noſtratium qui Ennam a Saracenis A. C. 831, aut 836 ſubactam perhibent. Vid. Caruſii Epitom. rer. Sicular. pag. 90. De caſtello Ennae vid. modo exhibita verſio Dobelii, et Aſſemani ad Arabicum Chronicon Siciliae, in quo ad A. Chr. e computo Siculorum 859, Mundi 6367 refertur, captam fuiſſe Caſrianam في سنة سبع وستون اخذت قصريانة Iuvat hoc occaſione proximum eiusdem Chronici locum a doctiſſimo viro non recte perceptum emendare في سنة ستون وثلثماية نزل الغندنية quem ita vertit vir celeberrimus: *Anno 6368 deſcenderunt Fendanitae,* vel *Effenditae,* quorum neutrum fateor me noſſe. Quid ſi ergo الغندقية *Veneti.* Ita et الغنادق ſolent Venetos appellare. Ceterum non dubito Caſrianam idem eſſe atque caſtrum Ioannis ut appellat Ganfredus monachus de rebus geſtis Normannorum II. 32. et alibi. In hiſtoria Sicula Anonymi et Sabae Malaſpinae ſic deſcribitur. "Eſt autem civitas caſtri Ioannis in medio Siciliae poſita cunctis aliis Siciliae locis eminentior — lapidibus etiam undiquaque deciſis et rupibus anguſtiſſimis et viis declivibus ex tribus tantum partibus acceſſibilis, aquae abundantiam in ipſa etiam ſummitate habens" et p. 728. invictiſſima appellatur, et prae ceteris Siciliae civitatibus tam ſitu, quam populo inexpugnabilis.

(179) *Pag.* 191. De Hatemo Aſammo vid. d'Herbelot pag. 834. b. Hiſtoriam deſumſit ex Raud el-Achiar. Sed verba quae ibi citat Arabica, وله في التوكل شان عجيب non recte percepit. Pertinent ad ipſum Hatemum, et dicunt, ipſum attigiſſe gradum admirabilem et aliis non facile aſſectabilem in ea virtute, qua homo ſe totum cum plena ſui abnegatione et confidentia deo, divinaeque moderationi permittit. Idem Herbelotus p. 22 a. cum

eum male appellat *Abu-Hatem,* et recte pariter non percepit neque reddidit ridiculam illam de femina hiſtoriolam, quam Noſter narratum it. Repetit eadem p. 990. b. ubi iterum male *Khatem al Samm* eum appellat.

(180) *Pag.* 195. Multa de hoc Imam Ahmed habet Sebekaeus a p. 132 ad p. 147 codicis Leidani. Sed pauca mihi licuit ex illo libro excerpere, in quo curioſa multa terſo et florido ſtilo proponuntur. De morbo eius et ſupremis, quae habet adſcribam: مرض تسعة ايام وكان ربما اذن للناس فيدخلون عليه افواجا يسلمون عليه فيردّ عليهم ، وتسامع الناس فتكاثروا ، وسمع السلطان بكثرة الناس فوكّل ببابه وبباب الزقاق الرابطة واصحاب الاخبار ، ثم غلق باب الزقاق ، فكان الناس في الشوارع والمساجد حتي تعطّل بعض الباعة وحيل بينهم وبين الشراء "Aegrotabat per novem dies, et quum decumbens interdum admitteret inviſentes a quibus benedictionem acciperet, et quibus viciſſim redderet, audientes id homines unus ab altero, confluebant ad eum ingente numero. Audiens autem Sultanus confluxum hominum ad Hanbalidae fores, mittebat illuc manipulum cuſtodum, qui fores domus et portas angiportus ad eam ducentis occuparent, diligenterque omnia obſervarent et ad ſe referrent. Tandem plane claudi iubebat portas laurae. Nihilominus concurrebant homines in plateas ampliores et in templa [pro aegroti ſalute deum precibus fatigantes], ita ut aliquibus mercatoribus exercenda mercatura prorſus feriandum eſſet, frigente foro, et negotiatione impedita." Dein addit de ipſius morbo medicam obſervationem. ادخلت الطشت تحته ورايت بوله دما عبيطا ليس فيه بول ، فقلت للطبيب ، فقال هذا رجل قد فتت الحزن والغم جوفه "Submittebatur ipſi urinal, et videbam ego in eo purum liquidum recentem cruorem, absque mixtura urinae. [Ita narrat aliquis a Sabekaeo laudatus.] Id indicabam medico non ſine admiratione, et cauſſam ſciſcitans. Qui mihi, Huic viro, aiebat, rupit et laceravit ventrem moeror et anxia ſollicitudo."

(181) *Pag.* 195. Tale matrimonium, quod *Motaam* appellant, licitum ſit, an illicitum, olim fuit acriter diſputatum, et nunc pro conceſſo,

nunc

nunc pro vetito habitum pro imperantium arbitrio et anguſtiore aut ampliore conſcientia. Invitante argumento non poſſum non adſcribere facetum locum, quem ſupra ad an. 179 in notitia Saiiedi Homeirici, ſtudio brevitatis omittebam. Deſumtus eſt ex Rihano. "Aliquando, ait, occurrebat Saiied Homairicus filiae Fogati, filii Amrui, filii Cotrii, filii Fogati, Tamimitae. [Eſt hic Cotricus celeber ille dux Azrakitarum, cuius crebra mentio in rebus Hegagi et Mohallebi.] Huic feminae recitabat nonnulla ſuorum carminum; quae ipſi placebant; uti viciſſim feminae ſermones animum poëtae tentabant et permulcebant. Protinus itaque procabatur eam. Nonne te pudet, aiebat femina, media in via publica, et primo ſtatim conventu noſtro me procaris? Erit matrimonium noſtrum, reſpondebat poëta, ad modum Omm-Charega. يكون كنكاح ام خارجة [Eſt Omm-Charega femina, cuius promtitudo in nubendo et in dimittendo maritos, et multitudo maritorum in proverbium apud Arabes abiit.] Videbimus hac de re, regerebat femina; tu autem interea dic mihi quis ſis? Reſpondebat poëta:

ان تسالني تقومي تسال رجلا بذروة العز من اجيال ذي يمن ،
ثم الولاء الذي ارجو النجاة به يوم القيامة للهادي ابي الحسن *

Si me interrogas, interrogas virum, qui reſidet in culmine gloriae nobilium virorum Arabiae felicis. [vel ſi legas ذي يزن *de gente Du-Iazan,* regis quondam Arabiae felicis.]

Quantum ad ſectam, per quam ſpero die reſurrectionis ſalvari, addictus ſum Hadio [verae viae monſtratori, Alio] patri Haſani.

Ad haec: Iam novi te, aiebat femina. Poſſitne quid magis mirabile eſſe? ولا شي اعجب من هذا ، يمان وتميمية ورافضي واباضية كيف تجتمعان Iamanicus [a Ioctano et ex Arabia felice oriundus] et Tamimitica [ab Iſmaële et ex Chaldaea oriunda]; Rafedicus [ſectae Alii addictus] et Abaditica [ſectae Otmani addicta], quomodo quaeſo conveniant? O, nihil ad rem hoc facit, aiebat poëta. Monſtrabis mihi ſpiritum excitatum et boni conſilii plenum; et cor bonum atque facile tractabile. Ceterum neque patres noſtros, neque ſectas unquam memorabimus قال يحسن رايك وتسخو نفسك ولا يذكر احدنا سلفا ولا مذهبا Sed, regerebat femi-

femina, facilius hoc imaginatu, quam effectu, eſt. Annon noſti, quando duo publice matrimonium contraxerunt, ſimul velum tolli et occulta rerum in conſpectum prodire. افليس التزويج انا اعلن انكشف المستور وظهرت خفيات الامور [hoc eſt apud coniuges ſimulationem locum non habere.] Quando ergo hoc non procedit, continuabat poëta, en proponam tibi aliud quid. Et quidnam hoc eſt? interrogabat femina. Motaam clandeſtinam [vel matrimonium conſcientiae], aiebat, quam nemo reſciet. قالت تلك اخت الزناء Tale matrimonium, replicabat femina, eſt ſoror ſcortationis. قال اعيذك بالله ان تكفري بالقران بعد الايمان Deus te praeſervet, aiebat poëta, ne Cafera fias, et Coranum eiures cui ſemel fidem addixiſti. Et qui hoc? interrogabat femina. Deus excelſus ait in Corano, aiebat poëta, فما استمتعتم به منهن فاتوهن اجورهن فريضة لا جناح عليكم فيما تراضيتم به من بعد الفريضة "Quod de illis feminis uſus fructus perceperitis, pro eo date ipſis mercedes deſtinatas: neque crimini erit vobis in aliquid mutuo conſentire praeter illas dotes definitas." [Sura IV. verſ. 29. quia in hoc textu verbum متع occurrit, a quo venit vox متعة *Motaa*, proprie *uſus fructus perceptionem* notans: hinc volebat probare matrimonium tale licere.] فقالت استخير الله واقلدك Bene, aiebat femina. Praeferam voluntatem et mandatum dei, et tibi faciam mei copiam. Et ſane abibat cum ipſo, et faciebant nuptias eadem illa nocte." Hactenus Rihan. Refert Meidanius, [Orvam] filium Zobairi aliquando interrogatum quid de Motaa cenſeret; qui pro reſponſo illud proverbium recitarit: الذيب يكني ابا جعدة "lupo praenomen eſt Abu-Gaëda" ſeu pater ovis. Volebat dicere: quemadmodum lupo peſſimae beſtiae ſpecioſum ſed mendax nomen impoſuerunt; ita quoque huic generi matrimonii, deteſtabili in ſe, nomen ſpecioſum ſed mendax impoſuerunt. Conf. d'Herbelot pag. 473. b. Faceta quoque hoc de genere matrimonii narrat della Valle IV. 31. pag. 171. ubi ait matrimonium hoc Perſis in uſu eſſe, et pro licito habere, ut Schiitis: at Turcas, ut Sunnitas, pro illicito habere, et averſari. Appellari autem a Perſis *genieting van een Gemaal voor een Tydt.*

(182) *Pag.* 201. *Mohaſebicus.* Hoc eſt *calculatorius,* quia nempe rationem rigidam ſecum ipſe ſolebat inire. Ita perhibet Sebekaeus: "Haret f. Aſadi, Mohaſebita, ait, Abu-Abdalla علم العارفين في زمانه واستاذ السايرين الجامع بين علمي الباطن والظاهر vexillum των Arefin [moraliſtarum, deum et ſeſe agnoſcentium] et magiſter των Saierin [euntium, ſcil. in via ſalutis], qui ſimul coniunxit et externi [civilis] et interni [ſpiritualis] ſcientiam; magiſter Gonaidi [auctoris ordinis Sofiorum]. سمي المحاسبي لكثرة محاسبته لنفسه Appellatus fuit Mohaſebicus, quia frequentiſſime ſolebat Mohaſaba [computum] cum anima ſua inſtituere. Permulta ſcripſit de Zahediſmo [ſeu vita a mundanis negotiis retracta], de fundamentis الديانة probitatis, alia, quibus Motazalios, item Rafedios refutavit." Librum eius كتاب الرعاية في التصوف "traité de la vie religieuſe, ou des Sofis" memorat Herbelotus p. 969. a. Sed ibi vitioſe cum aliis ſcribit المحاسني *Mohaſeni,* pro *Mohaſebi.*

(183) *Pag.* 201. Ex multitudine funus comitantium colligitur apud Muhammedanos defuncti celebritas et exiſtimatio. Virum, qui in odore ſanctitatis deceſſit, proſequi, officium pietatis reputant et opus meritorium. Intelligitur ex hiſtoriola, ſi vera ſit, mira et memorabile, quae exſtat apud Rihan al-Albab. Narrat auctor, aliquam vetulam acceſſiſſe ad patrem cuiusdam puellae, de gente Alii per utrosque parentes oriundae; et puellam ſpecioſo praetextu matri extortam in lupanar duxiſſe. Mitto cetera. Sed quae huc faciunt, ea ſunt. Puella ipſa narrat: جاءتنا عجوز — فقالت لامي قد مات رجل صالح، وانت فلا تمكنك حضور جنازة، فوجهي ابنتك لتنتفعي بعايد اجره، فجاءت بي العجوز وادخلتني الي هاهنا "veniebat ad nos vetula — et dicebat matri meae: Mortuus eſt vir ſanctus. Quum vero tu funeri adeſſe nequeas, mitte filiam tuam, quo conſequaris mercedem [a deo] inde redundantem. Sic ergo abducebat me anus, et huc deducebat."

(184) *Pag.* 205. Vid. Herbelot. pag. 950. b. voce *Dhou al Noun,* ubi quaedam habet ex Raud-el-Achiar: ſed forte uſus codice non integro confudit duas hiſtorias. Nam poſt verba *et ſon corps ſe fortifia,* et loco vocis

auſſi

auſſitôt ſcribere debuerat. "Alors il diſoit a ſoi même: Voilà ce qui me faut pour vivre. Je ne chercherai d'avantage. Et de ce moment il abandonna le monde, et ſe fit religieux. Quelque tems aprés il fut pris" cet. Conf. idem Herb. p. 46. b. voce *Akhmimi,* ubi eum ait magum ſeu incantatorem fuiſſe.

(185) *Pag.* 205. Erat in codice الماحورة quod addito, ſed diverſis in locis, uno puncto, diverſe effertur الماخورة *Machura,* et الماحوزة *Mahuza.* Priore modo exſtat apud Elmacinum p. 14. lin. 11. et p. 151. lin. 27. et ita quoque Herbelotus p. 642. a. "dans la ville de Makhouriah." At idem tamen poſteriore modo exhibet p. 118. a. "Il y a une ville en Perſe nommée Mahouza, la quelle Nouſchirvan fit rebatir, et lui donna le nom d'Antiochie la Greque." Poſterior lectio *Mahuza* vera eſt, altera vitioſa. Vid. Aſſemani Bibl. Orient. T. II. p. 410. a. et T. III. p. 406. a. et alibi.

(186) *Pag.* 205. *Dabal.* Verum eius nomen erat Abu-Gafar Muhammed. Notat autem الدعبل البعير المسن وقيل الناقة التي معها اولادها "vox Dabal camelum annoſum, aut ſecundum alios camelum, quam pulli comitantur," ut ait Nuvairius, qui inter alia eius carminum ſpecimina haec profert. Primum:

هي النفس ما حسّنته فمحسن وما قبّحته فمقبح ،

"Ita comparatus eſt animus hominis, ut quidquid ipſi laudetur, approbet; quidquid exoſum pingatur, odiat."

Hoc eſt: regimur opinionibus et voluptatibus, non conſilio. Alterum hoc:

تلك المساعي اذا اخزت رجلا احبّ للناس عيبا كالذي عابهْ ،

كذلك من كان هدم المجد عادته فانه لبنّاء المجد عيّابهْ ،

"Si quod alicui vitium dedecori eſt; ſtudet eius contagium aliis quoque affricare, et efficere, ut idem ſecum carpant in aliis.

"Ita cuius mos aliorum ruinae famam ſuam ſuperſtruere, ſolet ille nunquam non eos laceſſere, quorum opus eſt alienae famae monumenta laudibus ſuis condere."

Tantum ex ethico genere. De ſatirico placet hoc adſcribere, quo triparcum hominem pingit:

سيان كسر رجيفه وكسر عظم من عظامه ،
وتراه من خوف نزيله يروع في منامه ،

"Perinde ipſi dolet, particulam de ipſius oſſa an de ipſius crure defringas.
"Ita pavet adventum hoſpitis, ut ille metus vel ſomno eum excutiat."

Nomen Dabal paſſim vitioſe ſcriptum reperitur. Sic دعبل *Daïl* male legitur apud Elmacinum p. 134. qui verſum eius ibi laudat, quem Noſter ad annum 626 proferet. Apud Herbelotum *Daghil* دغيل habetur p. 281. b. unde factum, ut eundem cum *Daaboulo*, quem paulo ante memoraverat, hominem in duos diviſerit. Conf. p. 481. Abulfeda in Geographia ait eum Semenganae, urbi provinciae Tochareſtanae, praefectum fuiſſe.

(187) *Pag.* 205. Notabile eſt quod habet Ibn-Nabata in commentario ad Ibn-Zaidunum, in hiſtoria celebris illius gladii Samſama, de quo vid. Herbel. pag. 433. a. et 754. a. Ait nempe, Iagezum, (ita ſcribit nomen يباغر quod a Noſtro et aliis باغر *Bager* effertur) Turcam, trucidaſſe illo gladio Motavakkelum; et ab eo tempore nullam notitiam reperiri quo devenerit iſte gladius.

(188) *Pag.* 205. *Fatah, fil. Chacani.* Non confundendus cum illo Fateho fil. Chacani, cuius ad ann. 535 fiet mentio. De hoc vid. d'Herbelot p. 641. b. 642. a. Raud-el-Achiar ſic enarrat ipſius fata: "Fatah ben Chacan erat Vezirus apud Motavakkelum, qui eum ita amabat, ut cum Fatah aliquando morbo tentaretur, Motavakkel primum rerum omnium curam ſuasque delicias omitteret, et dein ipſe quoque aegrotaret prae triſtitia, iuberetque ſe ad Fatahum deferri. Quo delatus plorans dicebat:

ايكون لي صبر وانت عليل ، ودمعي على جزعي عليك دليل ،

Egone deſiderium tui aegrotantis patienter feram? adſpice lacrimas meas, teſtes, quam de te ſollicitus et anxius ſim.

Quum tandem ambo diligentia Bachtiſchuae medici rediiſſent ad ſanitatem, dabat ipſi (medico) pro praeſtita opera in amico ſibi conſervando poſſeſſiones, quae ipſi quotannis quatuordecim millia drachmarum valebant. Vulgo dicitur: Eum amoris, cultus et beneficentiae gradum, quem conſecutus fuit Gafar [Barmakida] penes Raſchidum, et Fatah penes Motavakkelum, non facile conſe-

conſequatur Vezirus ullus alius. Peremtus fuit una cum domino medio menſe decimo anni 247. Nam dum percuſſores Motavakkelum adoriebantur, irruebat ſuper ipſum ſuoque corpore volebat ipſum protegere, dicens, Nolo vivere, o princeps fidelium, poſt fata tua."

(189) *Pag.* 207. De *Abu-Otmano Becro* vid. d'Herbelot p. 568. b. Sed ille non recte percepit auctorem ſuum, Raud-el-Achiar, in iſtis: "Il eſt auteur du livre intitulé Al-Medheb, c'eſt à dire de la ſecte, ou il traite de la religion Muſulmane." Ipſe ſe refutat pag. 570. b. voce *Medheb*, ubi ait titulum eſſe "d'une Grammaire Arabique compoſée par Al-Mazeni." Sed neque hoc recte. In Arabico eſt: امام في النحو مشهور صاحب مذهب "Princeps in grammaticae peritia celeber auctor peculiaris ſectae" grammaticae nimirum. Memorat eundem p. 976. a. ubi ait eum auctorem eſſe proſodiae arabicae, Kitab al-Cavafi.

(190) *Pag.* 209. Ex hoc uno duos facit Teixeira pag. 241, unum Abu-l-Abbas Hamed, Chalifam 31, alterum Moſtatthimum, Chalifam 32. Alium quoque infercit, et vehementer turbat auctor, cuius epitome admodum brevis exhibetur in Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. pag. 330. b. ubi haec leguntur: "Anno 244 Muntaſir, Billah filius, immiſſis quibusdam Turcis, patrem interemit. Cap. XIII. Muntaſir Billah imperium occupat, qui Turcarum inſidiis periit. Succeſſit Abdul Nehab [l. Vehab] eius filius, quem ſex poſt menſibus, alii veneno extinctum, alii morbo periiſſe tradiderunt. Chaliſatum occupat Muſtayn Billah." Apparet auctorem iſtum, an interpretem, Montaſerum in duas quaſi partes medium ſecuiſſe.

(191) *Pag.* 209. Male itaque Teixeira p. 240. "Reynando Almoto Wakel Calefah murió Taher ben Abdula, y dioſe el govierno de Koraſan a ſu hijo Mahamed ben Taher." Etiam hoc male, quod p. 240 hunc ipſum Taherum a Ioſepho Soffaro peremtum dicit. Diſcrepat ab ambobus Hamza, qui Taherum ait anno 248, die 23 ſeptimi menſis ſub Montaſaro deceſſiſſe.

(192) *Pag.* 209. Memorat hunc locum, *Marg-al-aſcaf,* Geographus Nubienſis p. 290. lin. 14. ubi viam a Tarſo ad Abydum deſcribit, collocatque in بلقسة et فلوغري quae nomina quomodo recte ſcribantur et efferantur, et ubi ſita ſint, neſcio.

(193) *Pag.* 209. Nullius alterius victoriae Graecis in Saracenos partae regnante Michaële Ebrioſo reperio memoriam, quam illam, qua Petronas domeſticus Amerem Melitenes regulum vicit et ſuſtulit. vid. Script. poſt Theophan. p. 82 ſqq. Sed illam expeditionem Symeo Logothetes p. 330 ad ann. Michaëlis quintum, h. e. Chr. 846 refert. Procul dubio, quem Noſter Omarum appellat, is eſt Continuatori Conſtantiniano et Symeoni dictus *Αμερ ὁν οὑτω πως συμφθειροντες τα ϛοιχεια οἱ πολλοι Αμβρον λεγουσι.* ut ib. p. 76 legitur, ubi clades ab eo Chriſtianae rei illatae maximae exponuntur, et alii duces Saraceni Graecis graves nominantur. Inde quoque conſtat, locum, quem Noſter Marg-el-Aſcaf appellat, eundem cum Lalacone, quod nomen Graeci edunt, eſſe.

(194) *Pag.* 211. De *A'i fil. Gami* vid. ad ann. 236. Specimina poëſeos huius viri haec, inter alia, exhibet Nuvairius:

لكل حال معقب ولربما اجلي لكَ المكروه عما تحمد ،

"Quocunque in ſtatu rerum ſit homo, trahit ille ſtatus ſecum ſuas vices. Facile igitur fieri poteſt, ut adverſus caſus, qui te nunc urget, in fine tibi monſtret, quod cupis et laudabis."

Item hoc:

عاقبة الصبر الجميل جميلة وافضل اخلاق الرجال التفضل ،

ولا عار ان زالت عن المرء نعمة ولكن عارا ان يزول التجمل ⁕

"Praemium et conſequentia pulchrae patientiae eſt pulchrum et bonum; et praeſtantiſſima dos hominis eſt, atque virtus, liberalem et erectiorem indolem monſtrare.

"Turpe non eſt, alicui ſplendidam fortunam deceſſiſſe [aut abeſſe] at turpe eſt, deceſſiſſe honeſtam et pulcram moeſtitiae moderationem."

(195) *Pag.* 211. Conf. Teixeira pag. 241. Hamza tradit, menſe nono anni 225 Soleimanum fil. Abdallae, fil. Taheri ab iſto Alida Tabareſtana exactum fuiſſe. Sed error ſcribae eſt in numero, ut patet ex loci nexu, quem ut notabilem adſcribam. "Muhammed filius Taheri perdebat de patrio et avito imperio Segeſtanam, tum Tabareſtanam, denique Raiam. Et primam quidem rapiebat Iacob filius Laiti, filii Hamedi, Soffar — In Tabareſtana

reſtana rebellabat Haſan filius Zaidi, Alida, menſe nono anni 255, indeque exigebat Soleimanum filium Abdallae, filii Taheri [Muhammedis patruum et legatum]. In Raia tandem rebellabat Muhammed, filius Gafari Hoſainita, menſe ultimo anni 255, efficiebatque, ut Taheridae ibi legatus, Muhammed, filius Alii, filii Taheri, filii Hoſeini, auffugeret. Statim poſt hunc rebellabat in Cazvini Caucabicus Haſanicus [tertius Alida] menſe tertio anni 261, agebatque pariter Abdallam filium Vahabi, Tahericum, qui tum ibi praefectus erat, in fugam. Anno 254 evertebat Muſa filius Bogae Muhammedem Taheridam Raia; ut hic nihil retineret niſi praeturas Choraſanicas et dignitatem Schartae [ſeu praefecti urbis] Bagdadi, quam tenuit deinceps per undecim annos duo menſes et decem dies, donec Iacob Soffar Niſaburam veniret." Alium memorabilem adſcribam locum ex Renaudoti Hiſt. Patr. Alex. p. 312. non tam doctrinae cauſſa, quam ut monſtrem hiſtoriam Muhammedanam agrum non fuiſſe quem vir cetera doctiſſimus excoluerit. Miram audies temporum, hominum et rerum confuſionem. "Rebellatum fuit adverſum Chalifam anno 252 multis locis, praeſertim in Arabia occupata Mecca [vid. ad ann. 317] a quodam Principe [Abu-Tahero Carmatita], Muhammedanorumque ſacrario profanato, adeo, ut equi in templo ſtabularentur, interruptamque fuiſſe Muhammedanorum peregrinationem. Haec autem de alio intelligi non poſſunt, quam de Haceno, Halis pronepote, qui ab anno H. 251 (I. C. 865) in Deilema rebellavit, et coniunctis cum alio Haliada copiis, poſtquam Cazuina potitus eſſet, Raiam et Tabareſtanam totam occupavit; mox in Arabiam duxit, Meccamque et Medinam obſedit, urbesque illas commeatu interclufo ad extremam famem adegit; tum peregrinos adortus, quorum magna pars ſiti et fame perierat [vid. ad ann. 311] magnum eorum numerum occidit: ipſe quoque cum ſuis, peſtilentia, quae famem conſecuta eſt, periit anno Heg. 252, I. C. 866. Hacenum vocat Elmacinus, Huceinum Ebn-Verdi, qui ad Iſmaëlem quendam filium Iuſeph ex eadem Halis familia refert cladem Arabiae illatam Muhammedanamque peregrinationem tanto cruore violatam, quod Haceno adſcribit Elmacinus. Tanta eſt auctorum inter ſe diſcrepantia." Haec ille. Diſrepantia, quam queritur, nulla eſt. Sed miſcuit bonus vir ſeque intricavit, ex imperitia genealogiarum.

(196)

(196) *Pag.* 217. At quare non per pontem tranſibat? Scilicet pons ille quavis nocte in medio abrumpebatur, ut qui viginti octo lintribus et intermediis tignis quadripedalibus groſſisque catenis ferreis iunctus erat; appoſitique cuſtodes obſervabant ne quis navigio fluvium traiiceret; quo ceſſaret omnis inter utramque urbem et ripam communicatio, metu hoſtium; et, ſi quis traiectum tentaret, pro turbatore pacis habebatur, eaque de re debebant cuſtodes pontis, qui eum quavis veſpera medium reſcindebant, ad principem referre. Melius haec intelliguntur ex luculenta huius pontis deſcriptione quam dedit P. Teixeira Itiner. c. 6. p. 115. et della Valle II. 10. p. 41.

(197) *Pag.* 219. *apud Alin copiam ſcriptorum latere.* Qualium? Seditioſorum? An magicorum? Ego putem, tales libros vel chartas deſignari, quales ad ann. 296 memorabit Noſter, in quibus myſterium vocationis contineretur.

(197 b.) *Pag.* 221. *Serdab.* Pocockius vertit *cryptam.* Golius in Lexico haec habet: *Frigidarium. Locus ſub terra ſtructus, ubi aeſtate captatur frigus,* vel *ubi frigida ſervatur aqua;* velut *cella nivaria.* Eſt ergo cella. Quid ſi tale conclave intelligatur, quale deſcribit della Valle alicubi, dicens Perſas in calidis climatibus plerumque in ſubterraneis diaetis, in quas e ſolo per aliquot gradus deſcendatur, habitare.

(198) *Pag.* 223. Idque, ut obſervat Mari, nono menſe. Primus hic Ahmed Tulunida fuit ſecundum eundem, qui poteſtatem arbitrariam in Aegypto ſibi arrogavit, et Sultanum ſe curavit appellari, quamvis clientelam Chalifae non exueret. Obſervat idem auctor patrem eius Tulun mancipium Turcicum fuiſſe, a Choraſanae praefecto [forte Gaſſano filio Abadi] tunc oblatum Mamuno, quum is ea provincia decederet; quod ann. 203 circiter contigit. Renaudot p. 322 obſervat eum quartum Emirum fuiſſe, qui eodem in anno gubernationem Aegypti capeſſiverit, ideoque ab Aegyptiis hiſtoricis hunc annum appellari *annum quatuor Emirorum.*

(199) *Pag.* 223. *Centum globi muſci integri.* Verti ex coniectura. In Arabico erat ومايةٌ من المسكي *et centuria de muſco.* Teixeira hic audiendus, qui p. 248 ſic habet: "veynte falcones, que hauian ſido del Sennor de Xiraz, dies blancos, y dies de diverſas colores, y 200 manos de Almiſcar muy

niuy puro, que ſon 450 libras y eſto con los falcones mandó de preſente al Kalefah de Bagdad." Quid ſi *maſſam unam ambrae centum libras pendentem* deſignet auctor. Inter munera regalia eſt, tam enormes maſſas mittere. Vid. Renaudot p. 538. ubi inter munera a Saladino ad Nureddinum miſſa refert *ambari fragmenta magna duo, alterum triginta, alterum viginti librarum pondere.* Gynaeconitides principum orientales talia appetunt, et ſtupeas diſſidasque fere legens quantos illae ſumtus quotannis in odoramentis faciant.

(200) *Pag.* 225. *Almogarebah* ſunt genus aliquod militiae, et olim in aulis orientalibus et hodienum in aula Turcica uſitatum, et vel ipſis regibus Chriſtianis Hiſpanis in uſu habitum. Occurrit paſſim apud Marianam nomen *Almogaravorum;* apud alios *Almogavari* audiunt; corruptela haec eſt pronunciationis forte uſu vulgata. Legitur ſic apud Rodericum Toletanum et Nicephorum Gregor. Libr. VII. p. 134. *τους μεν χιλιους Χαταλανους — τους δε ἑτερους χιλιους Αμογαβαρους. οὑτω γαρ ἡ λατινων φωνη τους πεζους εν τοις πολεμοις καλει.* Fallitur: non ſunt pedites, ſed equites, et quidem leves, atque extraordinarii, non ſemper et pacis tempore ſervientes, ſed tantum *εν τοις πολεμοις belli tempore* conſcribuntur. Hiſpanica dialectus, quam deſignat Nicephorus *Latinam* appellando, voce adhucdum ſuperſtite *Almogavar* equitem levem, expeditum, prodromum notat. In aula Turcica hi adhuc ſuperſunt. Paſſim legitur apud Hagi Chalifam, ut ad ann. 843 انهزام مغاربة از اشرف اسماعيل ملك "pelluntur Almogarabah ab Aſchrafo Iſmaële, principe Arabiae felicis;" miſſi nempe a Sultano Turcico adverſus Iemanenſem fuerant. Ad annum 1022 eos appellat غربا *Goraba, τους ξενους,* quod eſt pluralis a ſingulari *Garib* غريب *Carip,* unde *Caripoglan* et *Καριπιδες* de quibus paullo poſt dicemus. رفتن زمرة غربا بجانب يمن براي محافظة ودفع فتن quod, ad priora ſaltim bene et eleganter vertit Italus: "Si ſpedirono alquante compagnie di cavalleria nell Arabia Felice, per reprimere certe discrepanze in quei popoli." Equites eſſe confirmat Geuffr. in *Aul. Turc.* pag. 12: "Carip oglan ſunt equites extraordinarii belli tempore." Non poſſum tamen diſſimulare, *Mugrabinos* qui cum Almogarabis et Gorabais et Garibis iidem ſunt, apud Maundrell in Itinerar.

p. m. 175 *milites pedeſtres* appellari, horribiles aſpectu, quos Turcae quoque ſoleant *Barbaroſſas* appellare. Iam apud Elmacinum p. 123 ad an. 193 occurrit eorum nomen. Nam المغاربة ibi pro المقاربة legendum eſt.

(201) *Pag.* 225. *Cum Faraonibus.* Rariſſima horum mentio. Laudantur apud Aſſemanum bibl. or. T. IV. p. 116, ubi in fragmento chronici Syriaci legitur "ut ambae gentes (Franci et Moguli) humero uno Aegyptios et Faraones invaderent. ܥܠ ܡܨܪ̈ܝܐ ܘܦܪܥܘܢ̈ܝܐ Herbelotus quoque pag. 643. b. ubi locum hunc exhibet, interpretatur *les al-Faraénah* per *les Egyptiens.* Apud Hamzam Iſpahanenſem invenio quoque genus militiae equeſtris in aula Bagdadica, cui nomen *Miſrenſis* شغب علي السلطان جماعة من الفرسان يقال لهم المصرية Verum apud eundem memorantur quidam alii milites pedites, qui videntur cum Faraonibus aliquid ſimilitudinis habere; nempe paullo ante bis nominabat الغراونة, et quidem ſemel ſcripta erat haec vox in codice Leidano illo admodum vitioſo absque punctis diacriticis. وقع بين الرجالة السودان وبين العراوبة مناوشة وكثر القتل بين الفريقين وظهر السودان علي الغراونة "velitabantur inter ſe pedites nigri et . . . . . . multaque contingebat caedes; tandem praevalebant Nigritae Caravanis." Quid ſi hi a *Cairovan* ita appellati et ex Africa provincia conſcripti fuerint? Vel vide, num rectius ſit coniicere, hos milites, Faraones dictos, fuiſſe procerae ſtaturae ſelectos homines, quales principum noſtratium quidam conſcribere amant. "Les Egyptiens appellent tout ce qui eſt d'une grandeur extraordinaire du nom de Pharaon; s'imaginant, qu'ils [les Pharaons, ou les vieux rois d'Egypte] ont tous été des géans." Wanſleb. p. 260 f. Coniicio ex his, Faraones fuiſſe reliquias illorum Pſammyritarum, ſeu rebellium et indomitorum Coptorum, quorum toties meminit Renaudot in Hiſt. Patr. Alexandr. et quos ait p. 281 Mamunum, quum alia nulla ratione perdomare poſſet, Bagdadum transtuliſſe et in militiam ſuam inſerſiſſe.

(202) *Pag.* 229. *Saheb ez-Zeng.* Morai de illo haec habet: "Caput Zingorum prodibat in Iraca, iactabat ſe prophetam, et rerum abſconditarum conſcium, occidit Muſlemorum millies mille et quingenties mille homines. Baſrae uno die tercentem millia trucidavit. In ſuggeſtu ſuo convitiis lacerabat

bat pariter Otmanum et Alin, et Moaviam et Talham et Zobairum et Aieſcham. Saeviit usque ad annum 270, quo peremtus fuit." Haec ille. Fuit procul dubio de eadem ſecta, quae deinceps ſub Iſmaëlitarum nomine inclaruit, homines, qui ſub praetextu vindicandi et in ius ſuum reſtituendi ſanguinem Muhammedis, exceſſus omnes et ſaevitiam in Sunnitas, tanquam uſurpatores, excercebant, ceterum neque Muhammedani neque Chriſtiani, ſed latrones.

(203) *Pag.* 229. *Muhammed fil. Kerami.* Adſcribam partem eorum, quae Sebekaeus de hoc viro habet. In vita Abu-Saidi Otmani Daremitae Segeſtanenſis ait: "Hic eſt ille, qui inſurrexit contra Muhammedem filium Kerami, de quo Keramitae appellantur, eumque ex Herata expulit. Vir iſte, Ibn-Keram, erat aliquis Schaich [vel doctor, aut theologus] in Segeſtan [provincia, vel potius urbe, quae idem cum provincia nomen habet, alias Zareng dicta]. Audiverat ille parum aliquid de Hadit [vel traditionibus], et adoleverat in Segeſtana. Deinde veniebat in Choraſanam, et diligenter frequentabat Ahmedem, filium Harbi, Zahedum. Deinde جاور بمكة cliens et inquilinus dei erat Meccae per quinquennium. Dein adibat Niſaburam; inde redibat Segeſtanam, et venditis quas ibi habebat facultatibus redibat Niſaburam, وباح بالتجسيم et ibi iam demum evulgabat ſyſtema ſuum Corporalitatis, وقال ان الايمان كافٍ وان لم يكن معه معرفة بالقلب et aſſeverabat, ſufficere ad ſalutem, ut quis credat, etiamſi cor eius nullam eorum, quae credat, ideam habeat. وكان من اظهار النسك والتألّه والتعبّد والتقشف علي جانب عظيم Inſignem et raram prodebat in exercitio religioſorum rituum diligentiam. Nomen Allah Allah [ſeu deus, deus] continuo habebat in ore: magna cum contentione colebat deum, et ſqualorem in vita affectabat, duriterque corpus habebat. فافترق الناس فيه علي قولين ، منهم معتقد ومنهم منتقد ، وعقدت له مجالس سيل فيها فكان جوابه انه الهام ويلهمه الله Itaque in partes ibant hominum de illo ſententiae. Quidam ipſi fidem adhibebant, alii doctrinam eius examinabant. Et ſic diverſi conventus theologorum inſtituti eius cauſſa

 fue-

fuerunt; in quibus interrogatus, unde ſuam ſententiam hauſiſſet, reſpondebat, inſpirationem divinam eſſe, deum id ſibi ſuggeſſiſſe. Interim dabat eum Emirus [Choraſanae nempe] Muhammed filius Taheri, filii Abdallae, f. Taheri, in carcerem Niſaburae, ubi quum haeſiſſet per octennium, eiectus ex urbe fuit anno 251. Obiit apud Hieroſolymam anno 255. Alii dicunt eum بزغر Zogarae [ſeu Zoarae] obiiſſe, translatum autem cadaver Hieroſolymam fuiſſe, ibique ſepultum. قلت وصاحب سجستان هو الذي نفاه ولم يكن قصد الساعيين اليه الا اراقة دمه، وانما هاب صاحب سجستان قتله لما نظر عليه من مخايل العبادة والتقشف وقد افتتن به خلق كثير، وهو عندنا في مكان المشية لله ان يغفر له وان يواخذه Haec auctores de illo referunt. Quibus addo, dominum Segeſtanae [et Choraſanae, Taheridam ſupra dictum] hunc virum expuliſſe. Nam ſi res in arbitrio hoſtium eius fuiſſet, procul dubio fuiſſet peremtus. Omnem illi lapidem movebant ut hoc efficerent, ipſum apud principem denigrando. Hic autem verecundabatur virum occidere quem pium et ſanctum eſſe concludebat ex externis quae ille de ſe prodebat ſignis cultus divini, et auſterae vitae. Praeterea multorum animos ſeduxerat [ut verenda eſſet popularis ſeditio, ſi occideretur]. Nos illum permittimus voluntati dei, num velit ipſum abſolvere, an damnare."

(204) *Pag.* 229. *Abdalla Daranita.* Ego non dubito, filium hunc eius Daranitae eſſe, quem noſter a praenomine ſolo Abu-Solaimanum an. 215 et Herbelotus ibi laudatus a ſolo nomine Abd-er-Rahmanum appellat. Turbat hic nonnihil codex Leidanus, qui الدارني *Dáreni* habet, unde poſſis credere الدارمي *Dáremi* ſcribendum eſſe. Sane ſcripſit Daremi Maſnad. vid. d'Herbelot p. 287. b. voce *Daremi.* Sed neque nomina auctorum, neque aetates congruunt. Procul dubio rectum eſt الداراني *Darani,* ut repoſui, et ſic quoque emendandum in Catal. Bibl. Lugd. Bat. ubi alio errore legitur الدارامي *Darami* p. 415. n. 172. in huius ipſius libri indicio.

(205) *Pag.* 231. *Omran* عمران Herbelotus autem p. 977. b. habet عثمان *Otman,* ubi librum eius كتاب اللصوص *Ketab al-Loſous* memorat, ſed male ipſum الحافظ *Haſet* pro الجاحظ *Gahet* appellat.

(206)

(206) *Pag.* 231. *Natâm Motacallem.* De hoc viro multa Ibn-Nabata ad illud Ibn-Zeiduni واعطيت النظام اصلا ادرك به الحقايق "et ac ſi dediſſes Natâmo radicem [id eſt fundum, medium,] per quod eruit veritates [veros de rebus conceptus]." Conf. d'Herbelot pag. 391. b. 644. b. 654. b. Integrum eius nomen erat Abu-Ishac Ibrahim ben Baſſchar, et Natâm ſeu *confilator* appellabatur, quia كان ينظم الخرز في سوق البصرة ويبيعها "ſolebat Chazar confilare in foro Baſrenſe et vendere," ut ait Raud al-Achiar. Scilicet opifices in oriente in foro elaborant omnia ſua opera, non in privatis fabricis, ut ex Itinerariis conſtat. Sunt autem *Chazar* conchae illae, quae conchae vèneris dicuntur, et quibus inter ſe conſutis habenae et cingula ornari ſolent, ut ait Golius in Lexico.

(207) *Pag.* 241. *Potiebatur Iacob Soffar urbe Niſabur.* Fuit hic velut ultimus ictus, qui dynaſtiam Taheridarum proſtravit. vid. Teix. p. 249. Habet Hamza Iſpahanenſis his de rebus notitias, quas alibi fruſtra quaeras, quas, ut potero ex vitioſo codice, narrabo: (quae locum iſtum praecedunt, ad annum 250 iam dedi.) "Donec, ait Hamza, Niſaburam veniret Iacob, et Muhammedem Taheriden caperet; quod die Solis, quarto menſis decimi, anno 2591 contigit. Manſit Muhammed in cuſtodia Iacobi donec hic die Solis, nono ſeptimi menſis, anni 262, a copiis Motamedi pelleretur. Quo facto Bagdadum redibat Muhammed et ad praefecturam urbis auguſtae, quod munus per eius abſentiam adminiſtraverat eius patruus, Obaidalla. Sed Choraſanam agitabant et divellebant ſeditiones. Tranſoxanam occupabat Naſr filius Ahmedis, filii Aſadi, filii Ṣamani من الاصل, qui Naſr eam provinciam ut ſublegatus olim a Tahero [ſecundo] acceptam tenuit per 19 annos, donec obiret anno 279, ſucceſſorem habens [fratrem] Iſmaëlem filium Ahmedis, filii Aſadi. Balcham vero occupabat Abu-Davud Muhammed, filius Ahmedis, filii Haſſchami, filii داىىحور [Ianigur, aut Tanigur, vel Banigur] من الاصل [quam phraſin neque hoc loco, neque paullo ante intelligo, quid ſibi velit. Forte notat, prorſus ab initio, vel primus in ſua gente conditor dynaſtiae ſuae, ἐξ ἀρχῆς]. Hic praeter Balcham habebat quoque Tochareſtan, et Chottalan, et Guzgan, et Tarmed. Niſaburae vero praeficiebat

bat Muhammed filius Taheri ſuum fratrem Hoſainum; qui Bagdado illuc etiam ibat, ſed quia viris et numis carebat, neſciebat, quum Iſpahanam veniſſet, inſtitutum urgeret cum ſubſidiis tam exiguis, an omitteret et retro veſtigia legeret. Curabat eius res et copias eo tempore Cuſad filius Samerdan, et Iſpahanae praefectus erat Dolf, filius Abd-el-Azizi. Mittebat tandem hic Dolf ipſi, Hoſaino auxilium, et ipſe eum comitabatur Niſaburam, quam intrabat et occupabat Hoſein die Lunae, 22 ſecundi menſis anni 263. Ablegabat tum Cuſadum in Tranſoxanam, ubi a Naſro filio Ahmedis auxilium rogabat; ſed fruſtra cum eſſet et neque viros, neque numos acciperet, redibat Cuſad ad herum, Hoſainum, qui quum non videret ullo modo ſe ſubſiſtere et parta tueri poſſe, abſcedebat, et relinquebat Cuſadum ad curandas nomine ſuo Choraſanae res. Dominabatur itaque ibi terrarum deinceps Amru filius Leiti, poſt fratrem Iacobum, qui anno 265 apud Gondiſaburam in Chureſtana obierat. Quo facto iſte Amru vaſallum Sultani ſe profitebatur et ab eo munus praefecti urbis auguſtae et praeturas Choraſanicas accipiebat, ceteraque, quae Taheridae olim poſſederant. Et praefecturam urbis Bagdadi quidem relinquebat Amru penes Obaidallam filium Abdallae, filii Taheri, ademtam Muhammedi filio Taheri [iſtius ex fratre nepoti] ſecundo menſe anni 266; ipſe vero in Choraſanam ibat hoc ipſo anno. Sed educebat adverſus ipſum Ahmed filius Abdallae السجستاني [السجستاني Segeſtanicus] et conflictu apud Niſaburam edito, die Iovis, 24 menſis undecimi anni eiusdem 266, pellebat Amruum cogebatque ipſum in Segeſtanam aufugere. Per biennium deinceps machinabatur Amru res Choraſanae conſopire et ſibi vindicare. Sed non valebat. Committebat igitur anno 278 [ſic habet codex] eius provinciae curam Rafeo, filio Hartamae, ſub cuius conductione res in paullo melius verſae fuerunt. Amovebat deinceps Amru anno 279 menſe decimo Ibn-Rafeum a provincia, et ipſe rurſus nomine ſuo et ſolus gubernationem eius capeſſebat, accedebatque ad ipſam menſe ſecundo anni 280 et manſit, donec eum captivum abduceret Iſmaël, filius Ahmedis, filii Aſadae, Balchae dominus, anno 287." Hactenus Hamza: quae divelli commode quum non poſſent, et digna tamen memoria eſſent, viſum fuit omnia ſimul hic exhibere, licet quaedam huc non pertineant.

(208) *Pag.* 241. Conf. d'Herbelot p. 616. b. 651. b. item p. 984. a. voce *Khail*, quam putavit Vir Doctiſſimus viri nomen eſſe. Impoſuit ipſi prava lectio خيل pro حيل. Notat autem formula حيل ابن موسى *Hail* (vel *Heial*) *Ebn Muſa ben Schaker* idem atque *inſtrumenta mechanica, inventiones mechanicae* filii Moſis Schakeridae. Eſt nomen appellativum, non proprium. Alio errore idem p. 993. b. خيال legit *Khial*, (v. voc. *Khial Beni Mouſſa*) ubi quae tradit ad eundem modum corrigenda.

(209) *Pag.* 245. *Haſan, Zafaranenſis.* Appellationis rationem dat Sebekaeus منسوب الي قرية بالسواد يقال لها الزعفرانية ، كذا ذكر ابن حبان ، قلت ثم سكن المشار اليه ببغداد في بعض دروبها فنسب الدرب اليه وصار يقال درب الزعفراني ببغداد "nomen habet de oppido quodam in Savad [ſeu Campeſtribus Irakae] Zafarania dicto. Ita narrat Ibn-Heban. Cui addo, noſtrum Bagdadi deinceps habitaſſe in quodam vico, qui deinceps de eo meruit vicus Zafaranii appellari."

(210) *Pag.* 245. Vid. d'Herbelot pag. 193. et 528. a. Priore loco humani quid paſſus fuit vir cl. in ſuo codice habens, aut fallente oculo ſibi viſus habere الغلاودي uno puncto, unde factum, ut crederet, Ptolemaeum ab Arabibus perhiberi Peluſiotam fuiſſe, et praeterea Peluſium et Damiatam confundit. Sed Peluſium appellant Arabes بلبيس *Bilbais;* et vera lectio eſt القلاودي gemino puncto, *Calaudi, Claudius.* Id idem ad pag. 336. b. voce *Faloudi* teneri velim.

(211) *Pag.* 245. *Arabes Chriſtiani.* Neſtoriani nimirum, ut patet e Maſudio, qui ait وكان عبادي المذهب وهم النسطورية من النصاري "erat [nempe Abd-el-Maſih] Ebadita quoad ſectam; ſunt autem Ebaditae Chriſtiani Neſtoriani." Conf. Aſſemani bibl. or. T. IV. pag. 706. d'Herbelot p. 307. b. 452. a. 456. b.

(212) *Pag.* 249. Dolendum, haec a Noſtro tam leviter attingi. Conf. Leo Afric. V. 73. p. 387. ubi quaedam de rebus Siculis horum temporum habet examine digna. — "Principalis Ibrahimi expeditio fuit expugnatio Syracuſarum, quem auctor Chronici Cantabrigienſis notat ad an. Chr. 878." Verba ſunt Caruſii, in margine ad hunc Abulfedae locum p. 19.

(213) *Pag.* 249. *Inteſtinorum proluvio.* Caruſius in Excerptis Abulfedae p. 19. habet: *mortuus eſt dyſenteriae morbo.* Sed Lupus Protoſpatha "Anno 901, ait, deſcendit Abraham, rex Saracenorum, in Calabriam, et ivit Coſentiam civitatem, et quum perveniſſet ad eccleſiam S. Pancratii fulgure ictus periit." Quid ſi *fulgur* ibi morbum acutiſſimum ſignificaret.

(214) *Pag.* 249. *Mortuus eſt Muhammed Aglabita anno* 287. Ita correxi, re ipſa poſtulante. Coepit imperare anno 261. Si ergo viginti quinque annos imperavit, debuit omnino anno 287 deſiiſſe, non, ut in codice meo mendoſe legebatur 289. Adhuc peius habuit codex Hiſpanicus, e quo Dobelius particulas ad Siciliam pertinentes excerpſit. "Anno 291, ait, Ibraimus filius Amed — mortuus eſt dyſenteriae morbo — in Sicilia — vir fuit magnae perſpicaciae et memoriae, piiſſimus et miſericors erga pauperes, iuſtus et optimus princeps." His verbis ſubſcriptum eſt: "Explicit chronologia Iſmaëlis regis Amani," tanquam, quae deinceps ibidem ſequuntur, ad hiſtoriam Siciliae ſub Saracenis ſpectantia non item apud noſtrum legerentur. Atqui leguntur apud illum non minus quam praecedentia, ut ſuo loco apparebit. Quare autem Dobelius ſequentia maluerit ex Ibn-Abu-Dammo, quam ex Abulfeda excerpere, non percipio, niſi dicas, codicem Abulfedae, quo is utebatur, ultra hunc locum non proceſſiſſe, et mancum fuiſſe. Nam alias Ibn-Abu-Damm profecto non eſt originalis auctor, in his certe rebus Siculis; ſed aeque atque Abulfeda ſua ex ipſo exſcripſit, ita exſcripſit ipſe more Arabum alium antiquiorem aliquem auctorem.

(215) *Pag.* 249. *Abu-Iazid Baſtamenſis.* Nomen huius viri ſic habet Raud: *Abu-Iazid Taifur ben Iſa ben Adam ben Scharuſan al-Baſtami.* Vid. d'Herbelot pag. 192. b. ubi quem citat locum Gazalii, exſtat ille apud Pocockium in Spec. Hiſt. Arab. p. 268.

(216) *Pag.* 251. *Omar, fil. Schaibae.* Ita quoque Sebekaeus. At Hagi Chalifa Iacobum nominat.

(217) *Pag.* 253. Scriptores rerum Sinicarum ad manum non habeo. Inquirant, quos iuvat, in hiſtoriam quam Noſter attigit. Mihi ſatis nunc erit fragmentum exhibere, in quod peroportune nunc incido, ſchedas veteres excutiens, in quas excerpta conieceram olim e Maſudii, pervetuſti certe

aucto-

auctoris, opere hiſtorico, *Morug ed-Dahab* ſeu *prata aurea* dicto. Arabice adſcribam, in gratiam cultorum huius linguae, in primis ideo, quod eius nihil adhucdum proditum eſt, quantum novi, et auctor rebus geſtis propemodum aequalis fuit. Sic itaque ille narrat lingua ſua, in cod. Leidenſe, quo uſus fui:

اهل الصين شعوب وقبايل كقبايل العرب وافخاذها وتشعبها في انسابها ولهم مراعاة لذلك وحفظ وينتسب الرجل منهم الي خمسين ابا الي ان يتصل بعابور واكثر من ذلك واقلّ، ولا يتزوج اهل كل فخذ الّا من فخذه، مثال ذلك ان يكون الرجل من مضر فلا يتزوج في ربيعة او من ربيعة فلا يتزوج في مضر، او من كهلان فلا يتزوج في حمير او من حمير فلا يتزوج في كهلان، ويزعمون أن في ذلك صحة النسل وقوام البنية وان ذلك اتمّ للبقي واتم للعمر واسبابا يذكرونها نحو ما ذكرنا، فلم تزل امور الصين مستقيمة في العدل علي حسب ما جري به الامر فيما سلف من ملوكهم الي سنة اربع وستين ومايتين، فانه حدث في الملك حادث زال به النظام وانقبضت به احكام الشرع ومنع من الجهاز الي وقتنا وهو سنة اثنين وثلثين وثلثماية، وهو ان نابغًا نبغ فيهم من غير اهل بيت الملك كان في بعض مدن الصين يقال له مايشو وكان شريرا يطلب الفتوة ويجتمع اليه اهل الدعارة والشر، فلحق الملك وارباب الدولة غفلة عنه لخمول ذكره وانه خمر لا يبالي به، فاشتد امره ونمي ذكره وكثر عتوه وكبرت شوكته وقطع اهل الشر المسافات نحوه فعظم جيشه وصار من موضعه وقد شن الغارات علي العماير حتي نزل مدينة انموا [leg. خانقوا] وهي مدينة عظيمة علي نهر عظيم اكبر من الدجلة او نحوها يصبّ الي بحر

بحر الصين وبين هذه المدينة وبين البحر مسيرة ستة ايام او سبعة تدخل علي هذا النهر سفن البحر الواردة من بلاد البصرة وسيراف وعمان ومدن السند وجزاير الرانج وغيرها من الممالك والامتعة والجهاز فنفذت الي مدينة خانفوا وفيها خلايق من المسلمين والنصاري واليهود والمجوس وغيرهم من اهل الصين ، فقصد هذا العدو خانفوا فحاصرها فاتت جيوش الملك فهزمها واستباح الحريم وكثرت جيوشه وافتتح مدينة خانفوا عنوة وقتل من اهلها خلقًا لا يحصون كثرة ، واحصي من المسلمين والنصاري والمجوس واليهود من قتل وغرق خوف السيف مايتا الف ، وانما احصي من ذكرنا من العدد لان ملوك الصين تحصي من مملكتها من رعيتها ومن جاورها من الامم وصار في ذمة لها في دواوين لها وكتّاب قد وكلوا باحصاء ذلك لما يراعون من حياطة من شمله ملكهم ، وقطع هذا العدو من حول مدينة خانفوا من غابات شجر التوت ان كان يحتفظ به لما يكون من ورقه وما يطعم منه لدود القز الذي يصنع منه الحرير فكان انقطاب الشجر داعيًا الي انقطاع الحرير الصيني وجهازه الي ديار المسلمين ، وسار بجيوشه الي بلد بلد فافتتحه وانضاف اليه امم من الناس ممن طلب الشر والنهب وغيرهم ممن يخاف علي نفسه وقصد نحو مدينة انموا ، وهي مدينة دار الملك ، فتحصّن بها في نحو ماية الف فارس ممن بقي معه من خواصه ، فالتقيا فكانت الحرب بينهم سجالًا نحو شهر وصبر الفريقان جميعًا ، ثم كانت الكسرة الي الملك فولّي منهزمًا فامعن الخارجي السير في طلبه وانحاز الملك الي

الي مدينة في اطراف ارضه واستولي الخارجي علي الحوزة واحتوي علي دار الملك وملك خزاين الملوك السالفة وما استعدّوه للنوايب وشنّ الغارات في ساير العمارات وافتتح المدن وعلم ان لا قوام له بالملك ان كان ليس من اهله ، فامعن في خراب البلاد واستباحة الاموال وسفك الدماء ، وكتب ملك الصين من المدينة التي انحاز اليها المتاخمة لبلاد التبّت وهي مدينة امد المقدم ذكرها ملك الترك ابرجان بن خاقان واستنجده واعلمه ما نزل به وعرفه ما يلزم الملوك من الواجب اذا استنجده اخوتها من الملوك وان ذلك في فرايض الملك وواجباته ، فانجده ابرجان بولد له في نحو اربعماية الف فارس وراجل ، وقد استفحل امر مايشوا ، فالتقي الفريقان جميعًا ، وكانت الحرب بينهم سجالًا نحو سنة وتفاني من الفريقين خلق عظيم وفقد مايشو ، وقيل انه قتل وقيل انه غرق ، واسر ولده والخواص من والده ، وصار ملك الصين الي دار مملكته ، والعامة تسميه يعفور وتفسيره بن السماء تعظيمًا له والاسم الاخصّ لملوك الصين الذي يخاطبون به طغاجان ولا يخاطبون بيعفور ، وتغلب كل صاحب ناحية من عمله علي ناحيته كتغلب ملوك الطوايف حين قتل الاسكندر بن فلبص المقدوني دارا ملك فارس وكنحو ما نحن في سبيله في هذا الوقت ، فرضي ملك الصين منهم بالطاعة ومكاتنه بالملك ولم يتات له السير الي ساير اعماله ولا محاربة من تغلب علي بلاده وقنع بما وصفنا وامتنع من ذكرنا من حمل الاموال اليه ، فتاركهم مسالمًا لهم واغار كل فريق منهم علي من يليه علي حسب قوته وتمكنه ، فعدم انتظام الملك واستقامته

واستقامته علي حسب ما سلف من ملوكهم، وقد كان لمن سلف من ملوكهم سياسات للملك وانقياد الي العدل علي حسب ما يوجبه قضية العقل Quae latine reddere omnia non vacat. Strictim expoſuiſſe ſummam hiſtoriae ſatis erit. "Sinae hactenus gubernati cum iuſtitia et aequitate fuerant, usque ad annum 264, quo turbata fuit politia, et deſiit mercatura usque ad praeſens tempus, id eſt annum 332. Scilicet ſurgebat aliquis fortunae filius, ignobilis homo et nequam nomine Maieſchu, qui coacta apud ſe manu nebulonum peſſime vexabat regionem, contemptus a rege et proceribus ob ignobilitatem; excurrebat usque ad urbem Anemu, opulentam valde et mercaturis Baſrae, Siraf, Omanae, Sendiae, inſularum Raneg cet. refertam; item urbem Chanku, ibique occidebat præter indigenas Sinas, innumerabiles, ducenta millia Muſlemorum, Chriſtianorum, Iudaeorum et Magorum; deſtruebat moros, unde fabricae ſerici concidebant, et peribat commercium ſerici cum terris Muſlemicis; poſtea urbem expugnabat unam poſt alteram; ipſam regiam Anemu obſidebat, per variam belli fortunam per menſem continuati pellebat regem eiusque theſauris potiebatur. Rex Sinarum implorabat regis Tibetani opem; qui ipſi quadringenta millia hominum cum filio ſuo mittebat. His auxiliis non ſine ancipite belli fortuna pellebat tandem rex Sinarum rebellem capiebatque eius filium et familiares. Ipſe rebellis quo evaſerit incertum eſt; caeſum quidam, alii undis merſum dicunt. Ab eo inde tempore vindicarunt ſibi reguli Sinenſes, olim regis nomine provinciis praefecti, regiam et abſolutam poteſtatem in ſua quisque provincia; plane ut poſt exceſſum Alexandri M. reguli provinciales fecerunt; aut ut videmus factum in diebus his noſtris [ruente Chalifarum Bagdadicorum auctoritate], neque potuit rex auctoritatem ſuam deinceps recuperare, contentus, ſi vel nomine tenus regnaret." Haec Maſudi.

(218) *Pag.* 253. Leo Africanus V. 73. p. m. 387. "Eo igitur tempore, quo Elagleb regno potitus eſt, Cairaoan tam incolis, quam aedificiis aucta eſt, adeo, ut vicinum quoddam conditum fuerit oppidum, cui Recheda nomen impoſitum eſt. Hic ſe princeps cum nobilibus continere conſuevit."

(219)

(219) *Pag.* 255. Hamza, qui Noſtro in his omnibus conſentit, perhibet, Salehum hunc — civem Boſtenſem, una cum Iacobo noſtro rebellionem in urbe ſua Roſt adverſus Taheridas inſtituiſſe die Sabbati, 23 ultimi menſis anni 237.

(220) *Pag.* 257. "De Chan van Schiraz — zond — een Kalaat, gelyk zy 't noemen, of een geſchenck van goude kleedern." Verba ſunt della Valle IV. 26. p. 144. ubi ritus, qui obſervantur in ceremonia induendae talis Chalaae, eleganter deſcribit, ut qui ipſe interfuit. Meretur locus conferri. Paſſim idem et alii Itineratores de hoc more in aula Turcica, Perſica, et olim quoque Ruſſica obſervato memorant. Tales trabeae non tantum ſunt honoris teſtificatio, et praemium meritorum, ſed etiam, qui eas induit, teſtatur eo, ſe vaſallum eius, a quo accipit, eſſe.

(221) *Pag.* 257. Ricaut Hiſt. Imp. Ottoman. II. 17. p. 354. "Il étoit de ces Hermites, que l'on appelle en Arabe *Adal;* il alloit la tête nue, et le corps plein de playes; il n'avoit point de chemiſe, ni d'autre habit pour ſe couvrir, que la peau d'une bête ſauvage ſur les épaules." Vid. d'Herb. p. 5. a. 195. b. 196. a. voce *Baba.* Olearius p. 419.

(222) *Pag.* 259. Excerpta Abulfedae Sicula Dobeliana apud Caruſium pag. 19 annum 266 exhibent. "Anno 266 [ita redditur ibi locus noſter] miſſus eſt Aſſan filius al-Abaſi, ut Siciliam regeret, hicque exploratores miſit exercitibus per totam Inſulam."

(223) *Pag.* 259. *Tulunides vetuerat Movaffeki nomen precibus adiici.* Imo iuſſerat quoque, ipſum diris devoveri. Narrat Marai: "Tulunides, ait, eundem Cadium Baccarum, quem templi ſui conſtituerat Imamum et hactenus magno in honore habuerat, tandem hanc ob cauſſam graviter affligebat, quod nolebat diras de ſuggeſtu in Movaffekum pronunciare, fratrem et deſignatum ſucceſſorem Motamedi. Anguſte enim nimis habebat Movaffek fratrem Chalifam, et omnem auctoritatem ad ſe traxerat, nihilque praeter merum principis nomen ipſi reliquerat. Propterea imploraverat Motamed auxilium Tulunidae. Ad quod ille promtus et paratus cogebat ſuos Cadios et Fakihos et Scherifos e territorio ſuo Damaſcum, et congregatis imperabat, ut ſua quisque Fetva [ſeu ſcripta ſententia iudiciale] depoſitionem Movaffeki

 appro-

approbarent. Faciebant omnes praeter Baccarum. Quod tam vehementer irritabat Tulunidam, ut pecuniam, quam ipſi quotannis dare conſueverat, ab ipſo repeteret. Dederat autem ipſi quotannis unum ſacculum obſignatum, mille numos aureos continentem. Baccar protinus omnes ſedecim ſacculos, quot acceperat, nondum reſignatos reſtituebat; neque tamen ſic placabat Tulunidem, quin is modis omnibus maledictionem Movaffeki urgeret. Sed Cadi Baccar nihil reſpondebat aliud, quam illud Corani: *Maledictio dei ſit ſuper inique agentibus.* Praeſens tum Ali filius Hoſaini, filii Tabatabae, ſuggerebat Tulunidae, ea voce *inique agentium* ipſum peti. Quod adeo efferabat Tulunidam, ut veſtes Cadio detrahi et lacerari, pedibus ipſum abſtrahi, et in carcerem perpetuum rapi iuberet." Paene eadem habet Elmacinus p. 172. Quod autem ad verba *vetuerat nomen eius vexillis intexi* attinet, proprie eſt in Arabico *cadere fecerat eius nomen ex textura.* من الطرز Ita appellatur fabrica, in qua elaborantur panni ſerico et auro picti, tam tapetes, quam vexilla militaria, et veſtes pro indutu, quibus intexi nomen Chalifae aut Sultani regnantis ſolet.

(224) *Pag.* 259. *Occiſus tandem fuit Nigritarum dux.* Ille nempe, quem ſupra an. 255 Alin, filium Muhammedis, filii Abd-er-Rahimi appellaverat. Sed non ſatis intelligo Hagi Chalifam ad an. 270. مقتولي محمد عيقمي رييس زنجيان بدست موفق در قلعه مختاره از قلاع جزاير شط العرب "occiditur Muhammed Aicamenſis [ita eſt in codice Lipſienſe; in Regio Dresdano eſt عيقيمي *Aikimenſis*] Raiis [capitaneus] Zengorum per Movaffekum in arce Mochtara, [quae eſt] de arcibus inſularum Schatt-el-Arab [ſeu Tigridis]."

(225) *Pag.* 261. Teixeira pag. 242. ubi *Y Dahe*, hoc eſt *id-Dai*, الداعي ὁ ευτρεπιστης, *invitatar*; (alias الداعي الكبير *invitator magnus*, item الداعي الي الحق *invitator* (vel *vocator*) *ad veritatem*, vel *ius et fas*,) appellatur, Haſani frater et ſucceſſor. Verum idem eſt et unus homo, Haſan et *Ydahe*.

(226) *Pag.* 261. *Obiit Ahmed, fil. Tuluni.* "Idque die Solis, decimo undecimi menſis poſtquam Sultanatum geſſiſſet 16 annos et 2 menſes, relinquens

quens decies millies mille numos aureos, 700 equos, 7000 mancipia, et 33 liberos." Verba ſunt Marai.

(227) *Pag.* 261. Bubalarum lac Syris apud Halebum et Antiochiam in uſu eſſe, patet ex della Valle II. epiſt. 8. in fine p. 33. ubi ait, alterum genus Arabum eſſe "de Moeden, [المعدية] dat is Lantlopers [imo vero *transcurſores*, ex urbe nempe in campaniam, et ex campania viciſſim in urbem commeantes] die geen vaſte wooning hebben; 't welck die geen zyn, die buffels hebben en bezitten, en melk verkoopen, en die nu in de wilderniſs en dan in de ſtadt zyn." Quare autem bubali frequentes in oriente paſſim ſint, et quare boves viciſſim ibidem deficiant, ubi bubali abundant, docet Rauchwolff libr. II. cap. 8. circa finem p. 581. ubi de planta *Negil* نجيل narrat: qui locus conferri meretur. De Cairi quoque incolis ait Leo VIII. 25. p. 467. "Bubali carne ut plurimum veſcuntur."

(228) *Pag.* 261. *Tulunidae fanum.* De hoc templo ſic narrat Marai: "Coepit Ibn-Tulun templum illud celebre, de ſuo nomine Tulunium appellatum, condere anno ſui imperii decimo, hoc eſt anno 263. Tres anni conſumti fuerunt in illo opere. Conſtitit centies et viceſies mille numis aureis. Ambitum cinguli eius fecit ex ambara in formam paſtae [aut ſacchari] indurata, quo nempe precantes ſemper ſuave ſpirarent et reſpirarent. [Videtur cingulum templi, eius ille tractus eſſe, intra quem conſident ſacris vacantes, velut intra mandram concluſi; id quod eſt intra porticus circumambientes.] Aedificavit illud templum theſauro quem reperiit, millies mille numos aureos efficiente, quem totum in opera pietatis impendit. Imamum in eo conſtituebat Cadium Baccarum et Mohaddetum Rabium, filium Solaimani, diſcipulum Schafiaei. Legabat ipſi permultum من الرباع [de campis; aut et de quadrantibus, nempe tributorum vel redituum] et ſimilia; ſed terras Miſrae non attingebat. Quavis ſeptimana erogabat ut eleemoſynam tria millia numorum aureorum, praeter fixa ſalaria. Reditus Aegypti [annui] eius diebus erant 4000,000 numi aurei" cet. Vid. Leo Afric. IX. 19. ubi *Gemeh Tailon dicitur ſuburbium ampliſſimum,* nempe templum cum tota ſua vicinia.

(229) *Pag.* 261. *David fil. Alii Iſpahanenſis.* Perpauca de hoc habet d'Herbelot p. 284. b. tit. *Daoud al-Esfahani*, et p. 921. tit. *Zahrat al-Schebab.*

Raud

Raud inter alia narrat, eum, quem Abu-Solaimanum Davudum, filium Alii, filii Chalfi, appellat, Cufae natum anno 202, adoleviſſe et docuiſſe Bagdadi tanto cum applauſu, ut eius lectionibus adeſſent اربعمائة صاحب طيلسان اخضر "quadringenti viri, virides tailaſanos (vel epomides) geſtantes. Eſt Tailaſan veſtis theologorum apud Muhammedanos, *color viridis* autem Scheriforum, ſeu de gente Muhammedis natorum, geſtamen. Vult ergo dicere, 400 Scherifos doctos eum audiviſſe. Fuit auctor unius de ſex illis ſectis, apud Muhammedanos probatis et inter orthodoxas habitis, de quibus vid. ad ann. 279.

(230) *Pag.* 263. Inde forte eſt, quod Sebekaeus Movaffeki exercitum viciſſe claris verbis perhibet in vita Muhammedis fil. Zarae Tacafitae, de quo ſic narrat: كان قد قام مع احمد بن طولون في خلع ابي احمد الموفق ووقف عند المنبر وقال ايها الناس اشهدكم اني خلعت ابا احمد كما يخلع الخاتم مي الاصبع فالعنوه ، وفعل ذلك ابو زرعة باصر بن طولون ، وكان قد جرت وقعة بين ابن الموفق وبين خمارويه بن احمد بن طولون تسمي وقعة الطواحين انتصر فيها احمد بن الموفق ورجع الي دمشق ، وكانت هذه الوقعة بنواحي الرملة ، وقال احمد بن الموفق لكاتبه احمد بن محمد الواسطي انظر من كان يبغضنا ، فاخذ يزيد بن عبد الصمد وابو زرعة الدمشقي مقيدين "Conſenſerat Ahmedi filio Tuluni in abdicationem Movaffeki, et ſtans aliquando apud ſuggeſtum in templo publice ſic edixerat. Vos teſtes appello, cives, me Movaffecum exuere et deponere, quemadmodum annulus a digito exuitur deponiturque. Itaque maledicite ipſi! Idque faciebat iuſſu Tulunidae. Contingebat autem praelium inter Tulunidae filium, Chamaruieh, et filium Movaffeki, quod appellatur praelium molarum, [vel apud molas commiſſum; vid. Hagi Chalifa ad ann. 271] quo victor factus Ahmed, filius Movaffeki redibat Damaſcum, et imperabat ſecretario ſuo Ahmedi, filio Muhammedis, Vaſetitae, ut ſibi coram afferret inimicos ſuos. Itaque compediti adducti fuerunt Iazid filius Abd-es-Samadi, et Abu-Zara Damaſcenus: quibus Ahmed — Quiſnam veſtrum eſt, ait, qui dixit, ego exuo Movaffekum" rel.

(231)

(231) *Pag.* 265. *Succarius* eſt celeber ille grammaticus, qui commentarios in Divan Hudeil. ſcripſit, unde potiſſimum noſtratibus per cl. Schultenſium innotuit. Vid. d'Herbelot p. 831. b. init. Catal. Bibl. Leid. p. 474. n. 1619. pag. 475. n. 1627. et p. 476. n. 1665. In codice Leidano Divan Hudeili inveniebam aliquando ſchedam involucro proximam, ſed male habitam, in qua haec difficillimo charactere ſcripta erant: مولف هذا الكتاب الحسن بن الحسين بن عبد الله بن عبد الرحمان بن العلا بن ابي صفرة المعروف بالسكري ابو سعيد النحوي اللغوي الراوية الثقة المكثر، مولده سنة اثنتي عشرة ومايتين ووفاته سنة خمس وسبعين ومايتين، سمع يحيي بن cetera deleta erant.

(232) *Pag.* 265. Librum huius Ibn-Cotaibae celebrem, *Kitab al-Maaref,* ſeu *librum notitiarum* inſcriptum, (in quo genealogias et hiſtorias Arabum, Muhammedis, ſociorum eius, Chalifarum, magnatum utriusque aulae, ſequentium, eruditorum de omni genere, nec non regum et regnorum Arabicorum antiquorum tradit,) exſcripſi mihi quondam e codice Leidanae Bibliothecae (vid. Catal. p. 481. n. 1773.) et Latine converti; poſſemque inde permulta hunc ad Abulfedam meum transſcribere. Sed parco. Vitam eius tantum hic addam ex *Raudo,* quam et Noſter et d'Herbelot neglexerunt. "Abu-Muhammed Abdalla filius Muſlemi, filii Cotaibae, Cateb [ſeu ſecretarius] Dainavarenſis, Bagdadum incoluit ibique Mohaddet [ſeu narratorem traditionum] egit, et monſtravit ſe virum fide dignum, ingenio et virtutibus praeditum, litteratum. Scripſit permultos et percelebres libros, ut Garib al-Coran va-Moſchkeloh, [de peregrino, raro et difficili Corani] et alium ſimilis inſcriptionis, in quo per traditiones idem argumentum perſequitur. Natus fuerat Bagdadi, ubi et diu vixit. Sed quia etiam Dainavarae per tempus aliquod verſatus fuit, inde nomen Dainavarenſis accepit. Obiit derepente anno 270, menſe undecimo." Codex ille Raudi, e quo haec excerpſi, Seebiſchianus nempe, non ſemper accuratus eſt in annorum numeris exhibendis. Vid. d'Herbelot p. 53. a. voce *Adab al-Cateb.* p. 263. a. voce *Catbah,* ubi male ſic appellatur. p. 289. b. *Deinouri,* ubi pro *Muſlem* male ſcribitur *Maalem.*

(233) *Pag.* 265. *Inſtitutio ſcribae.* Arabice, *Adab el-kateb.* Eſt liber apud orientales Arabicae linguae et humaniorum litterarum ſtudioſos capitalis, quem in Academiis ſuis legere et diſcere ſolent. Intellexi hoc ex vitae ſuae ſtudiorumque ſuorum narratione, quam perhibet Movaffek-ed-din Abd-el-Latif fil. Ioſefi Bagdadicus apud Abu-Oſaibam. Continet ille locus multa ad hiſtoriam litterariam orientalium facientia, ideoque non gravabor eum adſcribere. - "Quum adoleviſſem, ait Movaffek-ed-din, adducebat me pater ad Schaichum Camal-ed-dinum Abd-er-Rahmanum Anbaricum, celebrem tunc temporis Schaichum Bagdadi, cum quo pater [in annis academicis] quum fikhae operam daret, amicitiam contraxerat. Ei praelegebam primo loco *Chotbat al-Faſih,* ſuper quo opuſculo multa blaterabat doctor, quae non intelligebam: condiſcipuli tamen mei magiſtrum circumſtantes admirabantur. — Primus liber, quem memoriae mandavi, eſt *al-Lomo;* idque perfeci octo menſibus — per quos commentarios in eum ſcriptos, ut Tamaninii, et Scherifi Omar filii Hamzae, et Ibn-Borhan, et quotquot nanciſci reliquorum poteram, evolvebam. — Tum ediſcebam *Adab el-Cateb,* auctore Ibn-Cotaiba; neque id perfunctorie, ſed intime familiarem mihi reddebam; et quidem primam eius dimidiam partem aliquot menſibus comprehendebam; alteram autem, quae *Tacvin al-Liſan* inſcribitur, quatuordecim diebus, ſingulis ſingulos quaterniones abſolvens: tot enim ſecunda haec pars efficit. Dein edidici eiusdem auctoris *Moſchkel al-Coran* [difficile Corani] et *Garib* [peregrinum et rarum] *Corani,* idque parvo tempore. Tum tranſibam ad *al-Idha* auctore Abu-Ali Fareſi, in quo multos menſes conſumſi. — Paucis diebus didici *Tacmilah,* [eiusdem auctoris] ſingulis ſingulos quaterniones. Interum *Mabſutat* [libros fuſiore ſtilo ſcriptos] et *Mochtaſarat* [ſeu compendia] luſtrabam; et diligenter volvebam *al-Moctadab* auctore Mobarredo, et librum Ibn-Daraſtavaihi. Sed neque negligebam interea ſtudium Hadit [ſeu traditionum]. — Abſoluto Moctadabo, accingebar ad *librum* [grammaticam] *Sibuieh,* ad quam legi, quem Siraſicus ſcripſit, commentarium. Dein legi multos libros; ut *Kitab al-Oſul,* auctore Ibn-Sarrago, et *Faraied,* et *Orud* auctore Tebrizico. — Tum incubui in libros Gazalii, ut *Macaſed, Maaiar, Mizan,* et *Mahac an-Natr;* poſtea in libros Avicennae, de quibus didici *Kitab an-Nagat,* et

Kitab

Kitab as-Schafaï; item *Kitab at-Tahſil,* auctore Albahamina, qui fuit diſcipulus Avicennae; item libros complures *Gaberi,* filii Haiiani Sufici, et *Ibn-Vahſchiae* — — "

(234) *Pag. 267. lin. 17. — nomen Carminat adhaeſit.* Videtur primaria ſignificatio eius vocis in *rubore* ſita eſſe. Quod ſi ita ſit, non improbabile Carmatas vel Carmatitas hos eosdem eſſe cum illis Mohammerahis, vel Erythraeis, de quibus ad ann. 226 dixi, et qui Mamuno et Motaſemo principibus, duce Babeko tumultuabantur in Parthia, Choraſana et Aderbigana. Sane Cedrenus p. 526 illos ipſos Erythraeos, Babeki aſſeclas, Κεϱματας appellat; niſi velis eum erroris chronologici accuſare. Attamen Herbelotus p. 257. a. ſcribit, iam ſub Raſchido, aut ſecundum alios ſub Mamuno, iſtam ſectam coepiſſe, ſed diu latuiſſe. Quod ſi ita ſit, (nam auctorem non indicat) fides Cedreni erit in ſalvo. — Pertinent hi Carmatitae ad Iſmaëlitas, quo nomine appellantur omnes, qui ſub praetextu reſtituendi Alidis ſui iuris omnes exceſſus committebant, et Sunnitas modis omnibus torquebant, ipſi neque Muhammedani, neque alii cognitae religioni addicti. Vid. ad an. 494. — Lingua Nabataca, qua Carminat oculorum rubrorem ſignificare dicitur, dialectus eſt ruſtica, cuius criteria quaedam recenſet Nuvairius: اللكنة ادخال بعض حروف العرب في حروف العجم ويشترك فيها اللغة التركية والنبطية وهي ابدال الهاء حاء وانقلاب العين همزة وكانت في لسان عبد الله بن زياد *Locna* [barbariſmus] eſt introductio alicuius litterae Arabicae [Arabibus propriae] in litteras Agamicas [hoc eſt, vel Perſicas, vel in genere barbaras omnes,] quod vitium commune eſt linguae Turcicae et Nabathaeae: ſcil. ut pro ه *He* efferant [aſpirate] ح *Ha,* et pro ع efferant ا *A.* Exemplum ſit facetum illud, quod narrat idem eodem loco. Servus aliquis barbarizans volebat hero ſignificare, ſibi dono miſſum eſſe onagrum, aiebatque احدوا لنا همار وهش quum debuerat dicere اهدوا لنا حمار وحش. Herus non intelligens volebat eum clarius eloqui. Servus, emendare ſtudens vitium, peius efficiebat, efferendo احدوا لنا أير volebat nempe اهدوا لنا عيرا Herus ergo indignabundus, ut priorem dictionem iteraret, imperabat, ſi forte ſic melius perciperet. — Ceterum melior videtur nominis

Carmatitarum etymologia a Raudo tradita, qui Carmat ait oppidum aliquod agri Vaſetani eſſe.

(235) *Pag.* 269. Illuſtrantur hae nugae ex Aſſemani Bibl. or. T. II. pag. 319. b. ubi hanc ipſam hiſtoriam ex Abulfaragii Chronico Syriaco exponit, unde lux aliqua noſtro praeſenti loco accedit. Sunt eius verba haec: "Suae religionis librum ſcripſit et in vulgum ſparſit, et homines ad nova dogmata invitavit. Erant autem eiusmodi. Ego talis, qui putor filius Otmani, ex pago Nazaria, vidi Chriſtum, qui eſt Ieſus, idemque verbum et director, et Ahmed filius Muhammed, filii Hanafiae ex filiis Ali, idemque Gabriel angelus, et dixit mihi: tu es qui legis, tu es veritas, tu es camelus cuſtodiens iram adverſus infideles, tu es iumentum ferens onus fidelium, tu es ſpiritus, tu es Ioannes filius Zachariae. Praedica ergo hominibus ut quater genua flectant —" Eſt inſana miſcela Chriſtianiſmi et Muhammediſmi; et ſatis apparet, hanc ſectam e reliquiis ſectatorum Muhammedis filii Ali ex Hanafitide, prognatam fuiſſe. Quum gratus eſſet ille Muhammed, filius Hanafitidis, Arabibus Arabiae felicis, facile fieri potuit, ut Chriſtiani quidam haeretici Nagranenſes ad eum tranſierint, eique tribuerint, quae Chriſto tribuenda didicerant, illum habuiſſe praecurſorem Ioannem Baptiſtam, illum ſe appellaſſe agnum dei gerentem peccata mundi, illum rediturum aliquando, ut mundum regat in iuſtitia. Poſtremum hoc de Muhammede, filio Hanafitidis, iactabant eius aſſeclae, et ipſum, ut ex hoc loco patet, pro ipſo Chriſto et Meſſia habebant. Formula, *portans onus fidelium* reſpondet, *gerenti peccata mundi.* Sane Arabica vox وزر et *onus* et *peccata* notat. Iam intelligitur quid ſibi velint verba: *tu es camela, tu es iumentum.* Iumentum nempe onerarium, gerens peccata coetus tui; et adverſus ſectae tuae hoſtes camelus rabioſa, hoſtis implacabilis. Summae irae, quae prius non quieſcit quam hoſtem ultus fuerit, et quidem immanibus modis, absque miſericordia, hoſtem delentis et penitus deſtruentis, ſymbolum Arabibus eſt camelus rabioſa, cui iniuria fit.

(236) *Pag.* 271. Conf. Abulfaragium e verſione Pocockiana p. 180. et Aſſemanum e chronico Syriaco Abulfaragii l. c. p. 320. a.

(237) *Pag.* 273. Ceterum mos erat, purgandi ſui et avertendae invidiae gratia defunctorum principum corpora conſpectui et examini magnatum et clericorum exponere. Conf. d'Herbelot p. 643. b. init.

(238) *Pag.* 273. Memorabilis eſt Renaudoti locus p. 332 huc ſpectans. "Cum Mutadido pacem habuit Hamarovia, ait, miſſis anno 279 maximis muneribus, promiſſo etiam tributo annuo ducentorum millium aureorum; datis quoque trecentis millibus pro annis praeteritis. Ea ratione accepit a Chalifa inveſtituram omnium provinciarum, quas pater eius, aut ipſe, poſſederant, eamque duraturam ad annos triginta; miſſa ad eundem Hamaroviam cidaris, veſtis, enſis, et reliqua principatus inſignia. Id quippe ſolum Chalifis ſupererat ex priſtina ſua amplitudine, ut occupatas a variis ducibus etiam ignotis quibusdam rebellibus provincias beneficiario iure poſſidendas concederent. — Pecunias tributi nomine etſi Hamarovia contulerit, tamen rarius id poſtea factum eſt. — Adiunxit etiam ſibi Chalifam per connubium cum filia ſua, *Katerelneda,* quam Motadido deſpondit — tanta nuptiarum magnificentia, ut mira de illo apparatu narrent hiſtorici." — Quae de cauſſis ſubmiſſionis, quam Chamaruieh erga Chalifam demonſtravit, ibidem loci diſſerit Renaudotus, egregia ſunt et politicae, quae tum erat, orientali congrua.

(239) *Pag.* 275. *Abu-Iſa Tarmadanus.* Eſt ille, quem Curio H. S. p. 16 ult. *Aterınindum* appellat, ubi ſex orthodoxarum apud Muhammedanos ſectarum auctores recenſet, ſed tam obſcure, ut vix agnoſci queant. Sic autem nominat eos: *Mulcinus* [eſt Malek filius Anaſi, de quo vid. ad an. 179], *Boarius, Avora, Anoëcius,* [in his tribus latent Abu-Hanifa, Ahmed fil. Hanbali, et Schafiaeus,] *Atermindus* et *David* [de quo vid. ad ann. 270]. Quae paullo poſt ſequuntur p. 17. (6.) de *quatuor ſectis* non aeque barbara, neque aeque inepta ſunt. Vid. d'Herb. p. 23. a. ubi ad tit. *Termedi* remittit, ſed fruſtra, quod ſaepe in illa Bibliotheca contigit. Nihil enim ibi reperitur; neque pag. 873. voce *Tarmadi,* quidquam, quod ſaltim huc faciat. Sed conf. pag. 394. a. init.

(240) *Pag.* 275. Ex operis Ibn-Abu-Doniae ſunt: liber de humilitate et vita in obſcuro كتاب التواضع والخمول (ita nempe legendum apud Herbel. pag. 966. a., non ut editur, الخمور *de la ſuffrance*); item,

كتاب التوكل de devotione in Deum [Herbel. ibid.]; porro كتاب الصمت liber de ſilentio [Herbel. p. 972. a.]; item, كتاب العز والصبر [ibid. p. 973. b.]; كتاب الامانات (vel الامانة) [ibid. p. 977. a.]; et, qui forte idem eſt cum illo, ita ut alterutro loco ſcriptio depravata fuerit, كتاب المناجات [ibid. pag. 979. b.], denique كتاب الموت liber de morte. [ibid].

(241) *Pag.* 275. Nimis adhuc obſcura et ignota nobis res eſt vectigalium, tributorum, cenſuum orientalibus principibus debitorum. Ego rem ſic concipio. Chalifae ſuis legatis provincias pro certa quadem pecuniae ſumma annua, de qua inter ipſos conveniebat, permittebant. Legati a ſubditis per ſuos quaeſtores certe quodam menſe et die exigebant *Charragam,* hoc eſt reditus e terris, cenſus fundorum et rerum immobilium. Quia vero annus Muhammedanorum lunaris eſt, et menſes ambulatorii, ita ut principes in triginta tribus annis unum annum lucrentur, quem perderent, ſi ſecundum noſtrum morem ſolares annos computarent: neceſſe eſt, ut ſubditi pendant id quod princeps lucratur. Hic ergo Chalifa volebat ſubditis parcere, et edicebat ut cenſus eodem ſemper die et menſe, non lunari, ſed ſolari, et quidem Nairuzo, (ita Perſis primus anni dies appellatur) exigerentur. Mos ille ſaepius abolitus, iterumque revocatus fuit. Viguit aliquando in Aegypto ſub Turcarum imperio mos, tributum ſecundum annum ſolarem exigendi: verum praefectorum avaritia deinceps lunares introduxit. Iamdudum ante ſub Fatemidis id idem inſtitutum fuerat, ut patet ex Renaudoto p. 489. 490.

(242) *Pag.* 277. Longe aliam cauſſam caedis Chamaruiae, ex Chriſtianis, ut videtur auctoribus, perhibet Renaudot. pag. 334. quam ſuo loco relinquimus.

(243) *Pag.* 277. D'Herbelot p. 290. a. temere Ahmedem fil. Davidis et Abu-Hanifam Ahmedem diverſos facit, quum unus homo ſit. Raud de hoc ita narrat: "Abu-Hanifa Ahmed, filius Davud, Dainavarenſis, unus polyhiſtorum celebrium in fikha, et philologia, ſcripſit *Kitab al-Vaſaiel* [ſeu mediorum, vel et coniunctionum]; item de *Algabra val Mocabala;* item *Kitab Iſlah al-Mantak.* Obiit anno 282." Non aeque facile eſt, chronologiae conciliare

ciliare quod habet Herbelotus pag. 934. a. voce *Zig Abu-Hanifah Deinouri.* Eſt idem homo cum eo, quem coram habemus. Et tamen ei tribuit "Obſervations aſtronomiques compoſées par Abu-Hanifah, qui'l a obſervé dans la ville d'Iſpahan l'an 635 de l'Hegire pour le Sultan Roknaldoulat de la dynaſtie des Bouides." Neque hic Abu-Hanifa Buidas et quartum Saeculum, neque Buidae ſeptimum Saeculum attigerunt.

(244) *Pag.* 279. *Harun, Chamaruiae fil.* "Quem etiam Motaded Chalifa in praefectura confirmabat, in annuum tributum ſpondentem millies mille numos aureos. Manſit in ea novem per annos, donec eum patruus die 18 ſecundi menſis anni 292 peremit. Is erat Abu-l-Magaz Schaiban, filius Ahmedis, filii Tuluni, qui poſt decem in poteſtate tranſactos dies peremtus hanc dynaſtiam clauſit, quae 37 annos et aliquot menſes in univerſum tenuit." Verba ſunt Marai.

(245) *Pag.* 279. Bis de Bohtario narrat d'Herbelot pag. 164. a. ſub tit. *Bakhteri,* et p. 208. b. ſub tit. *Bokteri.* Priore loco quae tradit, obſcuritate et erroribus libera non ſunt. Loquitur ibi de ipſius Hamaſa, vulgo *Hamaſa minore* dicta, quam ad exemplum Hamaſae proprie ſic, item maioris dictae et ab Abu-Tamamo conditae, compilavit. Ipſe ego huius libri exemplar eleganter et ſatis emendate ſcriptum, quod in Catal. Bibl. Leidenſis pag. 473. n. 1570. laudatur, tractavi. Indeque titulum eius apponam:
كتاب الحماسة تاليف ابي عبادة الوليد بن عبيد البحتري اختاره
من اشعار العرب للفتح بن خاقان معارضة لكتاب الحماسة الذي
الفه ابو تمام حبيب بن اوس الطاي ، رواية ابي العباس احمد
بن محمد المعروف بابن ابي خالد الاحول عن ابيه عن البحتري
"Liber Hamaſae compoſitus ab Abu-Obaida Valido, filio Obaidi, Bohtario, et extractus ex Arabum variis carminibus, in uſum [Veziri] Fatahi filii Chacani [vid. ad ann. 247] et ad imitationem atque velut ανταγωνιαν eius Hamaſae, quae ab Abu-Tamamo Habibo, filio Auſi, Taiita, edita fuit. Hunc librum recenſuit Abu-l-Abbas Ahmed filius Muhammedis, vulgo Ibn-Abu-Chaled al-Ahval ſeu luſcus, dictus, ea ratione quam a patre ſuo accepit, qui ipſum Bohtarium audiverat librum ſuum praelegentem et recenſentem."

Digeſtus

Digeſtus eſt in 147 capita, ad modum Stobaei Graeci. Specimen poëſeos huius viri habet Nuvairius hoc:

انا شجر المودة لم تتجده بغيث البر اسرع في التجفاف ،

"Quando arborem amicitiae non rigas imbre beneficentiae, cito exareſcit."

(246) *Pag.* 279. *Ibn-er-Rumi.* En ſpecimen poëſeos huius viri, ex Nuvairio:

عدوك من صديقك مستفاد ، فلا تستكثرن من الصحاب ،
فان الداء اكثر ما تراه يحدك من الطعام او من الشراب ✲

"Inimicus tuus proficit per amicum tuum: ne multos ergo trahas amicos.
"Saepiſſime nempe videbis morbos naſci et concitari a cibo et potu."

Comparat amicos, qui in noſtra intima ſecreta penetrant, cum cibo et potu qui in ſanguinem noſtrum penetrat. Aliud habet Herbelotus pag. 722. a. quod Arabicis litteris ſic exaratur:

لم ار شيا حاضرا للمرء نفعه كالدرهم والسيف ،
يقطع له الدرهم حاجته والسيف يحميه من الحيف ✲

Haec de genere ethico. De ſatira haec accipe ex eodem Nuvairio. Avarum pingens eum appellat

الحابس الروث في اعفاج بغلته خوفا الي الحب من لقط العصافير ،

"retinentem ſtercus in inteſtinis mulae ſuae, metu nempe, ne in illo paſſeres granum aliquod inveniant"

quod in ſuccum et ſanguinem mulae ſuae non ceſſerit. Item hoc:

يقتر عيسي بنفسه وليس بباق ولا خالد ،
ولو يستطيع لتقتيره نفس من منخر واحد ،

"Etiam halitus ſui parcus eſt, etiamſi ſciat ſe aeternum non vivere.
"Tam triparcus eſt, ut, ſi poſſet, tantum ex una nare reſpiraret."

(247) *Pag.* 281. Et ſane ceſſit Moaviae voracitas in proverbium Arabibus, ut dicant آكل من معاوية "voracior quam Moavia." Ad quod proverbium adfert Meidanius illud poëtae:

صاحب

صاحب لي بطنه كالهاوية ، كأن لي في امعايه معاوية ،

"Habeo ſodalem, cuius venter vorago eſt; tanquam ſi in eius inteſtinis Moavia habitaret."

Mira quoque de ipſius hoc vitio narrat Nuvairius.

(248) *Pag.* 283. *Camel Mobarredi.* Hunc librum ipſe olim tractavi, codicem nempe, qui in Catal. Bibl. Leid. p. 468. n. 1462. recenſetur. Egregium deprehendi, operi Meidanii comparandum neſcio an praeferendum; digniſſimum luce, et utiliſſimum futurum, ſi ederetur, illis qui linguae Arabicae indolem ſcrutari velint. Sed dolendum, codicem illum Leidanum pereleganter quidem et nitide ſcriptum, tamen partim imperite ab uno ſcriba exaratum fuiſſe, (nam duo illum ſcribae confecerunt) partim ab altero atramento pallido, evaneſcentibus litteris ſcriptum. Falſus fuit d'Herbelot pag. 246. b. ubi tradit hiſtorici argumenti librum eſſe. Non videtur oculis uſurpaſſe. Et quis tantae farragini attente luſtrandae, unus ſufficiat?

(249) *Pag.* 285. Teixeira pag. 254. 255. — Quid porro de Soffaridis factum, omiſit noſter memorare. Teixeira vero fata huius dynaſtiae latius exſequitur p. 256. 258 ſqq. Conf. d'Herbelot p. 112.

(250) *Pag.* 285. Non ab ipſo Samanida, ſed ab eius legato, Muhammede, filio Haruni, fuſum et occiſum anno 287, die Veneris, quinto decimi menſis, perhibet Hamza Iſpahanenſis.

(251) *Pag.* 287. *Ali — Bagavita.* "Bagavita eſt gentile urbis Choraſanicae, inter Marv et Harat ſitae, cui nomen eſt Bag, et Bag-Schur; unde prodiit Abu-l-Ahvas Muhammed, filius Haiiani, Bagavita, Bagdadi cives, a quo tradidit quaedam Ahmed, filius Hanbali; item fakihus Abu-Iacub Iuſef, filius Iacubi, Bagavita; et Abu-Caſem Abdalla, filius Muhammedis, filii Abd-el-Azizi, Bagavita [de quo vid. ad ann. 313]." Verba ſunt Abulfedae in Geographia. Conf. d'Herbelot pag. 167. a. ubi alium habet, illum nempe, de quo noſter ad ann. 510.

(252) *Pag.* 291. *Modatarum, cuius in Corani ſit mentio.* Initio Surae LXXIV. vid. Sale pag. 471. Verba Arabica Beidavii, qui ibi maxima pro parte Anglice exhibentur, haec ſunt: المدثر هو لابس الدثار ، روي انه

انه عليه السلام قال كنت بحرا فنوديت فنظرت عن يميني وشمالي فلم ار شيا ، فنظرت فوقي ، فاذا هو علي العرش بين السماء والارض ، (يعني الملك الذي ناداه) فرعبت ورجعت الي خديجة فقلت دثريني ، فنزل جبريل فقال يايها المدثر ، ولذلك قيل هو اول سورة نزلت ، وقيل تاذي من قريش فتغطي بثوبه مغكرا [forte منكرا] ، او كان نايما متدثرا فنزلت ، وقيل المراد بالمدثر المتدثر بالنبوة والكمالات النفسانية Poſtrema haec videntur maxime huc quadrare, et rationem ſuggerere, quare ille rebellis hoc mirum nomen aſſumſerit. Perhibent nempe quosdam vocem, *obvolutus*, interpretari per, *tectus prophetiae et reliquarum perfectionum ſpiritualium dotibus.* Carmatitae profecto vehementer ſectabantur allegorias.

(253) *Pag.* 291. In Geographia nominat Abulfeda urbem *Daliam.* "Auctor eſt Ibn-Haucal, ait, Daliam urbem eſſe in ripa Euphratis, ubi captus fuerit ille cum naevo, Saheb al-Chal, vel et Abu-Schamah [quod idem ſignificat] Carmatita, qui turbabat in Syria; ſitamque eſſe inter Rahabam, eam nempe, quae de Maleco filio Tauki nomen habet, et inter Anam. Apparet ergo eam ad Deiar-Modar pertinere." Apparet quoque haec cum dictis in contextu non optime conſonare.

(254) *Pag.* 291. *Baria.* Hoc eſt Campania, vel Deſertum. Tractus id nomen eſt, urbibus vacui, ab utroque latere Euphratis, ſed ab orientale maxime, tentoriis Arabum campeſtrium occupati. Marinus Sanutus *Beriam* vocat p. 93. "Arabes, ait, qui Beduini vocantur, in Beria continue habitantes, ſeu in locis campeſtribus, ſub tentoriis manſiones ſuas omni tempore facientes."

(255) *Pag.* 297. D'Herbelot p. 665. a. et 711. illum librum nominat نصيب *Naſib,* pro *Cadib,* alterumque الفريد *Ferid,* pro *Ferind.* Vtrumque male.

(256) *Pag.* 297. Multa exſtant huius Actami, Salomonis Arabum ante Iſlamiſmum, monumenta penes Nuvairium, Ibn-al-Guzium in Mirat

az-

az-Zaman, et apud Meidanium praecipue; unde unum ſpecimen excerpam, non contemnendum, ſi reputes, ab Arabe profectum Scenita, litterarum ignaro, cui nulla ingenii cultura fuit, nullum cum urbibus, cum viris doctis, cum libris commercium. Eſt autem epiſtola paraenetica, quam moribundus ſuis gentilibus, quorum Hakem ſeu iudex erat, relinquebat. Refert eam Meidanius num. 3915. occaſione proverbii لن يهلك امرو يعرف قدره "non peſſumit et abiicitur vir, cuius verum pretium ab aliis intelligitur." Hoc proverbium, ait, primus dixit Actam filius Saifii, in teſtamento ſuo Taiitis relicto, quod hoc eſt: اوصيكم بتقوي الله تعالي وصلة الرحم ، واياكم ونكاح الحمقاء فان نكاحها غرر وولدها ضياع ، وعليكم بالخيل فاكرموها فانها حصون العرب ، ولا تضعوا رقاب الابل في غير حقها فان فيها ثمن الكريمة ورقو الدم وبالبانها يتحف الكبير ويغذي الصغير ، لو ان الابل كلفت الطحن لطحنت ، ولن يهلك امرو عرف قدره ، والعدم عدم العقل لا عدم المال ، ولرجل خير من الف رجل ، ومن عتب علي الدهر طالت معتبته ، ومن رضي بالقسم طابت معيشته ، وافة الراي الهوي ، والعادة املك ، والحاجة مع المحبة خير من المغضبة مع الغني ، والدنيا دول ، فما كان لك اتاك علي ضعفك ، وما كان عليك لم تدفعه بقوتك ، والحسد داء ليس له دواء ، والشماتة تعقب ، ومن ير يوما ير به ، وقبل الرماء تملا الكناين ، الندامة مع السفاهة دعامة العقل ، الحلم خير الامور ، معنة الصبر بقاء المودة ، من يزر غبا يزدد حبا ، التغرير مفتاح البوس ، من التواني والعجز نتجت الهلكة ، لكل شي ضراوة فضرّ لسانك بالخير ، عي الصمت احسن من عي المنطق ، الحزم حفظ ما كلفت وترك ما كفيت ، كثير التنصح يهجم علي

علي كثير الظنة ، من الحف في المسالة ثقل ، من سال فوق قدره استحق الحرمان ، الرفق يمن والخرق شوم ، خير السخاء ما وافق الحاجة ، خير العفو ما كان بعد القدرة * "Commendo vobis timorem dei maximi, et culturam mutui amoris erga gentiles veſtros. — Caveatis vobis a matrimonio inſanarum mulierum (vel fatuarum): ipſae enim ſpem maritorum fallunt, et ipſarum liberi pereunt. — In honore et reverentia habete equos: ſunt enim arces Arabum. — Neque promiſcue tractate, neque impendite, ubi non oportet, viles ad uſus cervices ſerviles camelorum. Nam per eas ſponſus nobilem ſponſam ab eius parentibus redimit, et domum ducit; per eas ſiſtitur pronus ad erumpendum ſanguis, et expiantur caeſorum manes, placantur affines, et bella componuntur. Ipſarum lac offertur adultioribus in reverentiae teſtimonium et hoſpitalem coenam; infantes autem nutrit idem. Praeterea tam ſunt obſequioſae hae beſtiae, ut ſi vel in priſtinum detruderes et helcio illigares, molerent. — Non peſſumit homo, cuius pretium intelligitur. — Egeſtas eſt defectus prudentiae, non opum. — Saepe unus vir plus praeſtat quam mille. — Qui temporum ſuorum infelicitatem queritur, ille nunquam non habebit cauſſam querimoniarum. — Sorte ſua contento vita ſuavis. — Peſtis conſilii eſt temeraria cupido. — Conſuetudo potior. [hoc eſt, aut, mos receptus praeſtat innovationi; aut, conſuetudo eſt altera natura et vincit conatum novaturientis.] — Inopia cum amicitia eſt melior quam ſimultas cum opulentia. — Mundus hic conſtat recurrentibus in contrarium revolutionibus. — Ita fit, ut quidquid tibi boni contingit, ſponte ſua veniat, etiamſi non quaeſiveris, aut acquirere tibi non valueris. — Et viciſſim, quidquid adverſi tibi accidit tam violenter ingruit, ut omnes tuae vires id arcere non valeant. — Invidia eſt morbus, cui medicina non exſtat. — Malis inimicorum illaetari poenitentiam et triſtes trahit conſequentias, et eadem ab aliis patiendi neceſſitatem. — Qui videt diem, conſpicitur in eodem [hoc eſt, ne ante tempus te vanis curis et conſiliis angeas; ubi ad rem deventum fuerit, res ipſa monſtrabit quid agendum. Vel etiam poteſt notare: qui prodit in publicum, debet hominum iudicia ferre; non poteſt eorum oculos et ſermonem evitare]. — Ante velitationem

tationem implere pharetras ſagittis, prudentiae eſt. — Poenitentia cum ſtultitia eſt fulcrum ſapientiae. — Manſuetudo eſt rerum omnium optima. — In proviſione [proventu, penu, مونة ſic puto leg.] patientiae eſt vita et ſubſiſtentia amicitiae. — Amicus amico eo acceptior, quo rarius inviſit. — Diſcordia eſt clavis miſeriae. — Deſidia et *απορια* progerminat exitium. — Poſſumus rebus omnibus, quibus volumus, nos aſſuefacere. Linguam ergo tuam aſſuefac, ut bene dicat. — Infantia taciturnitatis pulchrior eſt, quam infantia garrulitatis. [Vt quis impeditioris linguae taceat, vitii ſui naturalis ſibi conſcius, decentius id ipſi eſt, quam alteri conatus ſuus naturale ſuum vitium coacta loquacitate expugnandi.] — Prudentia eſt commiſſorum ſatagere; in alienam provinciam non invadere. — Nimis frequens ſinceritatis oſtentatio et amicabilis admonitio generat ſuſpiciones et ſimultates. — Qui importune et pertinaciter flagitat, gravis fit. — Qui rogat altiora quam pro ſua perſona et dignitate, aequum eſt illi repulſam dare. — Moderatio rebus in omnibus parit felices ſucceſſus; vehementia et ſtolidus impetus, infelices. — Optima ea eſt liberalitas, quae cum eius, in quem confertur, indigentia congruit [ut neque parca ſit, neque abundet]. — Optime tum ignoſcitur, quum inimicum, qui nos laeſerat, quum poſſemus ulciſci, mittimus. —" Hactenus Meidanius. Obiit hic philoſophus Arabs Scenita anno Fugae octavo, ſeu Chriſti 630.

(257) *Pag.* 297. Kautar eſt fluvius paradiſi, qualem Muhammed ſuis aſſeclis promiſit. Scilicet viderat Muhammed, ut ferunt, per inſomnium, Ommiadas, iuratos ſuos hoſtes, tyrannidem ſuam invaſuros eſſe. Quam ob rem ne animo affligeretur, deum aiunt ipſi Cautarum, ſeu paradiſum in ſolamen et compenſationem promiſiſſe. Philoſophus autem hic ridet frigidum ſolatium, et dicit, in Actami ſententiis multo acutiora exſtare argumenta, quibus quis animum adverſus calamitates et inſolentiam inimicorum illaetantium obfirmet, e ſolidiore philoſophia petita. Iſta e paradiſo arceſſita ſolatia illis non poſſe ſatisfacere, quibus cor recte ſalit. De fluvio Cautar vid. Pocockii Not. Miſc. p. 292.

(258) *Pag.* 299. *Muhammed, fil. Naſri, Marvazi* videtur idem eſſe cum Abu-Naſro Meruzi, quem d'Herbelot nominat p. 864. b, et ait, vitam

 erudi-

eruditorum Choraſanicorum ſcripſiſſe. Perſae voces ابن et ابو permutant. Sebekaeus eum appellat الامام الجليل Imamum excellentem, et احد اعلام الامة unum vexillorum [vel inſignium eruditione doctorum] gentis Muſlemicae; natum ait Bagdadi anno 202, adoleviſſe Niſaburae, conceſſiſſe Samarcandam, rediiſſe rurſus Niſaburam, ibique Muftium egiſſe, قال ابو بكر الصيرفي لو لم يصنف المروزي الّا كتاب القسامة لكان افقه الناس ، وكيف قد صنف كتبا سواها "et Abu-Becrum Siraficum de ipſo hoc iudicium tuliſſe: ſi alium librum non ſcripſiſſet Marvazi, quam ſolum illum de iuramentis, eſſet hominum iuris peritiſſimus. Quid iam dicemus de illo, qui tot alios ei ſimiles ſcripſit?"

(259) *Pag.* 301. Secundum Hiſpanos auctores obiit Mondar ann. Muh. 275. Vid. Roderic. Tolet. c. 28 fin. et c. 29 init. p. 25. Errori occaſionem dedit ſimilitudo vocum سبعين *ſeptuaginta*, et تسعين *nonaginta*. Confer. Hiſt. Revol. Hiſp. T. III. p. 85. 86. Rarum eſt, quod ex Ibn-al-Amido refert Herbelotus p. 621. a. "Ce prince fut tué apres vingt deux ans ou environ de regne, dans la guerre qu'il faiſoit aux habitans de Cordoue, qui s'êtoient revolté contre lui." Ceteri omnes, quos vidi, naturali morte perhibent exſtinctum.

(260) *Pag.* 303. Specimen poëſeos Radii dat Elmacinus pag. 187. Diſtichon, quod ibi male vulgatum et redditum eſt, ſiic legi et verti debet:

معتقة صاغ المزاج لراسها اكاليل در ما لمنظومها سلك ،
جرت حركات الريح فوق سكونها فذابت كذوب التبر اخلصه
السبك *

"Generoſum [vinum] cuius capiti fudit oenochus coronas margaritarum, quarum baccae, quamvis ſeſe invicem immediate tangant, tamen confilatae non ſunt. [Intelligit ſpumae bullas inter infundendum naſcentes.]

Si venti motus ſuper eius quietem currant [hoc eſt, cui quieto ſi tantillum aurae allabatur], liquidum undat, ad inſtar auri in pulvere, quod fuſio in fluxum adegit."

Appo-

Apponamus etiam, quod ibidem exhibetur, eiusdem mortualem quaſi monodiam, ut legi et intelligi debet:

يا نفس صبرا، لعل الخير عقباك ، خانتك من بعد طول الامن
دنياك ،

مرت لنا سحرا طيرا فقلت لها طوباك يا ليتني اياك طوباك ،

ان كان قصدك شرقا فالسلام علي وادي الصراة ابلغي ان كان
مغواك ،

من موثق بالمنايا لا فكاك له تبكي الدماء علي انف له بواكي ،

ورب امنة حانت منيتها ورب مطلقة من بين اشراك ،

اظنه اخر الايام من عمري ويوشك اليوم ان يبكي لي الباكي *

"O anima mea, patientiam! forte in fine rerum invenies bonum [in altera nempe vita]. Decepit te poſt longam ſecuritatem mundus tuus.

Videns hodie mane praetervolantem apud me [aviculam,] dicebam ipſi: beatam te! utinam tu eſſem! beatam te!

Si tendis in orientem, dic fluvio Sorat [et eius accolis], modo illuc tendas, ſalutem,

nomine [mei] vincti a fatalibus neceſſitatibus, e quibus reſolvi et expediri nequit; ſuper cuius naſum ploratores [oculi] ſanguinem effundunt.

[Sed non deſperemus.] Saepe imminet fatum ſecurae [animae], contra vero [praeter ſpem alia] mediis e retibus dimittitur.

[Quidni autem deſperem?] Eſt hic dies procul dubio aetatis meae ultimus, et quis ſpondeat, quin paullo poſt hoc ipſo die mihi luctum aliquis [amicus] inſtiturus ſit."

Poëmata eius in unum codicem ſeu Divanum congeſta fuiſſe a Saulio tradit Herbelotus pag. 298. b. ſed animadverſione indigent eius verba: "Le Divan d'Abdalla, fils de Mohammed, qui fut ſeulement pendant quelques heures Khalife ſous le nom de Motaz billah, a été publié par Saouli. Il eſt dans la bibliotheque du Roi." Confundit hic filium cum patre, et huius nomen illi tribuit, ut patet. Conf. p. 643. b.

(261) *Pag.* 307. Memorat Noſter ann. 721 Hamamat ad duas diaetas in occidentalem Alexandriae. Mallem igitur eas thermas hic intelligere, quam urbem *Hammamet*, apud Tunetum ſitam. Paullo enim ea longius a Miſra diſtat. Interea tamen nihil obſtat, quominus auctor hanc deſignaverit. Vid. Leo Africanus V. 65. pag. 381. ubi "oppidum ante paucos annos a Muhammedanis exſtructum" appellat, temere. Nam non tantum Abulfeda in Geographia, ſed etiam ante ipſum Geographus Nubienſis eam laudat p. 102. circa fin. Forte invenerat Leo in ſuo, quem exſcribebat, Arabe مدينة محدثة frequentem formulam, innuentem urbem recens factum, nempe a Muhammedanis, quae opponitur القديمة antiquae, ſeu a Graecis vel Romanis vel aliis ante Iſlamiſmum conditae.

(262) *Pag.* 309. Adſcribam locum e Conſtantini Porphyrog. libro de adminiſtr. imper. qui in edit. Meurſ. mancus circumfertur, pag. 58. et ſic ſupplendus eſt e cod. Voſſiano, quod ex cl. Valckenaerii exemplo didici. *Ιστεον ὁτι τρεις Αμερουμνεις εισιν εν ὁλη τη Συρια ηγουν εν τη των Αραβων αρχη, ὡν ὁ μεν πρωτος καθεζεται εν τω Βαγδαδ. εστιν δε εκ της του Μουαμεδ γενεας, ητοι του Μουχουμεδ. ὁ δε β̄ καθεζεται εν τη Αφρικη και εστιν εκ της του Αλημ γενεας και Φατιμε, θυγατρος του Μουαμεδ. εξ οὑ και Φατημιται ονομαζονται. ὁ δε τριτος καθεζεται εν Ἱσπανια. εστι δε απο της γενεας του Μαβιου* cet. et pag. 59. fin. *λεγει δε αὐτον ειναι απο της γενεας του Αλημ.* Quod deinceps de domino Arabiae felicis perhibet, id nequit niſi de dominis Meccae et Medinae intelligi. Conf. Renaudot p. 352.

(263) *Pag.* 309. *Obaidalla, fil. Ahmedis.* Hunc Abu-Oſaiba cap. XII. de vit. med. n. 2. aliquoties *Abdallam* appellat, et inter alia perhibet, hac de revolutione narrationem edidiſſe illum Ahmedem, filium Ibrahimi, filii Abu-Chaledi, Ibn-el-Gazari [vel *filium lanionis*], cuius *Zad al-Moſafer* Conſtantinus Africanus latine interpretatus eſt, et de cuius libro ſeptimo partem quae de febribus tractat ſub Syneſii nomine Graece et Latine dedit doctiſſimus apud Amſtelodamenſes medicus *Io. Steph. Bernardus.* Patet hinc, quomodo corrigendus ſit Herbelotus p. 43. b. voce *Akhbar al-Daoulat al-Mahadiah, hiſtoire — compoſée par Abou Giafar Ahmed ben Ibrahim Ben al-Harar, ſurnommé al-Afriki.* Scilicet habebat in ſuo codice الحرار absque punctis diacri-

diacriticis. Sed leg. الجزار *al-Gazar*. Idem pag. 66. a. voce *Afriki* duos facit *Giazar* et *Ibn-Harrar*, quum idem ſit homo. Porro articulo *Obaidollah* pag. 683. a. inſunt naevi non pauci; ut quod Obaidallam patrem Mahdii facit; quod Mahdium ait Aegyptum penetraſſe et Alexandriam cepiſſe. Quod autem ait gentem eius, vulgo Fatemidas, rarius Iſmaëlitas dictos, frequentiſſime et fere ſolum Obaiditarum nomine deſignatos ab Abbaſidis fuiſſe, alibi non legi.

(264) *Pag.* 309. Hoc adverſa fronte pugnat cum illis, quae Elmacinus p. 257 perhibet, nempe Scharifum er-Radi illi celebri bullae, de qua ad ann. 402, ſubſcripſiſſe, qua nempe declarabantur Fatemidae Miſrenſes a genere Alidarum prorſus alieni. Pugnat etiam hoc, quod Noſter anno 359 ait eius patrem, Scharifum Muſudicum, Moëzzo Fatemidae apud Medinam pia vota non feciſſe.

(265) *Pag.* 311. "Vulgo appellant hos Fatemidas. Solebat enim Mahdi ſe filium Muhammedis, filii Iſmaëlis, filii Gafari Sadeki iactare. Sed recentiores dicunt, eius avum fuiſſe Magum, aut Iudaeum; et quod utroque peius Bathenitam ſceleſtum maledictum, qualis ardet totam religionem Muſlemicam funditus eradicare, et doctores eius fakihosque omnes perdere; quo nempe ipſe poſſit plebem ductitare. — Liberi Mahdii veſtigia eius presſerunt, et praecipue filius, Caiem, peior adhuc patre Zendicus [ſeu atheus] maledictus; qui non verebatur publice prophetas convitiari, et qui publice curabat per praeconem proclamari: *Maledicite foveae* [illi, quae Muhammedem cum Abu-Becro Mecca auffugientem irae Coraiſchitarum et caedi ſubtrahebat] *et illi quod ea continebat* [id eſt Muhammedi et Abu-Becro]." Verba ſunt Marai, qui quavis occaſione vehementer in ipſos debacchatur, et negat Muhammedanos fuiſſe, variis uſus argumentis; quod necaverint Sunnitas ob ſolum ſectae diſcrimen; quod Iudaeos et Chriſtianos ſummis dignitatibus praefecerint, ad quas adſpirare alienus a fide ob ipſam muneris naturam nequit; quod ſibi vindicaverint divinitatem, omnipotentiam, omniſcientiam cet. [vid. ad ann. 361]; quod permiſerint chriſtianis eccleſias publicas condere; quod paſſi fuerint in ſuo palatio Chriſtianos palam clamare: "Quisquis Muhammedem et eius ſocios convitiabitur, illi ſpondemus numum aureum, et modium fru-

frumenti"; quod aeternitatem mundi crediderint; quod nullam reſurrectionem, non paradiſum, non infernum, non preces, non eleemoſynas, non ieiunia, non Meccanum iter ſtatuerint; quod fuerint Druſi [vid. ad a. 706]; quod, qui optimi eorum fuerint, fuerint Rafeditae; atqui hanc ſectam omnium illarum, quae ad Keblam reſpiciunt, longe peſſimam eſſe; et talia plura.

(266) *Pag.* 311. *eique ſecreta legis — traderet.* Diu me torſit hic locus, donec in ſcriptores noſtros Cruciatarum inciderem, penes quos frequens mentio *ſecretae legis.* Non enim intelligebam ſignificationem vocis دعوة quae hic obtinet, et in Lexico Goliano non exſtat, nempe *lex.* Notat alias *invitationem, vocationem;* hinc *fidem, religionem, ſectam;* velut nos dicimus *το ευαγγελιον, το κηρυγμα,* pro fide chriſtiana. Idem quoque ſignificat vox دعوى et داعية Exemplum eſt apud Rihan: امرهم بداعية الاسلام "imperavit ipſis legem Iſlamiſmi" et in cl. Schultenſii Indice Geographico poſt vitam Saladini voce *Maſiata,* ubi legitur فيه دعوة الاسماعيلية "ibi ſecta Iſmaëlitarum nidulatur." In iisdem mecum dubiis haeſit Erpenius, qui in Elmacino p. 75. init. كتب الدعوة *ſcripta vocationis* vertit, minus perſpicue. *Libros legis* mallem interpretari, vel *acta, inſtrumenta ſectae.* Poteſt enim ſic, neque improbabiliter, verti. Videntur nimirum in talibus كتب libris, ſcriptis, vel tranſactionibus nomina illorum deſignata fuiſſe, quos ſibi ſucceſſores in Imamatu volebat habere is, qui chartas illas tradebat, vita et Imamatu decedens. Fundamentum huic coniecturae praebet locus Ibn-Cotaibae p. m. 133. quem locum ſupra iam ad ann. 81 attuli. — De lege ſecreta, de الباطن Bateno, ſeu interiore, abſtruſa ſcienta, (de qua dicti Batenitae) multa quidem mentio in libris, obſcurum tamen eſt, qualis illa doctrina fuerit. Forte pars eius fuit indicium, quonam in loco degeret ille ipſis exſpectatus Mahdi, ſeu director, quem alicubi in monte quodam inacceſſo latitare, et ſub finem rerum in mundum rediturum perhibebant, ut obſcura et dubia fidei omnia diſcuteret et iuſtitiam orbi terrarum redderet. Vid. d'Herbelot p. 604. et Iacob. de Vitriaco Hiſtor. Hieroſ. I. 13. 14. cuius haec ſunt verba: "qui Iſmaëlitae, licet magna ex parte Machometi legem obſervent, dicunt tamen ſe legem quandam aliam occultam habere, quam non liceat alicui revelare, niſi filiis eorum, quum tam adultae ſunt aetatis, ut ſecreta

pueri-

pueriliter non revelent; vel mortis in articulo, quum patres in extremis laborantes ſpem evadendi non habent. Vxores autem et filiae ignorantes legem illam dicunt ſe credere. Quod ſi forte filius legem illam, quam vocant occultam, levitate aliqua matri ſuae revelaret, uxor a marito, et filius a patre, absque ulla retractione necarentur." Convenit cum hoc سر الدعوة *ſecreto vocationis*, vel *lege occulta*, سر الوديعة *ſecrecum depoſiti*; ut videatur unum idemque eſſe. *Secretum* illud *depoſiti* Muhammedani iactant Setum in ſuos poſteros propagaviſſe; unde devenerit in Muhammedem; per quem tranſiiſſe ad Alidas iactant Schiitae, negant eorum adverſarii; unde tantae rixae et diſſidia religionum Muhammedicarum. Quid autem ſit illud ſecretum depoſiti, patebit ex inſigni loco Maſudii, qui ad hiſtoriam theologiae Muhammedanae egregie facit; eſt autem hic: ان شيت حكم في الناس فاستشرع
صحف الله وما انزل عليه في خاصته في الاسفار والاشراع ، وان شيت
واقع امراته فحملت بانوش وانتقل النور اليها حتي اذا وضعته ساح
النور اليه ، فلما بلغ الوصاة اوعز اليه شيت شان الوديعة وعرّفه شانها
وانها شرفهم وكبرهم ، واوعز اليه انه ينبّه ولده بحقيقة هذا الشرف
وان ينبّهوا اولادهم عليه ويجعل ذلك فيهم وصية منتقلة ما دام
النسل ، وكانت الوصية جارية تنتقل من قرن الي قرن الي ان ادّي
الله النور الي عبد المطلب وولده عبد الله ابي رسول الله ، وهذا
موضع تنازع الناس فيه من اهل الملة ، فمن قال بالنصّ ، وغيرهم
من اصحاب الاختيار ، والقايلون بالنص هم الامامية من شيعة
علي بن ابي طالب والطاهرين من ولده الذين يزعمون ان الله لم
يخل عصرا من الاعصار من قايم بحق الله اما انبيا واما اوصيا
منصوص علي اسمايهم من الله ورسوله ، واصحاب الاختيارهم
فقهاء الامصار والمعتزلة والمرجية وفرق من الخوارج وكثير من
اصحاب الحديث وزعم هاولاء ان الله ورسوله فوّض الامر الي الامة
ان

ان يختاروا رجلا منها تنصبه اماما لها وان بعض الاعصار قد
تخلوا من حجة الله وهو الامام المعصوم عند الشيعة

"Set agebat iudicem inter homines, et proponebat atque ſanciebat tabulas dei in legem univerſalem, et quidquid ipſi particulariter revelatum fuiſſet, tam in libris, quam in ritibus. Hic Set transferebat lucem dei in uxorem ſuam Enoſcho gravidam; tantiſper, donec ille in lucem prodiiſſet. Dein ut Enoſch prodierat, transmigrabat in ipſum lux dei [vel prophetica]. Et quum attigiſſet aetatem, in qua mandata dei a patre accipere poterat, impertiebat ipſi Set ſtatum [vel rationem] depoſiti, et ſignificabat ipſi quale illud ſit; id eſt docebat ipſum excellentiam et nobilitatem ſuae proſapiae prae ceteris hominibus, imperans, ut veritatem huius nobilitatis ſuis liberis inculcaret, et hi ſuis et ſic deinceps; utque id ipſis iniungeret praeceptum aeternum, ab uno ad alterum propagandum, quoad gens duraret. Itaque accurrit et tranſiit hoc praeceptum et haec oralis traditio de gentis Seticae praecellentia ab una generatione ad alteram, donec tandem perduceret lucem ad Abd-al-Motalebum et eius filium Abdallam, patrem Muhammedis prophetae. Hic autem locus eſt diſputationis inter ſodales religionis Muhammedanae. Nam quidam pro النص ſanctione, alii pro lectione pugnant. Qui ſanctionem ſtatuunt, ut faciunt Schiitae (ſeu fautores) Alii filii Abu-Talebi et ſanctorum eius poſterorum, illi cenſent, deum non ſinere ullum unquam tempus vacuum praeterlabi aut prophetis, aut Vaſiis, vel mandatariis, de quorum fidelitate ſollemnis ſanctio et teſtimonium promulgata univerſis fuerint a deo et eius apoſtolo. Qui autem pro electione pugnant, ut ſunt quatuor ſectarum Sunniticarum fakihi paſſim in maioribus urbibus iura dicentes, et Motazalitae, et Morgitae, et ſectae quaedam Charegitarum, et multi traditionariorum, hi putant deum et apoſtolum eius permiſiſſe Muſlemico populo poteſtatem ſibi rectorem eligendi, et Imamum quem ſequantur, item, vacare interdum tempora tali elencho dei et vindice eius, qualem Schiitae Imamun appellant."

(267) *Pag.* 313. Ab Alio inde usque ad hodiernum diem Schiitae maximam partem ſunt Arabiae felicis incolae. Vid. Abulfedae deſcriptio Arabiae T. III. in geograph. minor. Hudſoni, p. 49. [illegible]

(268)

(268) *Pag.* 313. *eo conſilio, ut ad Mahdium de gente prophetica invitaret.* Quantum equidem intelligo, vult dicere, "ea mente, ut per Arabiam felicem ſpargeret rumorem, Mahdium, qui olim in crypta diſparuerit, duodecimum Imamum, rurſus comparuiſſe, et ut adhortaretur Schiitas, quo eum tueantur." Vid. ad an. 254. Conf. Wilhelmus Tyrius XIX. 20, qui nomen Mahadi interpretatur "complanantem, quaſi qui univerſa ad quietem dirigit, et ſine offendiculo vias populo efficit planiores." Nova explicatio. Sed dubium, radicem مهد, an هدي reſpexerit vir Arabice non indoctus. Videtur tamen potius مهدي pro participio quartae coniungationis a verbo هدي ultima Vau accepiſſe. Notat illud verbum *quieſcere;* et in quarta, *quietare* أهْدَيَ et in participio quartae مُهْدِي (ut proprie efferendum eſt) *quietatorem,* qui reſtituit quietem, qui rixas (de Imamatu ſcilicet ſubortas) in ſua perſona tollit et ſopit; qui animos conciliat. Pulchra profecto etymologia, et altera illa vulgare nihilo deterior; qua ſcilicet a verbo هدي, ultima Ie, derivatur, et directorem ad verum, in veram viam notat. Si viae ſtratorem et complanatorem voluiſſent denotare, qui nomen id confinxerunt primi, debuiſſent non ماهد *Mehed,* ſed ممهد *Momhed* dixiſſe; ut infra anno 380 habemus *Momhed-ed-daulam, ſtratorem, complanatorem dynaſtiae.*

(269) *Pag.* 313. *Sanaa contendebat Adanam.* Non illam celebrem Adenam, ſed aliam ignobiliorem, etiam Arabiae felicis urbem, vel oppidum potius. Ambae diſtinguuntur additamento. Celebris illa dicitur عدن أبين *Aden Abin,* aut *Abein,* aut *Abian,* aut دابين *Babein,* alii enim aliter efferunt [vid. d'Herbelot p. 11. b. et 57. b.]: haec autem عدن لاعة *Aden Laa.* Ita tradit Abulfeda in Geographia: وأما عدن لاعة فبليدة في جبل صبر باليمن ايضا، ومنها (اعني عدن لاعة) كان ظهور دعاة الفاطميين خلفاء مصر "Aden Laa eſt parvum oppidum etiam in Arabia felice, in monte Sabar [vel etiam aloës; putem tamen nomen proprium eſſe], e quo prodierunt invitatores ad obſequium Fatemidarum Chalifarum Aegypti."

(270) *Pag.* 313. *Catama.* Geographus Nubienſis p. 96 gentem facit, et in vicinia Bunae, vel Hipponis, Conſtantiae et Sitifae collocat. Sed

et urbem fuiſſe patet ex Ortelii Theſauro Geogr. voce *Calama*. Sic nempe Oroſii codices habent, vitioſe. Rectum eſt *Catama*.

(271) *Pag.* 321. *Secta Sufica.* Multi multa de hoc ordine religioſorum, ut d'Herbelot p. 797 voce *Razi*, p. 816 v. *Sofi*, p. 873 v. *Taſaouſah*, p. 896 v. *Toſtari*; Pocockius in Spec. Hiſt. Arab. pag. 374, et Itineratores. Varii variam vocis etymologiam exhibent. Sed ſola vera eſt et grammaticae ipſique rei congrua, quae a *Suf* derivatur, Arabica voce, *lanam* deſignante; quia non licet illis religioſis veſtem ſericam, aut aliam praeter laneam portare. Et hinc eſt lana ſymbolum vitae religioſae, ſeu monachalis, et لبس الصوف *induit lanam*, idem eſt atque induit cucullum, profeſſus eſt monachum.

(272) *Pag.* 321. Abu'l-Caſem Gonaid ben Muhammed ben Gonaid al-Chazzaz al-Cavariri appellat eum Raud. Conf. d'Herbelot p. 264. b. ſed male p. 406. a. *Cavarini* editur. Etiam Arabica illa قيمة الانسان بقدر همته non ſatis recte vertit: "Le prix et la valeur d'un homme ſe meſure à ce qu'il eſtime." Notant enim: pretium (vel valor) hominis eſt in ratione ſublimitatis vel humilitatis ſpirituum et conatuum ſuorum. Etiam id non ſatis recte, quod p. 799. b. hunc appellatum ait *Saiied et-Taiefa:* ſcilicet deeſt, *as-Sufia*, dominus vel caput ſectae Suficae. *Al-Chazzaz* appellatur, ſeu quod veſtes et telas ex chazza (ſerico graſſiore, aut ſecundum alios ex lana caſtoris) faceret, aut quod tales veſtes et telas venderet. *Al-Cavariri* autem notat eum, qui vitra, lagenas, facit aut vendit.

(273) *Pag.* 323. Hiſpani non nepotem, ſed filium Abdallae dicunt hunc Abd-er-Rahmanum, et non *Nazerum*, ſed *Almunacer Ladinela* appellant. vid. Hiſt. Revolut. Hiſp. T. III. p. 88. Elmacinus p. 188 eum appellat Naſerum lidin ellah Abd-er-Rahmanum, fratrem (non nepotem) defuncti Abdallae. Sed ſatis patet ex ipſa eius confeſſione, parum ei de rebus Hiſpanis conſtitiſſe.

(274) *Pag.* 327. Vid. d'Herbelot p. 52. b. 493. a. 866. b. et 1014. a. Notum eſt Elmacinum hanc Tabareſtanenſis hiſtoriam in compendium miſiſſe, auxiſſe et ad ſua tempora deduxiſſe. Cel. *Schultens* ex hac hiſtoria partem illam, quae de rebus et regibus antiquis Arabiae felicis agit, utroque ſermone edidit.

(275) *Pag.* 327. Elmacinus p. 184 non ſub Motadedo, ſed ſub Moſtacfio memorat Vezirum Caſſamum, fil. Abdallae, f. Solaimani, f. Vahebi.

(276) *Pag.* 329. Leo African. V. 71. p. m. 383. "Mahdi quum in populum tyrannidem exercere coepiſſet, atque nonnullos ſe coniuratores habere intellexiſſet, hoc oppidum [Mahdiam] conſtruere coepit, ad quod, quoties opus eſſet, ſe recipere poſſet."

(277) *Pag.* 329. Sebekaeus hunc Ahmedem appellat احد ايمة الدنيا المشهور اسمه وكتابه "unum Imamorum totius mundi, cuius et nomen et liber [nempe Kitab as-Sonan, liber traditionum] celebrantur" natum fuiſſe ait anno 215, ſcripſiſſe quoque librum de peculiaribus Alii, quem tamen alii ei abiudicent, انكر بعضهم كتابه الخصايص لعلي رضي الله عنه, expulſum fuiſſe Damaſco, quia Fadaiel [excellentes virtutes] Alii celebraſſet اخرج من دمشق لما ذكر من فضايل علي et deportatum Ramlam, ubi obierit die Lunae, 13 ſecundi menſis anni 303. [Temere Herbelotus p. 827. b. obiiſſe dicit an. 313.] Alios tamen dicere, Meccam deportatum fuiſſe. Haec ille. Sciendum nempe, Ahmedum Tuluni filium magna in veneratione habuiſſe nomen Moaviae, ideoque Syris ſuis praecepiſſe, ut illud pariter colerent, et quaecunque poſſent ex antiquis monumentis ad eum ornandum comportarent. Periculoſum ergo tunc erat Damaſci de Alio aut Abbaſidis honorifice ſentire.

(278) *Pag.* 329. *Abu-Ali — Gobbaita.* الجبائي Ita recte quoque Pocockius in Spec. Hiſt. Arab. p. 230. et d'Herbelot p. 403. b. voce *Gioubba,* "nom d'un lieu appartenant à la ville de Baſſora et au Khuziſtan" ſed illud male quod addit, "du quel êtoit Al-Giobai diſciple d'Aboulhaſſan Al-Aſchari." Non diſcipulus eius, ſed magiſter, erat. Neque recte الجتائي *Al-Giottai* ſcribitur p. 403. a. ſub mendoſo *Giotta.* Neque melius p. 387. a. الجبلي *Al-Giabali.* Obſervandum etiam hoc, infra anno 330 hunc virum non *Abu-Alin* ابو علي, ſed ابو علا *Abu-Ola* appellari.

(279) *Pag.* 329. Hamza Iſpahan. libri X. ſeu ultimi capite decimo et ultimo deſcribit revolutiones, quae in Tabareſtana a tempore Mamuni inde usque ad Buidarum et Dailomitarum dynaſtiam contigerunt. Sed, quod dolendum,

lendum, nimis conciſus eſt, et quod peius, codex Leidanus quo uſus fui, vitioſe ſcriptus et in hac quoque parte folio uno et altero imminutus eſt. Patet ex eo, Tabareſtanam ab Alidis ad Samanidas, ab his ad Alidas, rurſus ab his ad Dailomitas deveniſſe. Narrat propemodum ſic: "Muhammede filio Zaidi [Alida] peremto, quod die Veneris, quinto decimi menſis, anni 287 contigit, pervenit Tabareſtana in poteſtatem Iſmaëlis filii Ahmedis [Samanidae]. Hic eo veniebat, Muhammedem filium Haruni [ducem ſuum, qui Alidam occiderat, iam, ut videtur, rebellem] perſequens, anno 288. Et ſic redibat Tabareſtana in poteſtatem Emirorum Choraſanae [antea Taheridarum, tunc Samanidarum,] ipſisque manebat per 13 annos et quod excurrit. Tunc reducebat Naſer [Alides, de quo Noſter hoc loco] regionem Dailom et Gil [ſeu Gilan] ad Iſlamiſmum. [Videntur ergo ad Magiſmum veterem et pyrolatriam recidiſſe. Et ſane Mardavig perhibiter Magus fuiſſe.] Dein promovebat ad Tabareſtanam, ubi ipſi [adverſis armis] occurrebat صعلول [forte صعلوك Saluc] Samanicus, magiſter militiae Choraſanicae, et Choraſanici [ſeu Samanidae] ex patruo nepos, apud Halus [بتحالوس ſic eſt in codice: locus mihi ignotus]. Ibi commiſſo praelio victus fuit Choraſanicus cum iactura ſeptem millium de ſuis caeſorum. Intrabat Naſer urbem Amol ſexto menſe anni 301, et poſſedit Tabareſtanam per tres annos et totidem menſes et aliquot dies. Obiit deinceps octavo menſe anni 304, aetatis anno 99. Poſt eum manebat Tabareſtana in poteſtate Alidarum, per duodecim annos. Iis autem finitis tranſibat imperium ab ipſis ad Emiros Dailomitas, quorum primus fuit Asfar filius Schiruiae. Hic ipſis tum ademit Tabareſtanam, quum adverſus Haſanum Daium [ſeu *invitatorem*] filium Caſemi, movebat ipſique bellum inferebat, in quo tandem ille Haſan peremtus fuit a quodam Asfari duce, Mardavigo filio Zeiadi, die Martis antepenultimo noni menſis a. 316.

(280) *Pag.* 333. Agnoſco hic ſimilitudinem platani Xerxis, vel potius aemulationem ineptiae Byzantinorum imperatorum. De Theophilo, Michaëlis Balbi filio, narrat Leo Grammaticus p. 450: *φιλοκοσμος ων Θεοφιλος κατεσκευασε τοτε πενταπυργιον και δυο μεγιστα οργανα ὁλοχρυσα, διαφοροις λιθοις και ὑελιοις καλλυνας αυτα, δενδρον τε χρυσουν, εν ᾧ στρουθια εφεζομενα δια μηχανης τινος μουσικως εκελαδουν.*

(281)

(281) *Pag.* 333. *Sultani auctoritas.* Non Chalifae; ſed Sultanus hoc loco idem eſt, qui alias *Saheb as-Schartat,* praefectus praetorio, praefectus urbi, item deinceps *Emir el-Omara* dictus fuit. Vid. ad ann. 330 in vita Aſcharitae.

(282) *Pag.* 337. "Dicunt, ait Sebekaeus, filium Soraihi libros 400 conſcripſiſſe. Quorum ego tantum paucos vidi; ut eum, quem contra Ibn-Davudum [Tahericum] ſcripſit, في القياس quo ratiocinium analogicum a ſimili caſu ad ſimilem ſententiam aſſeruit; et alium, quem contra eundem ſcripſit, quum is aliis in quaeſtionibus et theſibus opinionem Schafiaei aggreſſus fuiſſet. Liber hic magni pretii, magni uſus eſt."

(283) *Pag.* 339. Hic Abd-al-Malec eſt ille cancellarius Cordubae, de quo Leo Afric. III. 73. pag. m. 264 quem locum perobſcurum, cum ab hoc Noſtri lucem praeclaram accipiat, adſcribam: "Idris Feſſae conditor decem ab obitu ſuo filios relinquebat ſuperſtites — deinde ſubſecuta eſt multorum haereticorum [hoc eſt Edriſidarum, vel et Charegitarum, ſeu rebellium] et principum rebellio; quorum nonnulli tum principem Granatenſem in Baetica, [invertit tempora, et poſteriora prioribus mutat] nonnulli Cairuani dominos [Fatemidas] in auxilium vocant; a quodam Cairuani pontifice, ſummo haeretico, [Fatemida, Moazzo, vid. ad ann. 347] caeſi et fugati ſunt, qui occupata regione relictoque in ea praeſidio ad ſuos rediit. [Hoc de Gauharo Caiedo intelligendum.] Poſtea ſummus Cordubae cancellarius — brevi totum hunc tractum — occupavit, et deinde poſt annos plus minus quinquaginta Ioſephus, primus Lontunorum rex [Teſchfini filius] Granatenſibus fugatis vi obtinuit."

(284) *Pag.* 339. Apparet ex hoc loco praeſtigiatorem fuiſſe Halagum, qui numos vulgares in pera ſecum gerens celeritate, qua genus illud hominum omnia ſua glaucomata perficit, norat in vacuas manus inſerere. Nam vulgarium numorum haec erat inſcriptio, ut patet ex Nuvairii capite, quo *de avaris celebrioribus* agit. Narrat nempe de Solaimano filio Mozahemi:
قد وقع في يده درهم فجعل يقلبه ويقول في شق لا اله الا الله
ومحمد

ومحمد رسول الله وفي شق قل هو الله احد ، ما ينبغي لهذا الا ان يكون تعويذا او رقية فرمي به في الصندوق "Incidebat aliquando in drachmam, [numum argentum] hanc convertebat ex antica in poſticam et viciſſim, et dicebat: In una eius latere ſcriptum eſt: Non eſt deus niſi verus ille deus et apoſtolus eius eſt Muhammed: in altero autem ſcriptum eſt: Dic, deus eſt unicus. Crimen foret, ſi talis numus profeſſionem fidei noſtrae prae ſe ferens ad alios [impios] uſus impenderetur, ut ſi ex. c. ex eo fiat aut Tavid [amuletum quale pueris inter frontem appenditur contra faſcinum; vid. cl. Schultens ad Haririi Conſ. V. pag. 69.] aut Rakia [magicum amuletum, quod ſtabulis iumentorum affigitur cet.] Potius eſt eum in ciſta ſervare; et ſimul cum dicto eum in ciſtam abiiciebat."

(285) *Pag.* 341. Conf. Elmacinus pag. 188. 189. In verſibus eius, qui ibi proferuntur, praecipue notandum, in ſecundo legendum eſſe فبتني فانا مسّك شي مسني et penult. سرا مبينا item pag. 189. lin. 8. مسك شي مسّني lin. 15. منسوب et lin. 19. بالنطع Latine vertere nunc non vacat. Gallice exhibuit Herbelotus p. 424. a. aliquanto melius, quam Erpenius. At verſus, quos pronunciavit in articulo mortis, prorſus non percepit, et illa, quibus nervus et acumen inerat, omiſit. Vertit nempe ſic:

"Celui, qui me convie a ſon banquet, ne me fait point du tort, en me faiſant boire le calice qu'il a bû lui même.

"Il me traite, comme celui, qui convie, traite ſon convive."

Vult nempe ex his probare, Halagum Chriſtianum fuiſſe; quandoquidem (quod coniicio Herbelotum deſignaſſe) hoc ultimo ſuo dicto ad Chriſti paſſionem alluſerit. Sed alia omnia dicunt Arabica; nimirum haec:

"Compotor meus [deus, qui amoris ſui poculum mihi hactenus porrexit] tam iuſtus audit, ut vel opinio iniquitatis in ipſum non cadat.

Et ſane [hactenus] propinavit mihi poculum ſuum, quod ipſe bibebat, ut facit hoſpes excipiens erga hoſpitem vocatum. [hoc eſt ſincerae benevolentiae indicia mihi demonſtravit.]

At quum incipiebant pocula circumgyrare [convivium incaleſceret, et ego amoris divini dulcedinem magis et magis guſtarem] arceſſebat ſtragulam

gulam coriaceam [qualis ſolo inſternitur, ſi quis capite multandus, ne ſanguis effuſus ſolum maculet; iubebatque me genubus illi tapeti impoſitis mortem pati], et gladium arceſſebat.

Ea patitur qui vinum bibit cum dracone in aeſtate." [Ita mecum egit deus, ut draco, cui flagrans ſol venenum acuit et turgere facit. Blaſphemum eſt.]

(286) *Pag.* 345. *Chronicon Tabareſtanenſis.* Satis innotuit hic liber per Elmacinum Erpenianum. Cl. Schultenſius quoque in Hiſtoria regni Ioctanidarum particulam eius dedit.

(287) *Pag.* 347. *Rhaſes.* Leo Afric. vit. Ar. p. 255 male perhibet, eum a. 401 obiiſſe, praeter alia mira et ridicula, quae noſtrates fideliter propagarunt. Meliora dedit Herbelotus pag. 712 b. 713 a. ſed et illa manca: quid enim ſcriptorum medicorum ediderit, omiſit commemorare, praeter morem ſuum.

(288) *Pag.* 349. Cauſam caedis Abu-l-Haſani, fil. Farati, indicat Hamza Iſpahanenſis l. c. "Anno 311, ait, vexabat vehementer, Bagdadi, quaeſtores et ſcribas Chalifae, Vezirus eius, Ibn-al-Farat, et eius filius Mohſen, arrogantes ſibi ſolis adminiſtrationem numorum et cuſtodiam aerarii; in puniendo ſaevi et immanes, ad caedem quaeſtorum et ſcribarum tam proclives et properi, quam nemo unquam antea ſub Iſlamiſmo fuerat; mulctas irrogantes, quae conſuetum modum omnem excedebant. Sane Hamedum, filium Abbaſi, multabant bis millies mille et ſeptingenties mille numis aureis."

(289) *Pag.* 349. *Hoc anno expugnabat Cufam* rel. Sed idem Hamza l. c. anno 313 contigiſſe perhibet. "Anno 313, ait, invadebat Carmatita menſe undecimo ſacros peregrinatores [Meccam tendentes, non vero inde reduces] — quo factum, ut ſacra peregrinatio locum hoc anno non habuerit. Deinde die 23 eiusdem undecimi menſis obruebat Cufam" cet.

(290) *Pag.* 351. — *adorti ſunt Carmatitae Cufam denuo.* Hamza Iſpahanenſis l. c. medio menſe tertio contigiſſe perhibet. Sed operae pretium eſt, integrum locum adſcribere; multa continentem egregia, alibi fruſtra quaerenda, monumenta hiſtorica et geographica, ſtatum aulae Bagdadicae tum temporis et Irakae illuſtrantia. "Anno 315, ait, medio menſe tertio tumul-

tuabantur equites adverſus Sultanum [is titulus tum temporis Chaliſae erat] et progreſſi ad portam peculiarem باب الخاصة [vel peculiarium, hoc eſt procerum; per quam proceres, et legati tantum aut principes regii ſanguinis admittebantur] expugnabant eam domum et penetrabant usque ad المصاف Maſaf [quem locum ego quidem talem eſſe coniicio, qualem deſcribit Bernier in Itiner. T. II. p. 10: "un aſſez large et long éſpace ſabloneux, ou — ſe fait la revûe de la milice, en preſence du roi, qui regarde des fenêtres d'un de ſes apartemens"]. Hinc exibant ad Maſallam المصلى [ſacellum oratorium curiae] et hinc intrabant in urbem [Bagdadum,] altero mane, multoque cum clamore procedentes ad [vicum] Bab et-Tak [h. e. porta fornicis] et Ruſaſam [το λιθοστρωτον, vicum alium] clara voce convitiabantur Moctaderum, et blaſphemias immanes eructabant, horribilibusque ſacramentis aſſeverabant, ſe ad preces peragendas obligatos porro non eſſe [quod pronunciare Muſlemus nullus audeat] quemadmodum ſacrae peregrinationes quoque ceſſaverint, poſtquam viae et provinciarum hoſtibus vicinarum limites a praedonibus perrumpi coeperint. Sequente mane ibant ad Caſr [vel palatium] cui nomen eſt Moſcharaia, idque totum comburebant, poſtquam prius expilaſſent Cobbam [aediculam, cui haemiſphaericum tectum eſt,] et palatium Atrog [h. e. pomum citreum] et aliud, Caucab [ſeu ſtella] appellatum, devaſtabant et expilabant quidquid intus erat ſupellectilis, proviſionis, ferarum et avium. Proximo deinceps mane irruebant in Halaba [hippodromum], cuius portas comburebant. Inde contendebant ad palatium Haſanicum, in quo ſolebat Moctader habitare; ibique usque ad veſperam ſtrepebant et tumultuabantur. Proximo mane adoriebantur Caſr al-Badi [palatium admirabile, ſic dictum]. Sultanus autem ipſis immittebat Balicum, qui eos exhibito congiario ſedabat. Interim excurrebant Romani [a ſeptentrione] in Marchiam Samiſat, hominesque in ipſa Kebla [ſeu choro] templi cathedralis eius urbis trucidabant, abductisque multis ſpoliis et captivis partem quandam Malatiae comburebant. Carmatita vero [graſſabatur a meridie: nam] die ſeptimo decimi menſis intrabat Cufam, poſtquam prius incolis ſecuritatem ſpirituum et opum condixerat, et ſolum illud quod Sultanus ibi paratum habebat numorum, et quod ad proximam ſacram peregrinationem comparaverat hordei pro animalibus et

farinae

farinae pro viatoribus reliquumque viaticum omne auferebat. Die deinceps tertio, ſeu nono menſis, aciem committebat cum Abu-Sago, foedamque ſtragem edebat in eius copias, ipſumque ducem capiebat. Cuius cladis fama quum Bagdadum veniret, aeſtuabant cives, fluctuabant milites, tumultuabatur Hogria [ſeu aulicum famulitium,] durisque verbis increpabant Moctaderum, dicentes: Decede de loco tuo; quo illum occupet alter, qui melius, quam tu, regnare norit. Omnes incolae lateris occidentalis emigrabant [in alterum oppoſitum latus] metu Carmatitae. Metus enim et pavor communis erat, et corda militum, civium, et Sultani tenebat. Nazul نازول [ſic ſcribit et appellat, quem Noſter ياروك *Iaruk* nominat] iubebat illos opifices in Bab al-Anbar habitantes [ſuburbio, ut videtur] et quibus cum arundine negotium eſt [ut ſunt qui corbes faciunt, et illas arundines, de quibus Bernier Tom. II. p. 17.] illos itaque iubebat Nazul ſuas arundines in urbem Bagdad comportare, ne hoſtis ubi ad urbem acceſſerit, inveniret paratas opes et uteretur ad opplendas foſſas, quippe quae ſolent arundinibus, virgultis et pulvere oppleri. Poſt haec adveniebat exercitus Abu-Sagi [a clade reliquus] poſtquam perdidiſſent et deſolaſſent omnia, ubi tranſierant, in Savada. Exeunte menſe decimo adibat Carmatita urbem Anbar, unde omnes *amici* [ſic dicti, qui olim Cyro ὁμοτιμοι, amici principis] aufugiebant et per fluvium Bagdadum properabant. Die quarto menſis undecimi tranſibat Carmatita cum ſodalibus ſuis ex loco quodam, cui nomen eſt Batiha [ſeu lacus]; quo facto vehemens tumultus in urbe auguſta ortus eſt. Movebat interim Carmatita machinam omnem, ut navigia ſibi compararet; eorumque nactus aliqua colligabat pontem, et ſic traiiciebat Euphratem. [Totum hunc locum, quem paene verbotenus verti, non ſatis intelligo.] Interim ibat Nazul ad portas viarum [vel platearum] Bagdadi, et obſtruebat portam Catrabbol, et portam Harbi, et diruebat pontem Bab el-Hadid [portae ferreae] et pontes ambarum, de quibus ſupra, portarum. Die undecimo eiusdem menſis appropinquabat Carmatita ad exercitum Munaſi prope Tall Acarcuf, apud rivum Varada, cuius pontem dirui curabat Munas. Die vigeſimo eiusdem menſis exibat Balik cum ſuis ſodalibus et cum reliquiis copiarum Abu-Sagi in Savadam Carmatitae obnoxiam. Sed adverſabantur ipſi male morem gerentes. Quapropter

propter Balik in fugam verſus et caeſorum magno numero multatus fuit. Reverſis ad Munaſum reliquiis caeſi exercitus, vallum ſibi obducebat Munas. — Interim exundabant Arabes [ſodales Carmatitae] in Savadam, rapiebant, et graſſabantur foedum in modum, caedebantque, licita ſibi omnia reputantes. Deinceps [non Bagdadum tendebant, ſed] deflectebant Samirram, diſſipabant Caſilam [vel catervam viatorum] et diripiebant opes ad pretium ducenties mille numorum aureorum. Tandem et ipſam Samirram die poſt ſollemne feſtum Meccanum proximo [hoc eſt die undecimo duodecimi menſis]." Hactenus Hamza Iſpahanenſis ad an. 315.

(291) *Pag.* 353. *Georgianam occupaverat.* Alidis, ut puto, ademtam. Vid. ad an. 304, ubi, quae dare coepimus, Hamzae verba, nunc continuabimus: "Poſt peremtum a Mardavigo Tabareſtanae dominum, Alidam, Haſanum filium Caſemi, menſe nono anni 316, intrabat Aſpar urbem Amol cum vexillis nigris [quaſi teſtaturus, factionem Abbaſidarum *των μαύϱοφοϱων* nunc obtinere, Alidarum vero *των χλωϱοφοϱων* oppreſſum eſſe,] et pia vota fieri curabat pro ſalute Naſri, filii Ahmedis, filii Iſmaëlis [Samanidae], et in Alidarum non paucos gladio ſaeviebat. Itaque translatum ab Alidis imperium Tabareſtanae ad Dailomitas haeſit in horum quadam familia, cui nomen eſt ورودادوندان *Varudadavendorum*, et cuius princeps erat Āsfar, filius Schiruiae. Continuavit ſic aliquamdiu, donec ab illis ad Gilanenſes, gentem Mardavigi, devolveretur, quorum primus fuit Mardavig, qui coepit die Iovis, 16 undecimi menſis anni 319, ſolusque gaviſus fuit principatu Dailomitarum et Gilanenſium per annum unum, tres menſes, et aliquot atque viginti dies. Tum regnavit Ali [Amad-ed-daula] filius Buiae. Hoc ipſo enim tempore inſtituebant Dailomitae apud Isfahanam aliquam dynaſtiam in familia quadam ſua cui nomen erat Schirzikavendan [aut Schirzikavendorum, hoc eſt Xerxidarum] cuius caput erat Ali filius Buiae; qui coepit Isfahanae regnare die Solis, undecimo undecimi menſis anni 321." Conf. cum his Elmacinum pag. 191.

(292) *Pag.* 353. Videtur haec quidem eadem eſſe cum illa Ioannis Curcuae, Domeſtici, in agrum Melitenſem excurſione, de qua, ſed ut Graeci de rebus Aſiaticis ſolent, nimis dilute tradit Symeon Logotheta p. 364 §. 35.

et

et continuat. Conſtant. p. 193. Sed aliam infra ad a. 322 Domeſtici excurſionem memorat Noſter, quae forte rectius Curcuae tribuenda.

(293) *Pag.* 355. Poſſem Hamzae verbis miram et horrendam rerum omnium confuſionem et ſaevos tumultus, qui Bagdadum per illa tempora exagitarunt, luculenter enarrare: verum non licet brevitatem in his notulis obſervandam violare. Iuvat interea capitis inſcriptionem hic proponere: الفصل الثامن من الباب العاشر في وصف الهرج الحادث علي سلطان بني العباس في دار مملكتهم فشمل الخراب به بغداد ووقع علي ساكنيها الجلاء الي ان اغاث الله بقاياهم بمعز الدولة ومغيث الامة مد الله في بقاية وفسح في سلطانه "Caput octavum libri decimi, exponens de tumultu, qui contigit imperio Abbaſidarum in ipſa eorum ſede regia, et ſimul toti quoque Bagdado deſolationem induxit, et eius incolas in exilium egit, donec deus eorum reliquiis ſuccurrit per Moëzz-ed-daula va Mogit al-Omma [corroboratorem aulae et opitulatorem populi; quem titulum eſſe Moëzz-ed-daulae Buidae ſtatim patet,] cuius vitam diu protrahat deus, et cuius Sultanatum magis et magis amplificet." Patet illo tempore vixiſſe Hamzam. Produxit hiſtoriam hanc particularem ab anno 308 usque ad ann. 322. Pulchrum opus haberet, et ſpatioſum campum, ſi quis politice in cauſſas neceſſario ruinam tantae dynaſtiae importantes inquireret.

(294) *Pag.* 355. *Maſaffitae.* Quinam hi ſint, non ſatis bene novi. Multa nos latent adhuc de officiis et conſtitutione aulae Chalifarum Bagdadicae. Videamus, an ex etymologia vocis aliquid exſculpi queat. مصاف *Maſaff* notat omnem locum, in quo homines in aciem ordinantur, vel exercitii ludicri et ſpectaculi tantum, vel etiam pugnae cauſſa. Poſſunt ergo Maſaffitae eſſe vel milites, qui bello et praeliis incundis deſtinati ſunt, in oppoſitione ad eos, qui praeſidia tantum agunt, et in campum non prodeunt; vel illi, qui ſpectaculum armorum edunt, ſummo principi aut imperatori ſuo ſe in armis monſtrantes. — Hi Maſaffitae donum forte aliquod petebant a novo principe, militibus dari ſolitum, quale a Turcicis militibus rapi ſolere, quando defuncto Sultano ſucceſſor protinus non adeſt, memini me alicubi legiſſe.

(295)

(295) *Pag.* 357. Narrat Hamza, in oratorio ſacro vel ſepto templi Meccani mille et ſeptingentos homines et in urbe Mecca plus triginta mille caeſos a latrone fuiſſe. Hunc deinceps reverſum ad Hagar, capitalem ſuam, Fatemidae Mahdio Chotbam feciſſe, et obſequium profeſſum fuiſſe, litterisque ad ipſum datis id ſignificaſſe: poſtea vero id omiſiſſe, quia ſperatae gratiae loco reprehenſionem et minas invenerit.

(296) *Pag.* 359. Locum hunc exhibuit et illuſtravit Herbelotus p. 428. b. Conf. idem p. 973. b. voce *Ketab al Arſchi va ſefatoho,* ubi pro *Ebn Iatmiah* legendum *Ebn-Taimiah,* et ſic quoque p. 970. a.

(297) *Pag.* 361. *Ibn-el-Aláf.* Hunc ſimpliciter Alâfum appellant Raud, et Nuvairius, et ambo dicunt admodum voracem fuiſſe. Cuius rei Nuvairius memorat exemplum hoc: poëtam aliquando ad Vezirum Mohallebicum Bagdadi veniſſe. Tum miniſtros Veziri aſinum, quo vehens poëta venerat, in macellum introduxiſſe, mactaſſe, coxiſſe, et ſecundum regulas artis culinariae praeparatum appoſuiſſe poëtae; qui etiam totum devoraverit, bovillam reputans. Quum diſcedere vellet, requirebat aſinum ſuum, ſed nusquam erat; audiebat tamen, ſe ipſum devoraſſe. Iacturam hanc compenſabat Vezirus dono, et ſic poëtam domum remittebat.

(298) *Pag.* 363. *Victor diſceſſit Mardavigus.* Victum perhibet, ſed perperam, Teixeira p. 267. Ducem Mardavigo oppoſitum appellat Hamza Isfahanenſis ابن الخال *Ibn-al-Chal, filium avunculi,* cuius nomins ratio me adhuc latet. "Menſe octavo, ait, anni 319 veniebat nuncius de clade copiarum Ibn-al-Chali a Dailomitis accepta; victores victos illos Bagdadicos e veſtigio perſecutos eſſe Holvanam usque. Ad quam famam concuſſi fuerunt cives et aeſtuarunt adeo, ut per aliquot dies fora prorſus clauſa eſſent. — Menſe duodecimo Bagdadum veniebant Dainavarenſes, plorantes, et opem flagitantes, facies nigrati, et Corani codices in contis ſublatos protendentes, deum immortalem atque miſericordem obteſtantes. Mardavig nempe, Gilanenſis ille, gladio ipſos paullo ante obiecerat absque diſcrimine, et dira clade laceraverat, unde qui Bagdadum effugerant, perſeverabant aliquot dies in hoc miſerabili ſtatu, dei hominumque miſericordiam implorantes. Sed nemo aderat auxiliator. Adibant deinde fores Veziri; ſed eius milites domeſtici

ſagittis

ſagittis eos arcebant. Die ſacrificii [Meccani, ſeu decimo duodecimi menſis] conveniebant in templum, et cum Chateb [ſeu concionator] in Chotba [ſeu oratione et precibus] ad nomen Chalifae perveniſſet, ſurgebant derepente, et ſtrepebant clamabantque vehementer, et ſic interrumpebant Chotbam, narrantes civibus Bagdadicis, quantam calamitatem perpeſſi fuiſſent, quorum mares gladio ceciderint, femellae in mancipatum fuerint abreptae. Quod audientes Bagdadici ſociam ipſis praeſtabant operam in convitiando Chalifam."

(299) *Pag. 365. Bab-es-Schamaſia.* Colligo e Maſudio et Abulfaragio p. 190. ſuburbium Bagdadi orientalis boreale fuiſſe ita appellatum. Vicus ipſe Schamaſia audiebat; porta eius et platea eam reſpiciens Bab-es-Schamaſia. Hanc ait Noſter a militibus Munaſi occupatam fuiſſe. Narrat Maſudius, Tigridem partem Schamaſiae avulſiſſe et agris Catrobbolenſibus addidiſſe. Hinc natam litem incolis Bagdadi orientalis et oppidi Catrobbol de poſſeſſione وذلك ما حدث في الجانب الشرقي ببغداد من الموضع المعروف وغير ذلك من ضياع قطربل ، برقّة الشماسية et paullo poſt وقد كان لاهلها مطالبات مع اهل الجانب الشرقي من تملك رقة الشماسية بحضرة الوزير علي بن عيسى ،

(300) *Pag. 369. e pedibus ſuſpendi.* De hoc ſupplicii genere vid. della Valle III. 21. p. 107.

(301) *Pag. 377.* Impoſuit Herbeloto p. 213. a. prava ſcriptio كرخ (pro كرج), ut redderet hunc locum: Mardavige les envoya vers Karkh, qui eſt la partie orientale de la ville de Bagdet, pour porter l'allarme jusques ſur le trone des Khalifes." Atqui *Carch* erat vicus in Bagdadi parte occidentale; ut ipſe Herbelotus paſſim, et Abu-Oſaiba claris verbis ait: الكرخ بجانب بغداد الغربي Neque rectius puto, quod idem laudatus vir pag. 214. b. habet — "Amadeddaulat — avança ſi fort, qu'il devint en peu de tems Gouverneur du Gurgiſtan." Verum quidem eſt Gurgiſtanos vel Georgianos Arabibus الكرج appellari, ſed non regio ſic nominatur. Illi enim nomen eſt بلاد الكرج et nunquam ad Mardavigum, neque ad Buidam pertinuit,

nuit, ſed habuit tum temporis peculiares ſuos reges Chriſtianos. Puto itaque urbem in regione montana ſitam Carag, et de conditore ſuo Carag Abu-Dolaf dictam, hic deſignari. De iſto Abu-Dolafo vid. ad an. 215 et 225. Elmacinus pag. 192 habet المراج *Marag:* ſed puto illum ex Noſtro corrigendum.

(302) *Pag.* 377. Principes orientales maximae parti ſuorum militum non paratam pecuniam ſolvunt, ſed agros aſſignant. Apud Turcas et Perſas hodienum obtinet hic mos. Illi *Timaros* appellant agros militibus aſſignandos.

(303) *Pag.* 377. Diſcrepat Noſter quod ad chronologiam ab Hamza Iſpahanenſe, cuius locum dedi ad a. 316. Subiungit ibidem: "Paucis poſt occiſum Mardavigum diebus regnare coepit Isfahanae Emir Rocn-ed-daula Abu-Ali, die lunae, cal. quinti menſis a. 323.

(304) *Pag.* 377. *Iacutidam perſequens.* Aliam cauſſam, eamque probabiliorem, habet Elmacinus p. 192, Mardavigum nempe ipſi fratrem ſuum Vaſchmegirum immiſiſſe, qui eum Isfahana exegerit; quapropter Buides Arraganam aufugerit. Confirmatur hoc eo, quod anno 223 Mardavig Isfahanae dominus, et ibi peremtus dicitur. Conf. idem Elmacinus p. 202.

(305) *Pag.* 379. *AbuHatem Segeſtanenſis.* Vid. d'Herbelot p. 798. a. tit. *Segeſtani.* Raud haec de illo tradit: "Abu-Hatem Sahl, fil. Muhammedis, fil. Otmani, fil. Iazidi, Goſchamita [tribu], Segeſtanenſis, grammaticus, Nazil [μετοικος, incola adventitius] Baſrae, eiusdemque Amel [quaeſtor] homo doctus, quo magiſtro uſi ſunt eius aetatis maximi eruditi, ut Ibn-Doraid, et Mobaredicus, et alii — pius quoque, qui quotidie numum aureum in eleemoſynas dabat, et ſingulis ſeptimanis ſemel Coranum abſolvebat legendo. Eleganter ſcribebat rhytmice. Multos reliquit libros, ut Kitab Irab al-Coran, [quo modo erudite pronunciandus Coranus] item de iis vocibus, quas vulgus ſolocce proferre ſolet; item de variis lectionibus codicum Corani; item librum de lectionibus [probis et improbis Corani] cet. Obiit menſe primo anni 248 Baſrae. السجتاني قرية من قري البصرة Segetan eſt pagus territorii Baſrenſis." Poſtrema haec non capio. Forte in ſe bona ſunt, ſed huc non pertinent.

(306) *Pag.* 379. Ibn-Doraidi Lexicon exſtat in Bibl. Leid. Catal. p. 464. n. 1364. Quid ſit جمهرة *Gomhara,* dicat ipſe Ibn-Doraid in Kitab al-Eſchtekak, quem locum eo libentius proferam, quia libri poteſt ideam facere. In genealogiis Arabiae felicis verſans venit ad tribum *Aſchar.* Iam enarraturus familias et viros praeclaros huius tribus ait ولد الاشعر الجُمَاهِر — والجماهر فُعَالل من جمهور الشي وهو معظمه ، وجمهرت الشي اخذت خياره وجلاله "genuit Aſchar Gomaherum cet. — Eſt *Gomaher* forma *Phoalel* ex voce *Gamhur.* Ita dico *Gamhur* huius vel illius rei, quando *illius maximam partem* deſigno et verbum inde formatum *Gamhara* eſt, capere rei optimam et maxime groſſam partem."

(307) *Pag.* 379. Iuvat huc ex Sebekaeo quaedam excerpta proferre. Ait Ibn-Doraidum anno 213 (non 223) natum eſſe, omnes inſulas maris [Perſici nempe] et Perſidem obiiſſe, ad ediſcendas gloſſas [variarum Arabicarum dialectorum peculiares voces], et reliquam philologiam, [ut hiſtorias et genealogias Arabicas]. تنقل في جزاير البحر وفارس لطلب اللغة والادب Excellentis fuiſſe memoriae, ita ut quam primum legerit ſub aliquo magiſtro aliquod Divan [ſeu ſyntagma poëticum] illud ſtatim recenſuerit et aliis tradiderit; tam illud ipſi tenaciter inhaeſiſſe. ما رايته قري عليه ديوان قط الا وهو يسابق الي روايته لحفظه له قصيدة طنانة carmen tinnulum [ita appellatum] in laudem Schafiaei [cuius doctrinae adhaeſit, ut ex Sebekaeo conſtat, qui eum inter doctores Schafeiticos retulit]. Eius autem carmen, Doraidicum dictum فسارت بها الركبان quod peregrinatores in omnes mundi plagas diſtulerint et ubique in famam evexerint, ſcriptum fuiſſe in laudem Abdallae, filii Muhammedis, filii Michali, et eius filii Abu-l-Abbaſi Ahmedis, atque fratris. Haec ille.

(308) *Pag.* 379. *Iuniorum ſe patre plus* 12 *annis non fuiſſe.* Id ipſum perhibent de Abdalla, filio illius celebris Amrui, filii Aſii, primi Muhammedanorum in Aegypto praefecti, cuius frequens mentio in rebus Alii et Moaviae facta fuit; كان بين عبد الله بن عمرو وبين ابيه اثنتا عشرة من السن ، قال ابو محمد ولا يعرف احد بينه وبين ابيه في السن

السن هذا غيره ، قال حدثنا ابو اسحق بن راهويه —— كانت لنا جارة بنت احدي وعشرين سنة وهي جدة "Perhibent (ait Ibn-Cotaiba) Abdallam inter et eius patrem Amru aetatis differentiam annis duodecim maiorem non interceſſiſſe. Ad quod ego addo, id de alio quoquam homine nato non conſtare. Narravit mihi tamen Ibn-Rahuieh —— fuiſſe ſibi vicinam, quae quamvis unum tantummodo ultra vigeſimum aetatis ageret annum, iam tamen avia erat." Mirum dictu. At tamen Itineratores noſtri, qui Indiam adierunt, quarto aetatis anno maritari iſtius climatis homines, et nono foetus edere tradunt.

(309) *Pag*. 379. Solent enim nobiles Muhammedanorum inter alia pietatis et memoriae opera publica coemeteria *in publicam defunctorum ſepulturam relinquere*, ut ait Leo Afr. III. 49. p. m. 240.

(310) *Pag*. 381. Paulum confuſe de his narrat d'Herbelot p. 144. b. clarius Raud, qui de hoc viro ſic: "Abu-Gafar Ahmed, fil. Sallamae, fil. Salami, fil. Abd-el-Malcki Azdita Tahavita — erat primum Schafeita, dein tranſibat ad ſectam Abu-Hanifae — et componebat libros multos, ut Scharh al-Atar [expoſitionem Atari], quod primum eſt eius ſcriptum, et Beian Moſchkel el-Atar [declarationem difficilium in Atar], quod ultimo loco ſcripſit, et Mochtaſar fi'l-fikha, et Scharh al-Game el-Kebir, et Scharh al-Game es-ſagir, et Manakeb el-Imam [virtutes Imami, nempe qui per excellentiam ſic dicitur, alias Imam al-Atam, vel Imam Azem, Imamus maximus appellati, Abu-Hanifae]. Natus anno 229, obiit anno 321.

(311) *Pag*. 381. Nota quidem res eſt de inſano ſtudio quo in aſtrologiam feruntur orientales. Et libri huius rei pleni. Iuvat tamen unum egregium locum ex Bernierii Itiner. T. I. p. 213 adſcribere. "La plus part, ait, des Aſiatiques ſont tellement infatués de l'aſtrologie judiciaire, qu'ils croyent que rien ne ſe fait ici bas, qui ne ſoit écrit la haut. C'eſt leur façon ordinaire de parler. Dans toutes leur entrepriſes ils conſultent les aſtrologues; quand deux armées ſont prêtes pour donner bataille, ils ſe donnerons bien de garde de combattre avant que l'aſtrologue n'ait pris le Sahet [الساعة *horam*], c'eſt a dire qu'il n'ait pris et determiné le moment qui doit

être

être propice et heureux pour commencer le combat; [conf. Bradutti p. 210.] ainſi s'il eſt queſtion de choiſir un général d'armée, de depecher un mariage, de commencer un voyage ou faire la moindre choſe, achetter un eſclave, veſtir un habillement neuf; rien de tout cela ne ſe peut faire ſans l'arret de Mr. l'Aſtrologue. Ce qui eſt une géne incroyable, et une coutume qui traine avec ſoi de conſequences ſi importantes, que je ne ſais comment elle peut ſubſiſter ſi long tems. Car enfin il faut que l'aſtrologue ait connoiſſance de tout ce qui ſe paſſe, et de tout ce qui s'entreprent depuis les plus grandes affaires jusqu'aux plus petites."

(312) *Pag.* 383. *Schalmaganenſis* vel *Schalemganenſis.* Herbelotus autem p. 774. a. شمالغان et شمالغاني *Schamalgan* et *Schamalgani* exhibet. Quod forte pravum eſt. Nam Schamalgan vel Schamlagan eſt locus in Mazenderana aut Choraſana. Vid. Hiſtor. Timurb. I. p. 355.

(313) *Pag.* 385. "Les femmes baiſent la barbe à leur maris, et les enfans à leurs péres, quand ils viennent les ſaluer. Les hommes ſe la baiſent reciproquement, et de deux cotés, lors qu'ils ſe ſaluent dans les rues, ou qu'ils arrivent de quelque voiage. Ces baiſers ſont reiterés de tems en tems parmi les complimens qu'ils ſe font les uns aux autres." Verba ſunt de la Rocque p. 144. Et hinc quoque cui volunt eximium honorem exhibere, barbam reſpergunt aqua roſarum, et ita madidae ſupponunt fruſtulum accenſum ligni agallochi, cuius fumus in barbam implicatur, et humore excepta obhaereſcit.

(314) *Pag.* 385. Ignis ſupplicium a Muhammedanis inter omnia maxime infame habetur. Apud Ibn-Cotaibam interrogat Abu-Becr, quodnam ſupplicium a paganis Arabibus habitum fuerit pro immaniſſimo. Reſpondebant praeſentes, ignem.

(315) *Pag.* 387. Ridicula et inſana ſunt quae aliqui Rafeditae de ſuo Alio commenti ſunt. Quidam eum pro deo habuerunt, alii ſtupenda et impoſſibilia, et deo ſolo digna tribuebant; ut illi, quos memorat Ibn-Cotaiba, ab auctore ſuo, quodam Mogaira, filio Saidi, Mogairicos appellatos, qui ſtatuebant لو شاء علي لاحيا عادا وثمود والقرون بينهما "Alin, ſi vellet, vivificare poſſe Aditas et Tamuditas, et nationes reliquas, quae inter

 illas

illas duas vixiſſent." Alia Rafedicorum ſecta, *Gorabia,* ſeu *corvini* dicti, ſtatuebant ان عليا اشبه بالنبي من الغراب بالغراب ، فغلط جبريل حتي جاء الي علي لشبه النبي به "Alin tam ſimilem Muhammedi prophetae fuiſſe, quam non ſit corvus corvo; adeo, ut Gabriel, qui miſſus ad Alin cum divina revelatione fuerit, vultuum ſimilitudine deceptus, non ad eum, ad quem debuerat, ſed ad Muhammedem convenerit."

(316) *Pag.* 389. Hinc eſt, quod ait d'Herbelot p. 774. Ibn-Schuhnam, apud quem non plura quam apud Noſtrum leguntur, dicere, dum de illo impoſtore narret, "que la ſecte des Illuminés a pris ſon origine de lui parmi les Muſulmans" cet. Conf. p. 290. b. "La ſecte des Illuminés a pris ſon origine dans l'orient, d'ou elle eſt paſſée avec les Arabes en Eſpagne ſous le nom d'Alumbrados, et laquelle a été renouvellée dés nos jours par le Docteur Molinos Eſpagnol." Non improbabile hoc. Sane plurimae, ut ſcientiae et artes, ita quoque haereſes tam theologicae quam philoſophicae ex oriente in occidentem transmigrarunt.

(317) *Pag.* 389. *de ordine Abdaliorum.* In genere ſignificat haec vox, Dei cultores: ſed in ſpecie eſt nomen ordinis monachalis, quem deſcribit Olearius Itiner. p. 419.

(318) *Pag.* 389. *diem ſuum natalem.* Eſt in Arabico ليلة الميلاد *noctem nativitatis*, unde poſſet ſuſpicio naſci, non Mardavigi ſed Muhammedis natalem intelligi. Eſt enim inter Muhammedanorum feſtos dies etiam عيد الميلاد feſtum nativitatis Muhammedis, de quo vid. Leo Afric. III. 38 et 39. et della Valle IV. 4. p. 18. Sed feſtum hoc die 10 menſis tertii celebratur, hic autem caſus die tertio eiusdem menſis contigit. Et praeterea Perſae ſemper natales ſuos magnifice conſueverunt celebrare.

(319) *Pag.* 393. *formulam Biſmillah — clara voce praemiſiſſet.* Rei rationem non perſpicio; niſi forte Hanbalitici conſueverint hanc formam tacite ſecum quisque, non clara voce in precibus recitare. Schafeitici autem clara voce pronunciabant, ut patet ex illo Sebekaei, ubi provincias recenſet, in quibus ſecta ritusque Schafiaei obtineant. واما بلاد الحجاز فلم تبرح ايضا منذ ظهور مذهب الشافعي الي يومنا هذا في ايدي الشافعية القضاء

القضاء والخطابة والامامة بمكة والمدينة من خمسماية وثلاث وستين سنة يخطبون في مسجد رسول الله ويصلون علي مذهب ابن عمه محمد بن ادريس يقنتون في الفجر ويجهرون بالتسمية ويفردون الاقامة الي غير ذلك "In provincia Hegaz nunquam deſierunt ſacra munera in manibus Schafeiticorum eſſe, ex quo ſecta illa prodiit. Ab annis inde 563 hi fuerunt apud Meccam et Medinam Cadii, Chatibi et Imami. In oratorio prophetae faciunt ſacras orationes die Veneris, et preces praeeunt ad mentem affinis eius, Muhammedis, filii Edriſi [hoc eſt Schafiaei], faciunt Canut [ſeu additamentum devotionis] in precibus matutinis, clara voce pronunciant Biſmillah, ſemel tantummodo ſurgunt inter preces, et alia talia plura peragunt." Obiit auctor hic anno 755. Conf. ad ann. 358 et praecipue ad ann. 447 in fine.

(320) *Pag. 393. ad Chalifae patrimonium et ditionem pertinens.* In Arabico eſt, *ad Divanum Chalifae.* Mira videri queat dictio; et fateor me ipſum hic obhaereſcere. Scriptores enim orientales parum et paene nihil de conſtitutione et reditibus aularum ſuarum et nexu ſummorum principum cum vaſallis memorant. Mirum, hic cenſum aliquem Chalifae peculiarem memorari, quum tota provincia eius fuerit et ab eo conceſſa. Sed concipio rem ſic. Habebant duplex aerarium, publicum communionis, et privatum principis: illud attingere huic non licebat. Habebat ergo princeps in provinciis ſingulis certos agros, villas, reditus patrimoniales, pro ſuis expenſis privatis. Praeterea dantes alicui ducum ſuorum provinciam quandam in feudum, paciſcebantur ſibi certum numerum militum, qui ſemper paratus debebat eſſe ad arbitrium ipſorum; certos reditus pro culina, pro mulieribus ſuis, ad zonas et odoramenta. Haec mihi videntur Divanum Chalifae conficere. Et procul dubio maioris ea deſtinaverat hic noſter Abul-Ola, quam eius frater olim, et nunc ex fratre nepos dabant: ideoque provinciam obtinuerat.

(321) *Pag. 395. poſt expugnatam Genuam.* Vltos eam iniuriam Genuenſes perhibet Vbertus Folieta lib. I. p. 237. [T. I. Theſauri Italiae Graeviani.] Forte ſolamen doloris, et pudoris velum. Nihil ea de re Sigebertus Gem-

Gemblacenſis, qui ad A. C. 935 tantum haec habet: "In Genuenſi urbe fons ſanguinis largiſſime effluxit portendens forte urbi ipſius imminentem ruinam quia ab eodem anno ab Africanis cum claſſe illuc venientibus capta, cunctis civibus, exceptis parvulis et mulieribus, captis et occiſis, etiam theſauris ſuis eſt evacuata."

(322) *Pag.* 397. *Baridicus.* البريدي ſic plurimi ſcribunt. Alii male, ut videtur اليزيدي *Iazidicus.* Sane Elmacinus p. 210 gentem hanc (nam plures tum clarebant et valebant Baridici] dictam inde perhibet, quod pater ipſorum fuerit صاحب البريد *magiſter poſtarum,* vel iumentorum et vehiculorum diſpoſitorum pro celeriter expediundis Auguſti mandatis.

(323) *Pag.* 403. *Submerſit undis ad unum omnes.* Miſſos quidem in Africam rebellium principes ait, at de ſubmerſione tacet Chronicon Siciliae Arabicum, quod vulgo Cantabrigienſe dicitur. Chronicon illud late quidem et velut data opera huius obſidionis fortunam enarrat, ſed tam breviter et inſufficienter, ut de rerum rationibus et relationibus inter ſe formare iuſtam ideam nequeas. Praeterea id notandum, expugnationem urbis in Annum Chriſti 940 incidiſſe. Allegat quidem laudatum Chronicon die vigeſimo A. C. 941 captam eam ab Africanis fuiſſe. At tenendum, Siculos annum ſuum non a Cal. Ianuarii, noſtro more, ſed ſuo a Cal. Sept. incipere, adeoque quatuor poſtremos menſes veteris anni initio ſequentis collocare.

(324) *Pag.* 409. *Sabcarita.* Eſt ille Tarif Sabcarita, cuius conſiliis quomodo perierint Munas et Balik, et de cuius captivitate ſub Cahero et liberatione noſter narravit ſupra ad an. 321 et 322. Idem eum in Geographia ſub voce *Banim* memorat. Ego certe puto eundem eſſe. ومنها اسماعيل بن ابراهيم وزير السبكري صاحب فارس في ايام المقتدر "Inde oriundus erat, inquit, Iſmaël, filius Ibrahimi, Vezirus Sabcaritae, domini Perſidis in diebus Moctaderi." Bene feciſſet Noſter, ſi addidiſſet, quomodo is in Syriam venerit, et a quo et qua de cauſſa fuerit occiſus. Absque quibus obſcura manet oratio.

(325) *Pag.* 409. *Ibn-Schanbud.* شنبوں ſic eſt in Codice. Hagi Chalifa شنبون; quod perinde eſt. Saepe ن et ں permutantur. Elmacinus p. 204 ابن

ابن سيبود *Ibn-Saibud* appellat, et ait eum ſepties ab Ibn-Mocla caeſum fuiſſe ſcutica, quae درة Darra vel nervus taurinus appellatur; et ideo ipſi manus iacturam imprecatum fuiſſe: neque ſine eventu. Cauſſam vero iſtius ſupplicii fuiſſe, quod publice in templo Coranum praelegens ex officio (nam erat Cari vel lector) peccaverat pronunciando, et aliena a mente prophetae protulerat, aut ſaltim id feciſſe viſus Moclidae fuerat. Hinc intelligas illud Hagi-Chalifae ad ann. 323: "Removebatur Ibn-Schambud ob pravam lectionem in precibus." Videtur porro hic ille Muhammed ben Ahmed Mocri eſſe, cuius librum بلوغ الارب laudat Herbelotus p. 215. b. alium p. 69. b. et 890. b. omnes p. 616. a.

(326) *Pag.* 415. Chronologiam huius caſus habet Hamza in fine libri loco cetera perobſcuro, et quem abſque hoc Noſtri non intelligerem: "Ab anno 323, inquit, quo regnare coepit Rocn-ed-daula, duravit imperium Gilenſium in Raiam et inde dependentia ſex annos et unum menſem et aliquot dies, donec expulſi fuerunt ab exercitu Choraſanico, die Iovis, 19 quarti menſis anni 329. Totum ergo quod Gilenſes [aut Gilanenſes] illae regnarunt ambae familiae, quas ſupra memoravimus, [gens nempe Varudad, ſeu Mardavigi, ut videtur, et Schirzik, ſeu Buidae] id fuit ſpatium 9 annorum, 5 menſium et totidem dierum. Et ab illo tempore usque ad ſextum menſem anni 350, tempus, quo librum hunc finimus, effluxerunt anni 21, menſes 2, et 10 dies."

(327) *Pag.* 423. Similem exitum alterius diſputationis quam Abu-Ishac Natamus cum magiſtro ſuo Abu-Hodailo habuit, narrat Ibn-Nabata: "Affectabatur, ait, Abu-Ishac Abu-Hodailum fama et numero diſcipulorum ſub Motaſemo florentem, auctorem ſectae, quae ſtatuit, eum Caferum [ſeu infidelem] eſſe, qui credat, deum eſſe شي *rem*, ſeu aliquid. Deinde deſciſcebatur Abu-Ishac et contradicebat magiſtro ſuo eumque imbecillem intellectu pronunciabat. — Senex evaſerat Abu-Hodail, et diuturno neglectu iam inſuetus diſputandi, quum Abu-Ishac eum adoriebatur, iuvenis adhuc et exercitio diſputatorio cum maxime deditus, et, Dic mihi, aiebat, o Abu-Hodail, vos qui deum ideo affirmatis eſſe جوهر *eſſentiam*, quia veremini, ne alias pro جسم *corpore* reputetur, quare non potius negatis, deum eſſe eſſen-

tiam; quandoquidem verendum eſt, ne ſtatuendo deum ſubſtantiam aut eſſentiam, fiat deus عرضا accidens. Abu-Hodail [qui ſe aliter expedire et adverſarium confundere neſciebat] in faciem ipſi inſpuebat. Ad quod Abu-Ishac: O quam debilis, aiebat, et frivola eſt tua argumentatio et convictio!"

(328) *Pag.* 427. Vid. Elmacinus p. 210, ubi qui adducuntur verſiculi ſic vertendi ſunt:

"Fuerint olim, quos tituli ſui nobilitarint; at Naſer-ed-daula nobilitat per ſe titulum ſuum.

"Vocarunt te [Abbaſidae] Naſerum ſuum [hoc eſt adiutorem et aſſertorem] quia naſarta [adiuviſti et aſſeruiſti] ipſos. Sane quod induſtria tua conſecutus es, [tam ſplendidum titulum] neque Barbari potuerunt conſequi, neque Arabes."

Ceterum multo aliter et diſtinctius enarrat Elmacinus l. c. et p. 212 Chalifae et Hamdanidarum inter ſe relationem.

(329) *Pag.* 427. *Ruſſorum natio — ad urbem Bardaa penetrabat* — Debuit hoc aliquot annis citius contigiſſe, ut patet ex loco Maſudii, qui hoc ipſo anno 332 ſcribens ſuum, e quo haec excerpimus, librum, *Prata aurea* inſcriptum, velut rei dudum praeteritae meminit, poſt annum 300 contigiſſe perhibens tanquam incertus. Verba eius ſunt: دخل الروس في المراكب الي بحر الخزر ونلك بعد الثلثماية ، ورايت اكثر من عني بوصف البحار ممن تغدم وتاخر يذكرون في كتبهم ان خليج الغسطنطينية الاخذ من مايطس متصل ببحر الخزر، ولست ادري كيف نلك ولا من اين قالوه امن طريق الحس ام من طريق الاستدلال والغياس ، وزعموا ان الروس ومن جاورهم علي هذا البحر هم الخزر وقد ركبت فيه من ابسكون وهو ساحل جرجان الي بلاد طبرستان وغيرها، ولم انرك ممن شاهدت من التجار ممن له ادني فهم ولا غيره من ارباب المراكب الّا سالته عن نلك وكل يخبرني الا طريق له الا من بحر الخزر من حيث دخلت مراكب

مراكب الروس اليه ونفر اهل الران واذربيجان والبيلقان من
بلاد برذعة وغيرها والديلم والجيل وجرجان وطبرستان لانهم لم
يكونوا عهدوا فيما مضي عدوا يظهر اليهم ولا عرف ذلك فيما سلف
في قديم الزمان وما ذكرنا فمشهور فيما سمينا من الامصار والامم
والبلدان لا ينكرونه لاستفاضته فيهم وذلك في ايام ابن ابي الساج

"Intraverunt Ruſſi mare Chozarorum [ſeu Caſpium] poſt a. 300. Vidi multos eorum quibus curae fuit marium deſcriptio, ſeu veteres ſeu recentiores auctores, tradere ſuis in libris fretum Conſtantinopolitanum [ſeu pontum Euxinum] quod ex palude Maeotide oritur, cum mari Chozarico cohaerere: quod habeantne ex ſenſuum teſtimonio et oculari inſpectione, an ex ratiocinio et probabilitate, neſcio. Putant porro, Ruſſos et eorum ad huius maris oram vicinos ipſos eſſe Chozaros, et egreſſos ex Aboſcun, hoc eſt litore Gorganico, irrupiſſe in Tabareſtanam et ceteras regiones. Qua de re quid ſit, ut certo cognoſcerem, nullum reliqui mercatorem ſenſu praeditum, nullum nautam, quem non ideo interrogarim, quum mihi copia fieret. Et reſponderunt mihi omnes, non eſſe aditum ad mare Chozarorum niſi inde, unde venerunt naves Ruſſorum. [Haec extundo ex corruptis Arabicis.] Quorum adventu exterriti gentes Arran, et Aderbigan, et Bailacam, in agro Bardaae, cet. gentes Dailom, Gil [Gilan], Tabareſtan, aufugerunt. Nam in praecedentibus temporibus hoſtem peregrinum non viderant, neque tale aliquid accidiſſe vel in ultima retro memoria norant. Id quod iam dicimus, notum eſt omnibus illis, quas modo nominavimus, magnis urbibus, gentibus et regionibus; quae id non negabunt, quia nimis dimanavit inter ipſas eius rei fama. Idque contigit in diebus Abu-Sagi." Haec Maſudius, qui poſtremis illis verbis cladem deſignat, quam Abu-Sag, legatus Chalifae Moctaderi, circa an. 319 a Carmatita Abu-Tahero accepit; de qua noſter ſupra ad an. 314 et 315. Conf. d'Herb. p. 215. a. (lin. 11.)

(330) *Pag.* 431. *Caſtilia.* Eadem, de qua Ortelius in theſauro geogr. voce *Caſtellum* "Caſtellum Ripenſe, ait, in Mauritania Caeſarienſi, epiſcopalis ſedes."

(331) *Pag.* 431. *Teniſſam.* Ita Ortelius in theſ. geogr. Mauritaniae Caeſarienſis oppidum appellat ex Ptolemaeo. Leo Afric. II. 40 urbem *Teneſſam* memorat. Reſcripſi ergo تنسة pro تبسة, quod in codice reperibam. Nunc tamen ambigo rectene fecerim. Geographus Nubienſis hoc ipſum quoque habet p. 94. lin. 3, quamvis eius auctoritas ſuſpecta queat haberi, quum in eius editione nomina locorum vehementer corrupta ſint. Sed etiam veteres nominant *Thapſum;* item *Thebeſten.* vid. Ortel. theſ. geogr. voce *Theueſte,* ubi Africae propriae oppidum appellat.

(332) *Pag.* 431. *Subaitam.* Subaitam appellavi et سبيطة ſcripſi in Arabicis ex auctoritate Leonis Africani, qui II. 63. eam deſcribit. In codice erat سبيبة *Subiba,* aut *Subaiba,* aut *Sabiba.* Invenio quoque apud Ortelium *Subaita;* ſed de ſitu loci ex eius indicio judicare non poſſum.

(333) *Pag.* 431. *Ariſam.* Etiam in hae voce diſcrepat ſcriptura. Codex meus hic habebat الاريس cum gemino puncto, ideoque dedi *Ariſam,* putans eſſe idem oppidum, quod Salluſtius in bello Iugurtino *Laris* appellat. Verum Geographus Nubienſis pag. 98. lin. 10. et pag. 100. lin. 13. الاربس cum uno puncto, *Arbes,* nominat, et in Africa collocat. Neſcio ſane ſitne eadem cum noſtra, an diverſa.

(334) *Pag.* 433. De *Cagelia* nihil invenio. *Tabena* eſt Tabena Hirtii. vid. Theſ. geogr. Ortelii hac voce, et geogr. Nub. pag. 82 lin. 18. et pag. 94 lin. 6 et 18. Pro *Barzal* برزل quid ſi برزك *Barzak* legas, vel *Burzak?*

(335) *Pag.* 35. *infra.* Forte de hac expeditione loquitur Cedrenus pag. 637. Sed graeculi nimis ieiune et inſcienter ſuorum cum Saracenis res geſtas narrant, nulla hominum rerumque et annorum vel locorum facta commemoratione.

(336) *Pag.* 437. *comite et amico Buidae.* Notat vox *Saheb* comitem; principis familiarem. Videtur dignitas paullo minor quam Veziri fuiſſe. Nam infra ſub annum 339 ait Noſter, hunc Haſanum a Maazz-ed-daula poſt obitum veteris Veziri ſuffectum in huius locum fuiſſe. Sed ad ann. 385 Ibn-Abbadum ait primum Sahebi titulum geſſiſſe; quod cum hoc loco non concilio.

(337)

(337) *Pag.* 437. معز الدولة ومغيث الامة *Maaz-ed-daula va Mogit al-Omma, robur aulae et opitulator populi,* ut eum appellat Hamza Isfah. in titulo capitis octavi libri X. quem ſupra dedimus p. 751. Capite nono eum ſic laudat: "principes dynaſtiae, quae prodiit e Tabareſtana, ideo commemoro, ait, quia repurgarunt terras Muſlemicas a foeda lue Carmatitarum, et regni ſedem [Bagdadum] a praedonibus, et ſeditionum conflatoribus, et quod contuderunt Iazidicos [alias Baridicos] homines verae fidei oſores, qui debitam reverentiam Chalifatui abſtulerant, et introduxerant mores Sodomiticos; quos deus aeterni ignis aeſtu vehementiſſimo torreat." Poſtrema haec memorabilia, neque alibi obvia. Laudat vero Perſa Perſam, quod non mirum.

(338) *Pag.* 439. Solent Arabes in caſu ſubitae neceſſitatis cidari ſua pro fune uti. Egregie locum hunc illuſtrat et confirmat Lambertus Schafnaburgenſis in Chronico ad A. Chr. 1065, narrans de calamitate, quam experti fuerunt aliquot epiſcopi Germani, qui religionis cauſſa Hieroſolymam profecti apud Ramlam ab Arabibus fuerunt ſpoliati. "Nec moratus, ait, de latrone Arabe loquens, linteum, quo caput more gentis obvolverat, expediens, facto vinculo in collum epiſcopi Babenbergenſis iniecit." Leguntur verba pag. 173 in editione Piſtorii.

(339) *Pag.* 443. *Akikita.* Apud Elmacinum, qui clarius haec narrat, exſtat العقيقي *Afiſita.* Sed illud Noſtri procul dubio rectius eſt. Ex Ibn-Cotaiba intelligo, praedium in agro urbis Medinae eſſe, a quo Scherif noſter nomen accepit. "Saad, filius Abu-Vaccaſi, ait, obiit في قصره بالعقيق علي عشرة اميال من المدينة in caſtello ſuo apud Akik, ad decem miliaria a Medina." et Tebrizius ad Hamaſam, العقيق واد ببلاد بني عامر وهو من الحجاز "Akik, ait, eſt rivulus et vallis in territorio Ameritarum in Hegaz." Conf. Geogr. Nub. p. 54. lin. 20.

(340) *Pag.* 445. *Abu-Becr Schebelita.* Vid. d'Herbelot pag. 780. a. Sed ibi male appellatur magiſter Bahaluli; quum eius diſcipulus fuerit. Vid. pag. 170. a. Adſcribam, quae huc pertinent, ex Raudo quaedam. Auctor ille hunc virum appellat Abu-Becr Gafar ben Iunas, Schebelenſem, (cognomen a Schebela, quodam pago in Tranſoxana, ei inditum) Choraſanicum ori-

 gine,

gine, ſed Bagdadi natum et adultum; fuiſſe diſcipulum Gonaidi, — antequam vitam contemplativam amplecteretur, fuiſſe praefectum qualem Vali (vel Veli) appellant, apud Donbavend; — ſedulum et anxium in cultu dei, etiam ſupra vires fuiſſe; oculos [loco ſtibii] ſale trito collyriaſſe [ut nempe perpetuo ploraret], obiiſſe die quodam Veneris, ultimi menſis anno 334." Abulfeda in Geographia الشبلية *Schebaliam* nominat huius viri patriam, oppidum agri Oſruſchnani.

(341] *Pag.* 447. Vid. Caruſ. p. 19 lineis ultimis. Suo more, hoc eſt, plebeia dialecto eandem rem ita enarrat Chronicon Siculum, vulgo Cantabrigienſe, pag. 16. ورجع حسن الي افريقية واخذ وجوه الصقليين وادخلهم في مذهب امير المومنين وكثر مقتناهم وافضل عليهم ، واجرد السلطان علي طبرمين Ita legenda ſunt haec poſtrema, non, ut editum a Caruſio, vel potius Aſſemano, fuit واجردوا Priora verba, ادخلهم في مذهب non recte explicata a laudato viro cl. nihil aliud notant, quam *adegit eos in fidem.* Denique poſtrema verti debent: "et expediit [cohaerent enim haec cum praecedentibus; nimirum Moëzzus] Sultanum [hoc eſt relictum in inſula gubernatorem eius, filium Haſani] adverſus Tabermin [ſeu Tauromenium]."

(342) *Pag.* 447. Dobelius videtur in ſuo codice يختتن *eſſet circumciſurus* habuiſſe loco verbi يظهر *producturus*, quae in meo eſt. Ita nempe vertit hunc locum apud Caruſium p. 20. "Poſt vero rex Almoëzius duci Ammed, habitanti in Sicilia, tabellarium allegavit, praecepitque illi inſcribi pueros totius inſulae Siciliae, et eo die, quo ipſe praeſcripſerat circumcidi ſuum filium, iuſſit ut cuncti illi pueri circumciderentur: et ſic nomina quindecim millia infantium ſcripta ſunt" cet. Poteſt tamen eius codex a noſtro non variaſſe. Res enim eodem redit. Muhammedani pueros ſuos, ſaltim nobiles, in gynaeconitide tamdiu nutriunt et velut occultant, quoad circumcidantur, tunc demum eos in publicum producunt.

(343) *Pag.* 449. *expugnata Tauromenio.* Diverſa eſt haec expugnatio ab ea, quam Caruſius Epitome R. Sarac. p. 95. ad A. C. 901 late enarrat. Tempore nempe ſecuto Graeci eam urbem c. A. Chr. 918 recuperaverant; (vid.

(vid. idem Caruſius p. 98.] quibus eam Ahmed hoc tempore iterum adimebat. Rurſus veniſſe videtur deinceps in Saracenorum manum, quandoquidem Graeci, duce Manuele A. C. 963 eam recuperabant; ſed et denuo amittebant poſt infelicem illam pugnam, qua ipſos Ahmed, de quo hic ſermo eſt, graviter afflixit, ipſumque Manuelem peremit Anno Chr. 964, ut Caruſius pag. 103. b. narrat. Paullo poſt ea urbs, quae tantos totiesque labores et moleſtias creaverat Africanis, funditus everſa fuit, ut idem auctor perhibet pag. 104. a.

(344) *Pag.* 449. *decem millia.* Probabilius hoc, quam quod Dobelius apud Caruſ. p. 20. perhibet, numerum geminans.

(345) *Pag.* 449. Chronicon Siculum Cantabrig. quoad tempus conſentit, referens ad A. M. 6473, Chr. 962 aut 963. Locus apponendus et emendandus. Nam apud Caruſium miſere deformatus eſt. وفي سنة ثلاثة وسبعون اتي حسن بعساكر بن ابر وشتي في البانرم ومات حسن في شهر نونبر Ita editum fuit, et latine converſum ſic: "A. M. 6473 venit Haſan cum copiis Ben-Aber, et Panormi hiemavit, et mortuus eſt Haſan menſe Novembri." Vera lectio eſt برابر *Beraber*, hoc eſt Barbarorum, incolarum Barbariae. "Venit Haſan cum copiis Barbarorum [ex Africa in Siciliam] et hiemavit [hoc eſt hiemare inſtituit] Panormi, deceſſitque vita [ibidem ſcilicet]." Tenendum, Panormum fuiſſe praefectorum Saracenicorum ſedem et urbem capitalem; et Chronicon illud Panormi fuiſſe ſcriptum, ignotumque ipſius auctorem, ubi المدينة *urbem* ſimpliciter nominat, Panormum ſemper intelligere; quod meminiſſe non inutile erit per totum iſtum libellum, vel potius libelli fragmentum.

(346) *Pag.* 451. *in loco, cui a turribus nomen erat.* Vel *burgis.* الابرجة Ipſam vocem Arabicam retinuit et repraeſentavit Dobelius apud Caruſium p. 21.

(347) *Pag.* 351. *Abulcaſem — mortem — adverſos Francos pugnans oppetiit.* Praeclarus locus, qui lucem Chronico Lupi Protoſpathae accendit, apud quem ad A. C. 967 leguntur haec: "Deſcendit [ex Germania in Italiam cum exercitu] Otho rex et ſenex, pater [iſtius] Othonis, qui pugnavit cum Bul-

Bulcaſſimo, Saracenorum rege, et interfecit eum." Incontinente haec eadem repetit ad annum 969. Sane in alterutro anno vitium haeret. Putem in priore, 967. Tandem hunc caſum loco ſuo, quo debebat, memorat, anno ſcilicet 981, diſcrepans a Noſtro uno anno. Nam ſecundum Noſtrum contigit illa clades menſe Iulio anni Chr. 982. Verba Lupi ſunt: "Fecit praelium Otho rex [eſt is Otto II. Imper.] cum Saracenis in Calabria in civitate Cotruna, et mortui ſunt ibi 40 millia Poenorum cum rege eorum, nomine Bulcaſſimus." Atqui noſtri ſcriptores omnes, ut Hermannus Contractus, Sigebertus Gemblacenſis, Compilatio Chronologica, et alii uno ore teſtantur, Othonem a Saracenis tanto et tam memorabile praelio victum fuiſſe, ut Otho paullo poſt prae dolore acceptaeque cladis impatientia perierit. Ad conciliandam diſcordiam auctorum nihil expedit aliud, quam diverſa ea praelia fuiſſe; prius, quo Saracenos Otho afflixerit, poſterius, quo hi cum Graecis iuncti viciſſim illum. Notandum denique, Dobelium apud Caruſium p. 21 ex auctore ſuo Ibn-Abu-Dammi non a. 372, ſed 371 allegare.

(348) *Pag.* 451. *Abu-Calas.* Hunc ſuo nomine appellat Abu-Oſaiba in vita Ahmedis Baladenſis, Abu-Farag Iacub filium Ioſephi; aitque Baladenſem ipſi librum de tractandis puerperis et infantibus inſcripſiſſe, et alio loco memorat, alium medicum, Tamimicum, ipſi magnum et multorum voluminum opus, de arte vitam in longum protrahendi, inſcripſiſſe. Elmacinus etiam eius paſſim meminit; ut pag. 237, ubi quem dicit venemo Aftekinum ſuſtuliſſe, is noſter eſt. Pag. 247 ait, eum ſaevam tempeſtatem adverſae fortunae expertum fuiſſe, ſed evaſiſſe; et anno tandem 380 obiiſſe. Vid. pag. 253, ubi eum vehementer laudat. Dobelius pag. 21. apud Caruſium quare ipſum Ben Ahem nominet, et quale ſit illud nomen non novi.

(349) *Pag.* 457. *reportabant — nigrum lapidem —* Poſtquam decem auri maſſas acceperant ponderi lapidis aequales, ſi fides adhibenda Teixeirae pag. 270. Mihi tamen probabilius eſt, quod Elmacinus pag. 144 tradit, Carmatitas hunc lapidem ſponte ſua retuliſſe Meccam absque praemio vel pretio; non quidem ex humanitate, quae nulla in latronibus, ſed forte ob ſubortas inteſtinas diſcordias, vel quod viderent quamdiu lapis ille Mecca abeſſet, tamdiu aut prorſus ceſſare aut ſaltim infrequentes eſſe ſacras Meccanas

peregri-

peregrinationes, adeoque latrociniorum ſuorum pretia et incitamenta victumque omnino ſuum intercidere.

(350) *Pag.* 459. *Abu-Naſr, Farabenſis — rarus in coetibus.* Rationes, quae id ipſi ſuadebant, ipſe indicat elegantibus apud Abu-Oſaibam verſibus:

لما رايت الزمان نكسا وليس في الصحبة انتفاع ،
لزمت بيتي وصنعت عرضا به من الغرة امتناع ،
اشرب مما اقتنيت راحا لها علي راحتي شعاع ،
لي من قوارير نداما ومن قراقيرها سماع ،
واجتني من حديث قوم قد اقفرت منهم البقاع *

"Quum videam hanc aetatem pravam et infelicem eſſe, qua non conducat multum hominibus miſceri,

domi meae me contineo, et occupo me negotio, quod me tutum ab impoſtura et errore praeſtat [nempe ſtudio veritatis].

Bibo pro pecunia mea rite acquiſita vinum, in manu mea, ſi teneo, radians,

cuius lagenae mihi adſtant veluti compotores, aliorum compotorum loco, et cuius, dum effunditur, καχλασμοι mihi pro conſueta ſympoſiis muſica inſerviunt.

Fructus lego atque alimentum capio ex ſermone virorum, quos terrarum orbis iam dudum deſiderat."

De vini potu non conſentit Noſter. Conciliet ambos qui norit.

(351) *Pag.* 459. *rarus in coetibus viſus — praeterquam apud aquam et — arboretum.* De Turcis Maundrell Itiner. pag. m. 187. "Nihil eſt, inquit, quod magis ament Turcae, quam viridarium et aquam, quo ſi accedat formoſus vultus, dicere ſolent hoc proverbium: Haec tria ſimul ſumta optimum melancholiae medicamentum eſſe."

(352) *Pag.* 459. Errat Herbelotus pag. 979. a. quod Zagagium ſua potiſſimum ex *Keſchaſo Zamachſcharii* hauſiſſe ait. Atqui hic auctor, Zamachſchari,

ſchari, anno 467 demum natus fuit. Vid. ad an. 538 quo is deceſſit. Forte rectior fuerit, contrarium dicere.

(353) *Pag.* 461. De hac expeditione videtur Cedrenus loqui p. 637 ult. ubi de capto Conſtantino Phoca, Nicephori fratre, narrat.

(354) *Pag.* 461. *ad ſubigendam Schaharzur.* Quae urbs tum ad Naſer-ed-daulam Hamdanicum pertinebat, inter quem et Buidas continuae inimicitiae intercedebant.

(355) *Pag.* 465. *Golam Taalabi.* Golam غلام notat *iuvenem robuſtum,* inde *famulum.* Male legit Herbelotus (niſi forte quis alius errorem commiſerit) طالب *Taleb,* pro ثعالب *Táaleb,* et inde vertit p. 406. b. in fine *le jeune homme deſireux.* Pag. 970. a. memorat eius كتاب الساعات *librum de horis,* vel horologium, p. 981. a. eius كتاب اليوم والليل *librum de nocte atque die,* et p. 406. b. اسماء الشعراء *de nominibus poëtarum.* Hunc et proxime antecedentem Sebekaeus quoque in eius libris recenſet, et praeterea hos غريب الحديث *de raris dictionibus Traditionum,* كتاب الياقوت *librum hyacinthi,* كتاب القبايل *de tribubus Arabicis,* كتاب النوادر *librum facetiarum* et توشيح الفصيح *commentarium in Faſih,* ſeu magiſtri ſui Taalabi commentarium in Coranum, de quo vid. d'Herbelot p. 842. a. item p. 341. b. et p. 741. b. et Catal. Bibl. Leid. p. 462. n. 1319.

(356) *Pag.* 465. Non concordant cum his, quae *Haſius* in *Phoſphoro* p. 106. habet de dynaſtia *Deilem,* vel Dilemitarum. Noſter hanc gentem a Sallaro Marzapano conditam ait, in Aderbigana, et forte Taurizii reſediſſe; quod colligo ex loco ad an. 446, ubi memoratur aliquis Vahſchudan, Taurizii dominus, Togrilbeco ſe ſubmittens. Haſius autem, ſedem dynaſtiae facit Scheherestanam, et auctorem Vaſchudanum filium Marzabani, ab anno inde 315 (927); ei ſucceſſiſſe filium Haſſanum; huic fratrem, Alin; huic filium, Mahadin; huic denique Muhammedem, filium Moſafferi; tum Asfarum primum dominatum fuiſſe Gilanae, poſt occiſum Macanum; inde Mardavigum cet. Video iſta omnia ex Elmacino depromta eſſe pag. 191, qui locus certe memorabilis eſt, et quamvis nimis brevis in ſe, adeoque obſcurus, multo tamen, quam Noſtri eſt, luculentior et ut puto accuratior quoque.

Mon-

Monſtrat enim, ea quae Abulfeda ad hunc an. 346 refert, ad annum 300 propemodum referenda eſſe. Nam Fatemidam illum Naſer-al-Hak, cui bella fuerint cum Haſſano, filio Vahſchudani, obiiſſe ait anno 304.

(357) *Pag.* 467. *mare decreviſſe.* Sed quodnam? Puto ipſum de mari *Perſico* vel *Indico* loqui. *Perſicum* profecto nominat Hagi-Chalifa جزر كرن بحر فارس خارج از حد ، وظهور جزاير Simile quid de mari Aegaeo refert Cedrenus p. 454. et de ipſius maris Perſici mutatione illa inſigni, qua adeo a ſuis conſuetis terminis receſſit, ut Hira, cuius tractus nunc plusquam tridui itinere a mari abeſt, olim accedi plenis velis et navibus potuerit.

(358) *Pag.* 467. De hac expeditione loquitur Leo Afric. I. cap. 13. ſed tempora miſcens et rerum hiſtoriam, more ſuo, miſerum in modum. Sed adſcribam quae huc pertinent: "Hic Gehoar [hoc eſt Geuhar al-Kaied] ſuas copias occidentem verſus traducens totam recuperavit Numidiam, Barbariam, perrexitque ad regionem usque Suſam, ubi cenſus ſibi atque tributa largiſſima reddi iuſſit. — Califa, ubi felices huius ſucceſſus vidit, iam de maioribus exſequendis cogitare coepit. Gehoar autem quemadmodum occidentale illud regnum domino recuperaverat: ita ſe mox armis totam orientalem plagam, hoc eſt Aegyptum, Soriam et Arabiam recuperaturum firmiſſime pollicetur" cet.

(359) *Pag.* 471. Atqui Elmacinus (e quo Renaudot pag. 258 transſcripſit) perhibet Ommiadas Andaluſenos a primo ſtatim ortu ſibi titulum Chalifae arrogaſſe. Videtur illi quoque pondus addere Sigebertus Gemblacenſis, qui, quod habet ad ann. 766, nomen Amirmonon, ſine dubio idem eſt atque Emir al-Mumenin.

(360) *Pag.* 473. *Montaſar.* Ita quoque legendum apud Rod. Tolet. l. c. non, ut ibi exſtat *Almuztacar,* quod impoſuit Erpenio, aut Golio, ut ibi المستغر et Herbeloto, ut p. 412. a. *Al Moſtaker,* ederent: verum *Almuntaçar* ſcribendum fuerat.

(361) *Pag.* 477. Ipſi imperatori Nicephoro Phocae tribuit Cedrenus occupationem Anazarbi pag. 644. D. e quo patet Abulfedam temporum

 ordi-

ordinem turbare, *αυτος εισελθων εις* Κιλικιαν Αναβαρζαν *και* Ῥωσσον *και* Αδαναν *και ἑτερα φρουρια κατεστρεψατο.* Cedrenus haec anno Nicephori Phocae Imp. ſecundo adſcribit, qui in A. C. 964 incidit.

(362) *Pag.* 477. Cedrenus p. 645 narrat: *εν Συρια γενομενος* Φωκας, nempe Nicephorus, cet. Hinc patet, pro القفاص apud Elmacinum p. 221. lin. 3. reponendum eſſe القفاس ὁ Φωκας. Quam autem Elmacinus memorat الحدب *Hadabam*, ea eſt Cedreni Ἁδαπα p. 640. ubi *την περιβοητον* Ἁδαπαν appellat. Non haec eſt *Halebus*, neque Ἁλαπαν legendum; ut videri poſſet. Nam Halep, aut Χαλεπ aut Βερροια Graecis nominatur. Ceterum adnimadvertendum, Cedrenum aeque atque Elmacinum in mendoſos codices Arabicos incidiſſe, in quibus exſtabat الحدب unde Ἁδαπα fluxit. Vera ſcriptio quae et apud Abulfedam et apud Motanabbium eiusque Scholiaſtem exſtat, eſt الحدث *Hadat.* Habetur nempe inter carmina Motanabbii ducenteſimum et vigeſimum, quo laudat reparatam a Saif-ed-daula ثغر الحدث *arcem limitaneam Hadat.* Hiſtoriam breviter ſic narrat Scholiaſtes: الحدث اسم قلعة معروفة بناها سيف الدولة في الروم، وقوله الحمرا لانها احمرت بدماء الروم، وذلك انهم غلبوا عليها وتحصنوا بها، فاتاهم سيف الدولة وقتلهم فيها "*Hadat* eſt nomen arcis notum. Condiderat eam Saif-ed-daula in territorio Romano: deinde veniebant Romani, et expugnabant eam, muniebantque ſibi in praeſidium. Saif-ed-daula vero illos obrutos in ea arce trucidabat. Et inde eſt, quod poëta ipſam *Hadatam rubram* appellat; a ſanguine ſcilicet Romano ibi effuſo."

(363) *Pag.* 479. Attamen Cedrenus p. 599. B. et Leo Grammaticus p. 481. ad Leonis philoſophi aetatem referunt Tauromenii expugnationem, annum pro more ſuo non indicantes: videntur tamen exitum Leonis indicare voluiſſe, hoc eſt A. C. 911 propemodum.

(364) *Pag.* 479. Conf. Elmacinum p. 223 et 224, qui ſeptennem fuiſſe captivitatem Abu-Feraſi ait, et anno demum 355 ſolutam, quum permutatio captivorum Romanos inter et Muſlemos inſtitueretur. Memorat Cedrenus p. 637 aliquem Chabdani, vel rectius Chamdani, hoc eſt Hamdanidae Saif-ed-daulae affinem, quem Απολασαηρ appellat, captum et Conſtantinopoli pro-

productum in triumpho fuiſſe, *ὁ δε Λεων* (Bardae Phocae filius) *Απολασανηρ επισημον ανδρα, και του Χαβδαν* [l. *Χαμδαν*] *συγγενη* — *εν Κωνσταντινουπολει απεσειλε* cet. Diverſus eſt a noſtro Abu-Faraſo, de cuius captivitate Graeci, quantum novi, non memorant. Illius, quem laudat Cedrenus, nomen eſt Abu'l-Aſchajer. Genealogiam eius non conſtituerim. Elmacinus p. 229 eum appellat *Abulaſajirum, filium Haſeni, vicarium Saif-ed-daulae*, ſcilicet in arce Tel Patrik eumque in carcere Conſtantinopoli periiſſe ait. Motanabbius aliquot carminibus eum celebravit, quae in eius operibus poëticis exſtant: ſed ibi appellatur Abu'l-Aſchajir (vel Abu'l-Aſchaïr) Hoſain, filius Alii, filii Hoſaini, filii Hamdani, quod rectius puto.

(365) *Pag.* 481. *Abu-becr Naccaſch.* Vid. d'Herbelot p. 44. a. lin. 1. 654. a. 945. a. 946. a. 961. b. Ex Sebekaeo patet, librum eius Schafa es-Sodur fuiſſe commentarium Corani. Ait enim ومن تصانيفه كتاب شفاء الصدور في التفسير et addit وفيه موضوعات كثيرة "et in eo ſunt multae traditiones confictae, non genuinae."

(366) *Pag.* 481. Confundit noſter hoc loco tempora et homines. Debuerat dixiſſe: "Anno 360 (Chriſti 969) peremtus fuit Romanus Imperator (Nicephorus Phocas), et qui hactenus Domeſticus fuerat, Ioannes Tzimiſces in eius locum ſucceſſit." Nam Romanus, Nicephori anteceſſor, iamdudum fato ſuo deceſſerat.

(367) *Pag.* 485. *Saccaï* appellantur orientalibus genus aliquod religioſorum hominum, ſed viliſſimae plebis, qui aquam in utribus per plateas circumbaiulant et ſitientibus exhibent, quos optime deſcribit Rauchwolff pag. 543. fin. Talis ergo fuiſſe dicitur celeberrimi huius poëtae pater. Talis quoque fuit ille Abu-Racva [ſeu pater utriculi aquarii, vel homo cum utriculo] de quo Noſter ad annum 397 narrabit. Animadvertendum, geſtationem utris aquarii ſymbolum Arabibus infimae humilitatis et infamiae eſſe; quia opus id proprie ancillarum eſt, neque vir honeſtus, niſi ſumma neceſſitate cogente, utrem aquae geſtet. Qui autem id faciunt ſponte ſua, eo ſe volunt humiliare, et humilitatem atque ſanctimoniam oſtentare. Hinc eſt proverbium لقيت من ذلك عرق القربة "contigit mihi ex hac re ſudor utris aquarii," hoc eſt, ſudor qualis exprimitur a geſtatione utris aquarii,

et كلفت اليك عرق القربة "ſuſcepi, quo ad te venirem, ſudorem utris aquarii."

(368) *Pag.* 485. Miror ſane, quomodo potuerint carmina qualia ſunt Motanabbii, quae legi non ſemel, adeo placere orientalibus, ut veterum poëtarum ſtudium prorſus omiſerint, quaſi praeter hunc alius nullus poëta eſſet. Quod aegre ſe ferre et mirari teſtatur ipſe Vahidicus interpres. Sane multo ſublimiores et ſuaviores ſunt veteres poëtae quam hic. Sed videtur eo tempore verum de litteris iudicium per totum terrarum orbem corruptum fuiſſe. Optima dos Motanabbii eſt, quod egregie philoſophatur, frequentius et acutius quam ullus Arabum quotquot vidi. Graecorum ſi cui comparare velimus, exacte refert Euripidem. Pedeſtris eſt, et durus philoſophus; ſed multo frequentius, quam ille, nugator. Mirum eſt, quod aſſeverat Abu'l-Ola Maarrenſis apud Vahidicum, ſe interdum tentaſſe, voces alias Motanabbio ſubſtituere pro illis, quae minus placerent. Sed nunquam potuiſſe meliorem et aptiorem vocem invenire ea, quam Motanabbius adhibuerit. Quod ſane artem magnam indicat.

(369) *Pag.* 487. *apud Nomaniam.* Vid. d'Herbelot pag. 674. b. Aſſem. IV. p. 765. "Amrus, ait, Naamaniam et Zanabiam, hoc eſt utriusque Zabae urbem pro una eademque re accipit." Multum diſtant Zabia et Nomania, quum haec infra Bagdadum verſus Vaſetam, illa ſupra Bagdadum verſus Mauſelam reſpiciat.

(370) *Pag.* 487. *Abu-Hatem Boſtenſis.* Diverſus hic eſt ab illo, quem d'Herbelot ex *Raudo* memorat pag. 212. a. ut qui anno 400 deceſſit. Verſus quem ibi citat *ce que l'homme a* cet. recte converſus non eſt. Arabice ſic habet:

زيادة المرء في دنياه نقصان وربحه غير محض الخير خسران ،

"Creſcere virum quoad opes, eſt decreſcere; et lucrum, niſi mera ſint bona opera, eſt detrimentum."

De noſtro hoc ait Sebekaeus امام عصره ، رحل فيما بين الشاش الى الاسكندرية ، تولى قضاء النسا "fuit Imamus ſui temporis. Itienera obiit acquirendae ſcientiae cauſa a Sſchaſch inde [urbe Tranſoxanae] usque ad Alexan-

Alexandriam Aegypti. Geſſit munus Cadii feminarum." De Cadio feminarum nihil usquam legi. Puto abiecto articulo pro النساء legendum eſſe نسا *naſa:* fuit Cadi apud *Naſam*, Choraſanae urbem, quem Golius credidit Nyſaeam Ptolemaei eſſe.

(371) *Pag.* 489. *Bab-et-Tebn.* التبن ſic eſt in Arabico. Infra tamen ſub anno 466 legitur التين, quod foret *vicus ficuum.* Vtrumque aeque probabile eſt in teſtimoniorum plurium defectu. Credo tamen poſterius *Bab et-Tin, porta* vel *vicus ficuum* rectius eſſe, quoniam id in Ibn-Coṭaiba quoque reperio دفن هو وابوه ببغداد في باب التين

(372) *Pag.* 489. *in ſepulcris Coraiſchitarum.* Videntur Arabes tribuum et genealogiarum ſuarum ſtudioſiſſimi, ut ſeorſim in urbibus ſecundum tribus habitant et quaeque Cavilda ſuos habet peculiares phylarchas, ita ſua quoque peculiaria coemetria habuiſſe.

(373) *Pag.* 489. *Soat* iidem ſunt, quos Leo Africanus l. VIII. c. 36. ore et more ſuo *Eſuhas* appellat. "Eſuhae, ait, litteris Alcairo in Syriam deferendis vacabant, ac pedes in ſingulos dies ſexaginta paſſuum millia conficiebant." Ioſephus Barbarus eos decem dierum iter uno continuo curſu abſolvere perhibet, Itiner. Perſic. p. 40.

(374) *Pag.* 491. *numis aureis* 18. Viliſſimum hoc pretium mancipii eſt. "Mancipiorum maſculorum ſingula viginti aureis emuntur (ait Leo Africanus II. 78.) feminae vero quindecim. Eunuchus aureos quadraginta aequivalet." De mancipiis Aethiopicis ait Bernier I. p. 181. "On les vend ordinairement vint cinq ou trente écus la piéce, l'un portant l'autre." Haec vilia et ordinaria ſunt mancipiorum pretia, ſed habemus quoque exempla aliorum qui pluris conſtiterunt. Narrat Lazarus Sorzano, Haſſanum Baſſanum venditum fuiſſe 250 aureis, p. 7. Exemplum alicuius qui quater mille aureis vaenit, habet Ibn-Cotaiba باعه باربعة الف دينار

(375) *Pag.* 493. Hunc *Abu-l-Favoreſum* ait Marai, cum capeſſeret imperium, annum aetatis 14 egiſſe, et unum tantummodo annum in poteſtate transegiſſe, quo finito Gauhar Caiedum depoſuerit. Meminit eius Vanſleb Itiner. pag. 11. "L'Egypte, ait, a été gouvernée par trois ſortes de princes Maho-

Mahometans depuis que les Arabes l'ont envahie ſur les Grecs. Les premiers furent ſimplement appellés *Omara Meſſr*, ou princes d'Egypte ſans autre titre. Ils étoient tous Arabes [patitur hoc exceptionem] et ſucceſſeurs d'*Amru ibn el-Aſſ*, qui fut le premier, qui la conquerit. Et depuis ce prince jusqu'à *Abu-el-Fevares*, qui fut le dernier de cette race, on en compte cent douze pendant 337 ans. Ils commencérent à la gouverner vingt ans après l'Hegire, et finirent la 358 année d'après. Ils avoient tous leur reſidence a Foſtat Meſr, ou aux environs." Hunc noſtrum Elmacinus p. 226 Alin, filium Muhammedis, filii Achſchidi appellat, rectius, me quidem iudice.

(376) *Pag.* 493. *Seif-ed-daula* eruditus erat et eruditorum patronus. Halebum confluebant ad ipſum maximi tum temporis et clariſſimi homines. Facetum eſt, quod Ibn-Chaluieh in eo animadvertit et miratus fuit, iudicium nempe grammaticum, homo grammaticus. Veniebam aliquando (ait, referente Raudo,) ad Saif-ed-daulam, qui coram adſtanti mihi imperabat اقعد *Akod, conſide.* Hac prima ſolaque dictione deprehendebam ipſum linguam ſuam grammatice penitusque callere [quia non dicebat اجلس *Aglos* ut vulgaris aliquis dixiſſet]. Scilicet ſi quem volumus ſtantem invitare, ut deſideat, adhibemus verbum Kada; ſed ſi volumus ſignificare, ut aliquis humi ſe devolvat, ut facit e. c. qui dormit, aut deum adorat, dicimus *Aglos.*
قال دخلت يوما علي سيف الدولة ، ولما قمت بين يديه قال
اقعد ، فتبينت بذلك اعتلاقه باهداب الادب واطلاعه علي اسرار
لغة العرب ، ان يقال للقايم اقعد وللنايم او الساجد اجلس *
Singularem curam inſumſit Elmacinus huius viri rebus geſtis praecipue adverſus Romanos laudandis. Forte incidit in Chronicon alicuius Chriſtiani Merdinenſis, aut Miafarekinenſis, e quo ea in ſuum Compendium tranſtulit. vid. a p. 221 usque ad p. 225.

(377) *Pag.* 499. Muhammedani non tantum inſpergunt flores ſuis ſepulcris, ſed etiam flores atque arbores ibi plantant, et ſollicite ibi nutriunt, quod ex Itinerariis noſtratium ſatis conſtat. Hinc imprecantur iis et mortuis ſuis largos imbres. Conferatur cl. Schultenſ. ad Excerpta Hamaſae p. 556.

(378)

(378) *Pag.* 499. Eruditionem, fortitudinem, eloquentiam et poëſin Abu-Feraſi magnis laudibus extollit Raud, qui ſic de ipſo ſcribit: ابو فراس الحارث بن سعيد بن حمدان الملك الشاعر المشهور في البلاغة والشجاعة ، كان اوحد زمانه وادركته حرفة الادب وعين الكمال ، اسرته الروم سنة احدي وخمسين وثلثماية * Conſentit Elmac. p. 221. et diſtichon eius producit, cuius ideam بديع *admirabilem et recentem*, ab alio poëta nullo praelibatam, appellat, et pulchritudinis laudes omnes ſuperantem. Valde corruptum proſtat in edit. Erpen. forte ſic refingendum.

وانقذ من مشن الحديد وثقله ابا وايل والعدو اجزع صاغر ،
وعاد وراس القرمطي امامه له جسد من اكعب الرديني ظاهر ،

Conferatur idem Elmacinus p. 224 et 225, ubi Erpenius ſecundum Arabicum verſum, quem non percipiebat, omiſit latine vertere. Scribendus autem et accipiendus eſt ſic:

ربت الاسود عن الفريسة ثم يغر سني الضباع ،

"Quam praedam non potuerunt leones [generoſi bellatores] diſcerpere [hoc eſt me] in fine diſcerpunt viles hyaenae."

(379) *Pag.* 499. *genere Graeci.* Dalmatam perhibet Leo Africanus VIII. 17. p. 460. "fuit Cahira exſtructa a Gehoaro Chetibo [الكاتب Catebo, *ſcriba;* male, nam Caied erat, *militiae magiſter*, non *ſcriba*] Dalmata, conditione ſervo" cet. et pag. 481. cap. 53. ſimpliciter *ſervum Dalmatam Alcairi conditorem* dicit. Ceterum de hac revolutione conf. Renaudot p. 353.

(380) *Pag.* 501. *Fanum antiquum.* الجامع العتيق *Gemehul Hetich*, ut ſuo more ſcribit Leo Africanus, erat مصر العتيق *Miſra vetere, Miſrulhetik* (vid. VIII. 23.) ab Amruo filio Aſii conditum, quod Leo l. c. nobile Hamri templum munitiſſimum appellat, admirandae tum amplitudinis, tum elegantiae. — De *fano Tulunico* diximus ad an. 270. Secundum eſt ordine et tempore ſtructurae inter illa quatuor penes Miſram celeberrima, quorum primum eſt illud, de quo modo dicebamus, *templum vetus*, ſecundum praeſens, *Tulunicum;* tertium a Gauharo Caiedo conditum et ſub nomine الجامع الازهر *templi radiantis et illuſtris* celebratum. [Gemih Hashare appel-

appellat Leo Afr. VIII. 17. p. 460. et Vanſleb in Itin. p. 124 Giama il aſſar.] Marai tradit, hoc templum condi coepiſſe anno 359, et finitum fuiſſe anno 360, ſeptimo noni menſis. Quartum eſt الجامع الانور *templum lumino-ſiſſimum,* conditum ab Hakemo anno 400.

(381) *Pag.* 501. Wilh. Tyr. XIX. 14. "*Iohar* princeps militiae *Mehezedinalla,* qui tunc in Africa regnabat — ad expugnandam Aegyptum ab Africa miſſus iuxta hanc eandem civitatem *Macer,* ſubacta univerſa regione et populis tributariis conſtitutis, *Cahere* conſtruxit domino ſuo quaſi praecipuum futurum et familiare domicilium anno a regno *Mehemet* trecenteſimo quinquageſimo octavo. Quem *Mehezedinalla* tertio anno poſt, relicta *Caroea,* ubi regni ſui ſedes per aliquot annos fuerat, ſecutus" cet. Conf. Leo Afric. VIII. 17.

(382) *Pag.* 501. Memorabilia ſunt Marai verba: "Inſtituebat, ait, Caied Gauhar Miſrae formulam "adesdum ad opus optimum peragendum" a Mudenis proclamari, anno 359, idque ipſum Damaſci quoque inſtituebat anno 360, non ſine dolore et tergiverſatione atque murmuratione civium. Relinquebat quidem Cadios in ſtatu quo, ſed cogebat tamen eos in rebus haereditatum et repudii, et novilunii ſecundum ſententiam gentilium prophetae [procul dubio Fatemidas intelligit] pronunciare; menſemque alternatim faciebat triginta, et alium undetriginta dierum." Vid. ad an. 441.

(383) *Pag.* 505. Malazcardae oppugnationem Elmacinus pag. 224 ad annum 353 refert. Nam quod ibi bis legitur بلاذكرد et vertitur *regio Kerdae* vitioſum eſt, et ملازكرد vel ملاذكرد *Malazcard* aut *Maladcard* reponendum. Forte conciliari poſſint hi duo auctores, ſi dicas Romanos hanc arcem, quam anno 353 ceperant, deinceps amiſiſſe, et hoc demum rurſus recuperaſſe.

(384) *Pag.* 509. Huc referam, an ad a. 362, quod habet Catal. Bibl. R. Pariſ. p. 346. a. neſcio: nempe hoc: "Moëz Alexandriam venit a. 361. Rebus vix compoſitis Haſen filius Ahmedis Alcormothi, adiuncto ſibi Haſſan, filio Dgerrah, Arabiae Emiro, collectisque ingentibus copiis Aegyptum adoriri ſtatuit. Moëz cum tantis viribus reſiſtere ſe non poſſe intelligeret, auro

Amirum

Amirum Arabiae corrumpit. Committitur praelium, quo Haſen ab Arabe deſertus profligatur." Videtur, qui hic memoratur, Haſſan, filius Garrahi, frater eius Moſregi, filii Garrahi, eſſe, qui a Noſtro ad annum 372 memoratur.

(385) *Pag.* 509. *Abu-l-Caſem, trium lexicorum auctor.* Nempe *magni, al-Cabir,* tum *parvi, as-Sagir,* et tandem quoque *al-Auſat,* ſeu *mediocris.* Duo priora tantum commemorat Herbelotus pag. 585. b. tit. *Moággem,* docens de traditionibus Muhammedis agere. Leo Afric. quoque vitam huius viri pro more ſuo in *vitis Arabum* p. 261. tradidit.

(386) *Pag.* 511. Satis apparet, Noſtrum indicare, iter illud Moëzi ex Africa in Aegyptum terreſtre fuiſſe. Quare parum abeſt, quin erroris incuſem Nuvairium, qui, referente Herbeloto pag. 595. a. Moëzzum ait, quum Africa excederet, in Sardiniam traieciſſe, ibique transacto anno petiiſſe navibus Aegyptum; appuliſſe ad Tripolin, nullaque interpoſita mora perrexiſſe ad Alexandriam. Non certe apparet cui rei Sardoum illud iter inſtituerit, qui hactenus ultramarinas illas provincias, Siciliam, Sardiniam, oram Italicam, inſulas Baleares, ex Africa ſatis commode per legatos rexerat.

(387) *Pag.* 513. *relinquebat excedens Libyae praefectum Ioſephum.* Hic eſt conditor dynaſtiae in Africa, quam *Badiſidas* appellare ſolemus, alii *Daulat as-Zairia,* dynaſtiam Zairidarum appellant, a Zairio, huius Ioſephi patre. Hiſpani, obſervante Morgano I. 185. corrupte inde *Zegris* efferunt.

(388) *Pag.* 517. *Dair-el-Acul.* Vid. ad ann. 354. Aſſemani Bibl. orient. T. II. diſſert. de Monophyſitis, voce *Acoula,* "Barhebraeus, ait, eandem affirmat cum Cufa — Abulfeda Dair al-Acul appellat et oppidulum facit apud Bagdadum decem paraſangis a Modaina ſeu Seleucia diſtans, a Cufa tamen diverſum." Idem T. IV. pag. 715. "Populi Achoali Plinio memorati nihil aliud ſunt, quam Aculae ſeu Achoalae cives. Aculam autem eandem ac Cufam eſſe teſtatur Georg. Abulfaragius in Chronico Syriaco. — Abulfeda praeter Cufam oppiduli cuiusdam meminit apud Bagdadum ſiti, quod Dair al-Acul appellat" cet.

(389) *Pag.* 525. *poſt mortem Moëzzi.* Huius archiater fuit ille Ibn-el-Gazzar, [ſeu filius lanionis] cuius *Zad el-Moſafer*, ſeu εφοδια του αποδημουντος ſub titulo *Conſtantini Africani viatic. peregrinantis* latine typis editum proſtat. Ergo nequit multum ultra an. 400 aetatem produxiſſe: certe ad an. 470, quod perhibet Herbelotus, non pervenit.

(390) *Pag.* 527. *Abu-Becr — acceperat fikham ab Ibn-Soraiho.* Atqui Sebekaeus eum perhibet natum an. 291 ſeptem annis ante obitum Ibn-Soraihi. Idem auctor memorat ipſum primum inter fakihos elegantem librum de ratione diſputandi edidiſſe هو اول من صنف التجدل الحسن من الفقهاء item ſcripſiſſe librum *fi'l-Oſul, de fundamentis fidei,* item *Scharh er-Riſalet, commentarium in ſchediaſma.* Quale autem illud ſit, non intelligo. Forte *Riſalet Echvan es-Safaï.* Scripſiſſe praeterea multos libros, etiam carmina.

(391) *Pag.* 527. *liber Nehaia.* Notat vox *Nehaia*, terminum rei, ubi deſinit, ſummum faſtigium, quo attingi, quo perveniri poteſt. Titulus libri integer eſt نهاية المطلب في دراية المذهب *terminus votorum in ſcientia ſectae,* ſc. Schafeiticae. Puto enim hic illum deſignari, cuius auctor eſt *Imam el-Haramein Govainenſis,* de quo vid. ad an. 478. Nam eſt adhuc alius non minus celeber eodem nomine liber *Gazalii,* qui Govainenſis diſcipulus erat: vid. ad a. 505. Eſt et tertius auctore *Scheherеſtanico,* (v. ad a. 548) ne alios commemorem.

(392) *Pag.* 533. *Hageb.* Leo Afric. III. 73. p. m. 264 *ſummum Cordubae cancellarium* appellare maluit. Sed rectius Roder. Tolet. c. 31. p. 26, "Mohamet Ibne Abenhamir [vel Ibne Abihamir] proprio nomine dicebatur: ex nunc autem dictus fuit *Alhagib* quod interpretatur *vicerex;* poſtea autem quod ſemper in praeliis fuit victor *Almanzor* fuit appellatus, quod *defenſor* interpretatur" cet. Dignus eſt egregius locus qui huic conferatur.

(393) *Pag.* 533. Putem *Torres* eſſe oppidum agri Granadenſis, de quo vid. Boſ. Notit. Hiſp. p. 119. (n. 9). Incidi hinc in opinonem, hunc ipſum Almanſurum, in Andaluſena hiſtoria, et vel hodierna Hiſpanorum memoria celeberrimum ducem, eundem eſſe cum illo quem Faria y Suſa Hiſt. Luſitan. p. 148 *Alcoraxis* appellat, ["en el 975 entrò Alcoraxis Rey de Sevilla

villa por nueſtra Luſitania con tanto poder —"] et pro *Alcoraxis* ibi legendum eſſe *Altoraxis*, quod fuerit antiquum Almanſuri agnomen, a patria petitum, antequam titulum Almanſuri aſſumeret. Hauſiſſe videtur ex Roderico Toletano, qui lib. V. Rer. Hiſp. c. 12. p. 219 eum *Alcorrexi regem Agarenorum* appellat. — *Tores*, vel *Porta de Tores*, ut in mappis exſtat, dicitur a Geographo Nubienſe p. 200. lin. 14 oppidum maritimum, et collocatur inter مرية بلش Maria Velez et برليانة *Beſmeliana*.

(394) *Pag.* 533. *Garſiam fil. Sangae captivum nactus eſt.* Credo Noſtrum, ut in rebus exoticis, lapſum fuiſſe, et miſcuiſſe nomina atque tempore; Hiſpani, quibus omnino potior habenda fides ut in rebus patriis, Garſiam hunc, non Sangae, aut Sanctii filium faciunt, ſed Ferdinandi Gonzaleſii, Comitem Caſtillae, dicuntque non ab illo Manzuro, ſed poſt eius exceſſum Anno Chr. 1005 — 1006 circa A. F. 396 aut 397 captum fuiſſe in ſiniſtra pugna apud *Alcocer* et *Berlanga*. vid. Hiſt. Revolut. Hiſp. T. II. pag. 262.

(395) *Pag.* 537. *Accenduntur penes te rogi noctu.* Vel quaſi tu martyr et inique peremtus eſſes. Muhammedani enim ſolent in ſacellis ſuis noctu candelas accendere. Teixeira Itiner. pag. 122. "a cuya cauſa tienen alli un modo de oratorio, à que de noche encienden muchas candelillas." Item pag. 185. f. "eſtà un tumulo tenido en gran veneracion de los Moros, entorno de lo qual arden de continuo lamparas y candelas."

(396) *Pag.* 539. *Bochteiar — peremtus.* Procul dubio haec eſt illa clades, quam Choſroës (is eſt Adad-ed-daula Fanna Choſru) dicitur adverſario ſuo Inargo intuliſſe, ſub quo nomine puto Bochtiari latere, Cedreno p. 698. init. De ipſius filiis, et eorum cum Samſam-ed-daula et Baha-ed-daula bellis atque fatis de quibus Noſter tacet, vid. Elmac. p. 255. d'Herb. p. 29. a. 58. a. 154. b. 155. a. Teix. p. 285. f. 296.

(397) *Pag.* 543. *obiit Abu-Said — Siraſenſis.* Anno aetis 84, die lunae, ſecundo menſis ſeptimi, ut perhibet Raud. Conf. d'Herb. p. 814. a. de urbe *Siref.* At pag. 759. a. *Sarrafi* habet; quo ex loco patet ipſum pro السيرافي *Sirafi* legiſſe الصرافي *Sarrafi.* Conf. p. 738. b. voce *Sairafi.*

(398) *Pag.* 545. *Gameda.* Eſt urbs capitalis lacuum Tigridis Vaſetam et Baſram interiectorum. Quarum lacuum quum ſaepius deinceps recurrat memoria, ſub nomine Batihah, ſeu *lacus*, et Bataich, ſeu *lacuum*, proferendus hic nobis eſt ex Abulfeda Geographo locus huc pertinens:

بطايح العراق ، من رسم المعمور منها بطايح البصرة ووسطها حيث
الطول ثلث وسبعون والعرض اثنتان وثلثون ، ومنها بطايح واسط
حدثت عند اشتغال الفرس بقتال المسلمين في اول الاسلام بين
واسط والبصرة ، وقاعدة البطايح الجامدة ، وهذه البطايح تصير
من الانهار الخارجة من دجلة تحت واسط ، وللكوفة بطايح
تصير من فضلات ماء الفرات ، واما بطايح واسط فهي من ميـاه
دجلة ، فالبطيحة العظمي تدخلها دجلة في زقاق قصب ، ثم
تخرج منها في زقاق قصب ثان الي بطيحة ثانية ، وكذلك
تخرج من البطيحة الثانية في زقاق قصب الي بطيحة ثالثة ،
وكذلك حتي تصير اربع بحيرات يفصل بينها القصب ، وتسمي
البطيحة والبحيرة عندهم الهور ، ثم عند انتهاء البطايح المذكورة
يخرج نهر دجلة وتسمي بعد خروجها من البطايح دجلة العوراء

"Iam lacus Irakae perluſtremus, ait, ad quos pertinent (verba ſunt Raſm el-Mamuri, libri ſic dicti) lacus Baſrae, quorum centrum eſt ad longitud. 73 gr. et latit. 32. dein lacus Vaſeti; qui tum primum coeperunt exiſtere, quum Perſae ſub initio Iſlamiſmi cum Muſlemis bello implicabantur. Hi ſunt inter Vaſetam et Baſram; eorum metropolis eſt Gameda, fiuntque e fluviis (vel brachiis) e Tigride procurrentibus infra Vaſetam. Sed qui apud Cufam ſunt lacus, illi fiunt ex aquis ex Euphrate redundantibus. [vid. Teixeira Itiner. p. 93 ſqq.] Lacuum Vaſetanorum maximum ingreditur Tigris per anguſtum meatum arundinetis obſitum: dein egreſſus per ſimilem ſecundum meatum in ſecundum lacum, permeat tertium, et tandem quartum quoque, quos omnes interiecta diſcriminant arundineta. Tractus illius homines talem lacum, quem ceteri

ceteri Arabes Bahirah aut Batihah appellant, ſua dialecto nominant al-Haur. Relictis quatuor hiſce lacubus qui deinceps fluit Tigris, audit Diglat al-Aur. Inde fluvii (ſeu brachia) quae ſunt apud Baſram propagantur." Hactenus Abulfeda.

(399) *Pag.* 549. *fruſtum ambarae, libras — 56 pendens.* Minuta ergo prae his, quae velut grandia memorat et in theſauris Fatemidarum reperta fuiſſe ait Renaudot pag. 538. "Ambari fragmenta duo magna: alterum triginta, alterum viginti librarum." Maſudius memorat fruſta كالصخور "ut integra grandia ſaxa, imo كالجبال "ut montes." Maxima copia Ambrae capitur in mari quod eſt ad extremitatem Arabiae felicis auſtralem et inſulam Socotram, cet. Vid. d'Herbelot p. 990. b. voce *Khartan*, et p. 687. ubi ait de mari Omanico narrans: "C'eſt dans cette mer que l'on trouve la plus grande quantité d'Ambre gris [nam Ambra flava eſt ſuccinum, vel Carabe, vid. Teixeir. p. 146.] qu'ils appellent Ambar" cet.

(400) *Pag.* 551. Vid. de hac legatione Leon. Afric. Vit. Arab. p. 255. "Iſte autem *Bachillani* miſſus fuit in nuncium a Soldano civitatis Bagdad ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, qui Imperator eum gratioſe benigneque excepit, eundemque precatus eſt, ut cum theologis ſuis diſputaret" cet. Vid. ad an. 403.

(401) *Pag.* 551. *Abubecr — Iſmaëlicus.* Ita dictus fuit, ut coniicio, quod ab illo celebre Iſmaële, filio Gafari Sadeki, de quo vid. apud d'Herb. p. 389. b. lin. 4 ſqq., genus duceret, pariter atque omnes Iſmaëlitae, vulgo Fatemidae dicti. Sebekaeus ait, eum ſcripſiſſe المستخرج علي الصحيح *conſequentias* ſeu *axiomata ad Sahih*, ſeu Sunnam Bocharii, et مسند ſeu *corpus traditonum* في نحو ماية مجلد *centum fere voluminibus*; item معجم ſeu *Lexicon.*

(402) *Pag.* 551. Videtur hic Mofreg, aut Mofarreg, Emirus Arabum et frater eius Haſſani, filii Garrahi, fuiſſe, quem Catal. Bibl. Reg. Pariſ. pag. 346. a. memorat.

(403) *Pag.* 553. Vid. ad an. 376 et ad an. 276. Tantae auctoritatis evaſiſſe Abu-Alin Fareſicum apud Adad-ed-daulam, ait Raud, ut hic prin-

ceps

ceps ſe profiteretur grammatici puerum ea in arte يقول انا غلام ابي علي الفارسي في النحو et ut coram eo velut diſcipulus coram magiſtro legeret Idahum, eumque iuberet ſuper ſolio ſuo reſidere in praecipuo conclavis loco, ipſe autem coram magiſtro humilis procumberet humi ſuper genubus, depoſito omne ſuae dignitatis ſplendore. قرا عضد الدولة الايضاح عليه وتلمذ بين يديه وكان يجلسه علي سرير ملكه في الصدر ويجثو بين يديه متضايل القدر *

(404) *Pag.* 555. *Hali Abbate.* Vid. d'Herbelot pag. 27. b. 98. a. 246. b. 541. b. et Freind. Hiſt. Medic. II. p. 58. ubi pravum eſt quod ait, "ideo quod eminenter doctus fuerit, magnum fuiſſe appellatum."

(405) *Pag.* 559. *tutelam Cufae.* حماية الكوفة Quale officium fuerit, non ſatis intelligo. Forte munus eius fuit agrum Cufenſem a Carmatitis et aliis latronibus tutum et purum ſervandi, quo mercatores ſecure commeare poſſent. Videtur ergo talis fuiſſe, quales della Valle I. 33. fine epiſtolae deſcribit ſub nomine خفير vel خفراء *Chafirorum,* vel *viae conductorum.*

(406) *Pag.* 559. Memorat ſacras orationes Hafeti et earum argumentum perſtringit Pococke not. Miſcell. p. 312. Vid. Catal. bibl. Leidenſ. p. 427. n. 470.

(407) *Pag.* 565. *offerebat — numum aureum.* Strenae loco. Nempe primo anni Perſici die, Nairuz dicto, debent omnes officiales regi munus offerre; quod idem eſt atque tributum annuum ſolvere; ut ex itinerariis conſtat. Primus Vezirus in numis minus dare, quam mille numos aureos, non poteſt. Sed et praeterea multa alia, gladios, gemmas, veſtes, odoramenta, cet. donare tenetur. Neque memoraſſet alias Noſter conſuetum morem, niſi Ibn-Abbadi novam et miram inventionem numos in unam maſſam conflandi et ſcita inſcriptione ornandi voluiſſet notare. Conf. Kehrii diſſertatio de numo Magni Mogolis Aureng-Zebi, quem ipſe in numophylacio Gothano vidi et manibus tractavi.

(408) *Pag.* 565. *Schahinſchahum.* Eſt titulus, quem Chalifae illis tribuere ſolebant, quos Sultanos creabant. vid. ad an. 604. Primum collatus

hic

hic titulus et ei adiunctus, Malec el-Moluc, fuit Adad-ed-daulae, teſte Elmacino pag. 237. conf. idem p. 240. de hoc ipſo Fachr-ed-daula, et p. 241. de Baha-ed-daula, et p. 266. de Galal-ed-daula.

(409) *Pag.* 573. Iuvat paulisper ſtatum orientis eo tempore, cum illo qui nunc eſt, aut certe maiorum noſtrorum tempore erat, comparare. Memorant della Valle et Teixeira Emiros Arabum in Syria de gente Abu-Riſch, ab Halebo usque Anam et Euphratis occidentalem ripam regnantes. Hi reſpondent genti Saif-ed-daulae Hamdanidae, et deinceps Mardaſidis. Memorant porro Emiros Arabes de gente Mahanna, ab Euphratis ripa orientale usque ad Bagdadum dominantes. Hi reſpondent Ocailidis noſtris. Tandem memorant gentem Mubareki, apud Baſram, ex oriente Bagdadi, in Chuziſtan, in lacuſtribus Tigridis et Euphratis. Hi reſpondent Aſaditis, quos Noſter deinceps memorabit.

(410] *Pag.* 579. *Gauhar.* Hic eſt procul dubio ille Ζωχαρ, quem Cedrenus p. 665 dicit Romanos in Antiochia obſediſſe, errans in eo procul dubio. Nam quo tempore Cedrenus ait id contigiſſe, verſabatur Gauhar in Aegypto. Ceterum eum praedicat *πρακτικον ανδρα και τα εις τους πολεμους δεινον.*

(411) *Pag.* 481. Si fides Teixeirae p. 276, ſunt ambo fratres, Faick ſcil. et Abu-Ali; filii Abu-Hoſeini, qui Vezirus Nuhi fuit, et, ut ex Herbeloto p. 678. b. patet, de gente Simgur. Sed hi duo auctores, fuſiores quidem Noſtro, vehementer tamen intricant narrationem, et a ſe diſcrepant. Multa tamen habet Teixeira a p. 276 — 282 hac ſola de revolutione in Maurenahar, quae alibi non facile reperias.

(412) *Pag.* 583. *ſeptuaginta annis numquam corpus — pulvinari effulſit.* Indi quoque eadem inſania etiamnum tentantur. Vid. Bernier Itiner. II. p. 125. "J'ai vû, ait, pluſieurs de ces Fakires, qui — par un voeu particulier ſe tenoient les ſept et huit jours debout ſur leurs jambes — ſans s'aſſeoir, ni ſe coucher, ni ſans ſe repoſer autrement qu'en ſe penchant et s'appuyant quelques heures de la nuit ſur une corde tendue devant eux" cet. Ex Haririi Conſeſſu XXXII intelligo, etiam ſacris itineratoribus Meccanis, quotquot rigidi ſanctimoniae obſervatores eſſe volunt, non licere toto religio-

nis tempore ſe in cubitum effulcire. Locus hic eſt: سألته ان يلازمني فابي او يزاملني فنبي ، فقال البتة بهذه حجتي ان لا احتقب ولا اعتقب ولا اكتسب ولا انتسب ولا ارتفق ولا ارافق من ينافق ،

(413) *Pag.* 583. *Abu-l-Haſſan Rommanenſis.* Vid. ad an. 310. Varie hunc virum appellat Herbelotus. Pag. 991. a. voce *Khatthai* nominat *Rommanenſem,* ut noſter, ubi ipſi tribuit librum *Igaz al-Coran.* Pag. 720. b. autem الروباني *Roubanenſem,* et pag. 978. a. init. الرويانى *Rouianenſem,* auctorem *Ketab al-Mobtad.*

(414) *Pag.* 585. *Tenebat Coranum memoria.* Et menſis ſacri Ramadani ieiunium cum Muſlemis obſervabat. Forte hoc Ibn-Helal in gratiam aulae, cui ſerviebat, aut ſobrietatis amore, faciebat. Coranum autem ideo didicerat, quia quo elegantiores litteras ſcriberet et gratiores, debebat ſententias Corani ſuis innectere, et ad eius verba et elegantias qua data occaſione alludere, quod qui facit vehementer placet Muhammedanis.

(415) *Pag.* 587. Vid. d'Herbelot p. 168. b. ſed qui auctorem ſuum, Raud-al-Achiar, non recte percepit in iſtis: "Ce fut lui qui perfectiona les caracteres Arabes qu'Abd-el-Hamid avoit deja reduits a peu près à la forme qu'ils ont aujourdhui." يقال بداءت الكتابة بعبد الحميد وختمت بابن العميد "Dicitur vulgo, ſic habet Raud, incepiſſe Ketabam cum (vel in) Abd-el-Hamido, et obſignatam fuiſſe (deſiiſſe) in Ibn-al-Amido." Eſt autem Ketaba idem quod munus Catebi, adminiſtratio muneris Catebi in aula principis, et ſtudium atque peritia, litteras nomine principum, elegantes, ſublimes et principibus dignas ſcribendi. Porro narrat Raud de hoc viro, eum anno 360 obiiſſe, et fuiſſe non ſolum illuſtrem ſecretarium ſtatus et Vezirum, ſed etiam elegantem poëtam. Poëſeos ſpecimen ſupra dedit Noſter anno 366, ſed illo ipſo anno adhuc vivum eum et florentem ſimul atque miſerum exhibet.

(416) *Pag.* 589. Geminum ſpecimen dedit Elmacinus p. 234 carminum Sahebi, quod quia prave proditum et in Latinis prorſus omiſſum fuit, iuvat hic emendare et interpretari. Erit poſt me, qui mihi, ubi idem in Abulfeda paſſus fuero, idem beneficium praeſtabit. Primum itaque ſpecimen hoc eſt:

وقد

وقد احن لي من مات من كرم حنين ارض الي متاخر المطر ،
وقد تناءت يدي عن كاسها ومجّت الاذن ايضا نغمة الوتر ،
حتي املك هذي ما تجود به واسمع التحمد للاخري علي الاثر *

"Exempla illuſtrium virorum, qui prae liberalitate mortui fuerunt, adeo ſauciant meum pectus, ut prae impatientia, ipſorum aemulus, quiriter, velut terra ſiticuloſa quiritatur, pluviam flagitans nimis diu ceſſitantem.

Reſilit mea manus a ſuo poculo, [neque tangit illud] et exſpuit auris mea ſuaviſſimum melos fidium:

Antequam illi quidem [manui] ſubminiſtraverim aliquid, quod liberaliter erogat: huic autem [auri] procuraverim auditionem elogiorum beneficiis meritorum."

hoc eſt, neque vinum ſapit, neque muſica delectat me, niſi ſimul liberalis ſim et eſſe poſſim. Alterum ſpecimen hoc eſt:

وشادن صفاته تعجز عن صفتي ،
هوي لتقبيل يدي فقلت بل شفتي ، .

"Saepe contigit, ut hinnulus [pulcher iuvenis] cuius egregias dotibus deſcribendi ego par non ſum,

"ſeſe inclinaverit ad oſculandum manum meam, cui ego: Imo vero, aiebam, labia haec oſculare."

(417) *Pag.* 591. *magiſtrum epiſtolarum habuit — filium Neſtorii.* Non de hoc, ſed de filio et ſucceſſore illud affirmat Renaud. p. 395. ubi de concitata propter hunc Neſtorii filium graviſſima in Chriſtianos perſecutione diſſerit.

(418) *Pag.* 593. Vid. d'Herbel. p. 411. a. qui tamen temere dicit, Hakemum ſuſtuliſſe et vetuiſſe ſacrum Meccanum iter, et eius loco inſtituiſſe iter ſacrum ad templum Taalabi in Iemana. Merum commentum. Tale templum nunquam et nusquam fuit. Impoſuit doctiſſimo viro, ſed mole rerum obruto, vitioſus codex Elmacini, e quo non ſolum totum illum locum tranſtulit, ſed et translatum corrupit et obſcuravit magis. Exſtat ibi ex Latina Erpenii interpretatione: "ceſſare quoque fecit peregrinationem Meccanam per aliquot annos, واحتج بثعلب العرب et peregrinatus eſt Thalabiam Arabum." Vnius punctuli in media voce transpoſitio tantum potuit efficere. Leg. بتغلب

(419) *Pag.* 593. *libri, alimentum cordium.* Hunc hebraice verſum fuiſſe aſſerit Herbelotus et inſcriptum חובות הלבבות Sed non poteſt idem eſſe, ſi vera ſunt, quae in Catal. Bibl. Reg. Pariſ. p. 168. n. 650. leguntur, ubi recenſetur "Mochtaſſar (v. epitome) tractatus, cuius titulus Cout al-Colubi [ſic debebant verba concipi], id eſt, penu cordium, ab Abutaleb Meccenſi conſcriptus. Ibi de Sophiorum inſtitutis et moribus" rel.

(420) *Pag.* 595. Hanc revolutionem reſpiciunt illa Leonis Africani V. 58. p. 372. "Huius princeps [Cairovanae ſc.] inde expulſus Bugiae regno imperavit. Tuneti autem aſſines quosdam habuit. — Decem inde annis Bugia a Ioſepho Teſfini filio occupata fuit — qui regno principem expellere noluit, ſed quamdiu penes poſteros ſuos imperium manſit, Bugiae regnum ab omne iniuria liberum eſſe voluit" cet. Sunt quaedam in his hiſtoriae adverſa.

(421) *Pag.* 599. *liber Zavageri.* Videri poſſet ex ſolitaria voce *Zavager* de auguriis et ſortilegiis e Corano capi ſolitis agere, de quibus vid. d'Herb. p. 127. a. lin. 16. et p. 924. a. lin. 1. ubi etiam ipſe ſic accepit. Sed bene fecit idem Herbelotus, integrum libri titulum nobis conſervando, nempe hunc *as-Zavager an Ecteraf el-Kabaier* الزواجر عن اقتراف الكبائر qui, quamvis ab illo male fuerit acceptus, facile tamen prodit alterius argumenti eſſe, et continere rationes, quae ab enormibus ſceleribus perpetrandis abſterrere poſſunt et debent.

(422) *Pag.* 601. *Peremtus eſt — Samſam-ed-daula.* Vid. Teixeira p. 284. Haec longe aliter, curatius et probabilius narrat Elmacinus p. 255. et d'Herbelot pag. 754. b. ubi leg. "il fut tuè par un de ces [non ſes] quatre fréres priſonniers" cet.

(423) *Pag.* 601. Ex hoc loco, et ex aliis, quae alibi deſignabo, veni eam in ſuſpicionem, ut credam codicem Abulfedae Leidanum, quem interpretor, integrum non eſſe. Haec enim, ad quae hic provocatur, ſupra neque ſub anno 380, neque alibi apud noſtrum exſtant, ſed exſtant apud Herbelotum p. 754. b. ſcilicet qua ratione Perſidis dominationem nactus et a quo, quibus de cauſſis occiſus fuerit Samſam-ed-daula.

(424) *Pag.* 605. *ad an.* 375 *referunt.* Sic exſtat in meo codice. Forte alii 395 habent; certe Hagi-Chalifa et d'Herb. p. 339. b. ſub illo referunt.

Saepe

Saepe in ſcriptis Arabum hiſtoricis 7 et 9 confunduntur, quia ſimiles ſunt voces arabicae. Et ipſe noſter haec iam ſub anno 369 retulit, ubi vide.

(425) *Pag.* 605. *Et canis eorum* rel. Verba deſumta ſunt e Corani Sura XVIII. verſ. 17. ubi hiſtoria *ſeptem dormitatorum* narratur, aitque fabulator illos, etiamſi revera dormirent, ſpeciem tamen feciſſe vigilantium, et ipſorum canem وكلبهم باسط ذراعيه بالوصيد *ambas ſuas manus* (ſeu pedes anteriores) *in pulvere extendiſſe,* tanquam ſi coram heris vigilias ageret. Vid. de hoc cane *Sale ad Coran.* p. 239. ceterique interpretes. Quare autem voluerit poëta verba haec ſepulcro ſuo inſcribi, et qua ratione ſe cum cane comparaverit, dictu facile non eſt. Forte, ſi licet coniectare, Imamos de gente Ali, quibus favebat, cum ſeptem dormitoribus, ſepulchrum Gafari cum cavea dormitorum, et ipſorum cani ſe comparabat, et indicare volebat, ut illi per divinam voluntatem poſt longum ſomnum experrecti una cum ſuo cane fuerint, ita quoque de ſe futurum.

(426) *Pag.* 607. De bellis Abu-Ameri cum regibus Legionis, Caſtillae, Navarrae, geſtis, vid. hiſtoria Revol. Hiſp. T. II. pag. 244 — 252. ubi de morte ipſius multum a Noſtri traditione diverſa perhibentur. De ipſius in Luſitaniam expeditionibus vid. Faria y Suſa, p. 148. 151. Abulfeda in Geographia tymbum eius in Medinat Salem, vel Medina Coeli, exſtare ait. Vid. Roder. Tolet. V. 16. p. 221.

(427) *Pag.* 609. *eiiciebat eum ex urbe.* Marai quoque capite plexum ſcribit. Deteſtabile ſcelus habetur Muhammedanis, alterum Muhammedanum ob nullam aliam cauſſam, quam ſectae diſcrepantiam necare. Pro infidelibus habent, qui hoc faciunt. Et ideo quoque inter alia argumenta, quibus evincere vult *Marai,* Fatemidas non Muhammedanos, ſed infideles fuiſſe, allegat hoc, quod durante iſtius gentis imperio quater mille docti et pii Sunnitae ſola religionis cauſſa perierint.

(428) *Pag.* 611. *Muhammed — Salamita.* Salamita eſt gentile a *Medinat es-Salam,* quod nomen eſt urbi Bagdad. Et ne quis miretur Salamitam et Bagdadicum eundem appellari tanquam diverſa illa eſſent, neve Abulfedam pro tautologo habeat, ſciendum Bagdad et Medinat es-Salam differre ut maius et minus, totum et pars. Bagdad eſt totum, et complectitur utramque urbem

cis

cis et trans Tigridem; Medinat es-Salam eſt tantum urbs cis Tigridem ſeu occidentalis. Confer. Golius ad Alfergan. p. 122. Adeoque dicitur hic Abu-l-Haſan Muhammed ex urbis Bagdadi parte occidentale oriundus; et quidem ex illo urbis vice qui Carch audit. Herbelotus autem p. 747. a. Raudum, non recte percepit in illis: "Ce poëte compoſa un poëme intitulé Meftah al-mamoul." Auctor Arabicus nihil aliud dicit quam: "Adad-ed-daula explicabat ſuper poëtam alas ſuae clementiae atque benevolae admiſſionis, et porrigebat ipſi (poëtae ſcil.) Meftah al-Mamoul" h. e. clavem ſpei; vel media, ſpe votisque ſuis potiundi, verbo: cumulabat ipſum bonis, quae ſperaverat et deſideraverat.

(429) *Pag.* 613. *munus Nakibi.* De hoc munere vid. Ricaut Hiſt. Imp. Ottom. II. 6. p. 274. et Cantemir I. p. 293. Vnde patet officium horum Nakiborum eſſe, in Alidarum genealogias inquirere, genuinos litteris ſuis approbare, mendaces expungere, ſontes punire, corpore aut vita, prout uſus fert.

(430) *Pag.* 617. Fuit ergo Abu-Racva talis *Sacca,* سقاء, quales ad an. 354 e Rauchwolffio et Teixeira deſcripſi.

(431) *Pag.* 619. *Badi.* Ita per compendium pro *Badi es-Zaman, la merveille du tems,* ut reddit d'Herbel. p. 166. b. Sed admiſcet prava quaedam, ut iſtud, Badium ſuaſiſſe Haririo, ut ſuas Macamat ſcriberet. Atqui quum noſter homo anno 398 obierit, et Haririus anno demum 446 natus fuerit, ne videre quidem unus alterum potuit. Conf. p. 426. b. voce *Hamedani,* et 524. a. voce *Macamat.* Appellatur autem *Badi,* cum appoſitione *al-Hamadani,* quo nempe diſtinguatur ab altero illo Badio, qui Badi al-Aſtarlabi vel aſtronomicus appellatur, de quo vid. ad an. 534.

TUFTS UNIVERSITY LIBRARIES
3 9090 000 591 384